7 mortali.vt in.c.testimonium de testi. ¶ † Et infamia canonica de iure canoñ.repellit a testimonio vt est expressum in.d.c.testimoniũ. videt aũt satis probatum peccatum mortale,pbato qd frater sancti Francisci in ecclesia publice retinuerit mulierem nõ bone fame: ita qd donec non appareat de crimine emendatus videtur qd sit iudicandus infamis infamia canonica:ideo ex hoc capite videtur repellendus ex hac causa que est indicãda fm canones ꝛ non fm leges vt dicit text.in.d.capitulo relatum de testamen.insuper videtur qd saltem sit infamis infamia facti:qꝛ videtur apud bonos ꝛ graues lesa eius opi.propter dictam condemnationẽ ꝛ dictas attesta
8 tiones ꝛ eius malam vitam. ¶ † Et licet infamis infamia facti non repellat omnino a testimonio in cã ciuili:licet dñs Flo.in.d.c.testimoniũ.voluerit qd etiã in cã ciuili repellatur:sed contrarium volunt docto.cõmuniter ibi ꝛ Bart.ꝛ Bald.in.l.cunctos populos. de summa tri.ꝛ doc.cõmuniter tamẽ eidem minus creditur quã alteri integre opinionis prout voluerũt.d.Ant.ꝛ Jmol.in.d.c.testimonium per id qd habetur in.c.licet causa de proba.ꝛ in.l.iij.§.due cause.ff.de car.edic.quod ꝛ voluerunt Bart.ꝛ Bald.in.l.cunctos populos.C.de summa trini.Jtem lꝫ clericus possit deponere pro sua ecclesia seu suo capitulo prout etiã quis deponit pro sua vniuersitate vt supra dictum est:tamẽ non videtur qd sit omnino integer testis deponẽdo pro suo collegio tenuerunt Archidi.in.d.ca.super prudẽtia.ꝛ Bald.in.d.§.vniuersitatis ꝛ Jmo.in.d.c.insuper.ꝛ etiã d.Ant.in.d.c.cũ nũcius in collegio ecclesiastico.faciunt not.in.c.cuꝫ dilecta.de exces.prela.ꝛ in.l.fi.de colleg.illici.ꝛ qd ibi per Barto.videt etiã qd ex alio ledatur opinio dicti fratris crocepti:qꝛ ipse vr qd fuerit causa qd dictus Mattheus disposuerit id quod ipse deponit qd ꝛ suadent verba dicti Matthei dicentis eidem nõ dubitare che io ꝛc.ex quibus innuitur qd dictus croceptus egre ferebat dictã mutationẽ quã fecerat dictus Mattheus in dispositione suorũ bonoꝝ ex qbus saltẽ simul iunctis vr quod modica fides sit adhibẽda dicto crocepto:alter testis non vr oĩno omni exceptione maior nõ tñ ea rõne qꝛ sit socius ꝛ clericus dicti crocepti:sed ẽt ea rõne qꝛ ipse deponit ꝓ suo collegio per dicta supra:ita qd eius attestatio nõvidetur supplere defectũ alterius testis nec videt militare qd habet in.d.l.ex argentarijs in princ.qꝛ loquit quãdo alter testis est legalis:ita qd eius legalitate supplet legalitas alterius testis:ideo nõ puto qd dicti duo testes probent dictam vltimã voluntatẽ quã conantur probare in fauorem dicte ecclesie sancti Francisci:quia nõ sunt duo testes integri ꝛ sacra scriptura in qua se fundat.d.c.relatum dicit in ore duorũ vel trium stat omne verbũ:vt ibi in fine. et in.c.omni de testi.ꝛ in.c.cum esses.de testa.ꝛ.ij.q.j.in cap.si peccauerit cum simi.nec est verisimile quod superuacuo ꝛ sine ministerio adijciant totiens illa verba vel trium:qꝛ verba non debẽt esse posita sine ministerio aliquid operandi.l.si quando de lega.j.ꝛ ca.si pa
9 pa de priuile.lib.vj. ¶ † Videtur ergo mens dictorum iurium et sacre pagine quod licet regulariter de iure diuino vel gẽtium sufficiat duo testes:tamen non semper etiam dictis iuribus sufficiant:sed quandoqꝫ requirant tres:vt quia forte testes non sint omnino inte

gri:ꝫ nō sint repellendi: qḋ totū videt̄ iudicis arbitrio remittendū: arg.l.j.ff.de iure delibe.ꝛ.c.de causis de offi.deleg.ꝛ qḋ notat̄ per gl. in verbo canonicus in.c.qm̄ frequēter.§.porro.vt lite non cōtest. et qḋ ibi per Hosti.dicentē qḋ qn̄ in iuribus ad aliqd reperiunt̄ diuersē mēte tempoꝝ deputate denotat̄ qḋ est iudici arbitrariū adhere re vni vel alteri mete tempoꝝ qḋ est notandū.pari rōne videt̄ dicendū vbi iura loquunt̄ de vario numero testiū prout cōtingit in istis terminis qn̄ itaqꝫ duo testes deponūt qui nō sunt integri:sed laborant suspitione in cā presertim non leui iudex debet arbitrari quod duo nō sufficiant ne illa verba vel tria stent ludibrio sine virtute aliquid operandi:ex quibus omnibus videt̄ cōcludēdum qḋ dicta vltima volūtas que deducit̄ ꝑ dictā ecclesiā sancti Frācisci nō sit legitime ꝓbata ꝛ cōsequenter dicta ecclesia sit repellenda a petitione dictorū bonorum.alij autē qui contra dictas attestationes adducunt̄ omitto.qꝛ puto predicta sufficere per que apparent sublata adducta in contrarium. Laus deo.

¶Consilium.lvj.

1 ¶Dos an prescribatur iure cōmuni et quando municipali debeat restitui.ꝛ nu. sequenti.
2 Mala fides autoris in humeros transit successoris.ꝛ nu.4.
3 Actio de dote quanto tempore tollatur.
5 Ius canonū ciuili non dꝫ derogare nisi credatur peccatū imminere.
6 Dotem maritus possidebit quandiu matrimonium stabit.



In nomine domini nostri

1 Jesu xp̄i.¶†In hac consultatiōe prima facie dicendū vr̄ qḋ dicta dn̄a Magdalena filia dicte Venere possit petere dictos ducentos ducatos ab heredibus dicti Nicolai proximioris cōsanguinei dicti betti tanq̄ heredibus mediante persona dicti Nicolai ꝛ heredib⁹ dicti Frācisci ꝓ dimidia ex persona dicti Nicolai filij ꝛ heredis dicti Francisci.nā dicta dn̄a Magdalena heres dicte Venere hꝫ de iure cōmuni fundatā suam intentionē qḋ soluto matrimonio dos dꝫ restitui vxori vel eius heredibus per.l.vnicam quasi per totā.C.de rei vxo.act.ꝛ.l.ij.ff.solu.matri.cum multis similibus.Et licet dictus Nicolaus ꝓmiserit reddere dictam dotem:tamen promisit Franciscus insolidū vna cū betto restituere dictam dotem ꝛ ipse Nicolaus vt presupponitur fuit heres dicti Frācisci pro dimidia:ideo pro dicta dimidia tenebat̄ restituere dictā dotē vt heres dicti Francisci;ꝛ successiue pariter eius heredes qui conueniunt in hoc iudicio.similiter si dictus Nicolaus fuit heres dicti betti pariter pro alia dimidia extitit obligatus ad restitutionem dicte dotis ꝛ successiue eius heredes:quia heres heredis primi defuncti est heres.l.fi.C.de here.insti.nec videt̄ obstare dicta trāsactio interposita vigore laudi nec ipsum laudū:qꝛ trāsactio predicta ꝛ dictum laudum emanauit inter Franciscū ꝛ Bettum.ꝛ per cōsequēs nō videtur q̄ preiudicēt dicte Venere nec eius heredibus:qꝛ res inter alios acta alijs nō preiudicat.C.res inter alios acta.in rubro et nigro.ꝛ.l.sepe iuncta.l.j.ff.de arbi.ad idem.l.fiun⁹.§.ante omnia.ff.
2 de pactis.¶†Nec etiā vr̄ obstare prescriptio iuris cōmunis qꝛ dictus Bettus ꝛ dictus Frāciscus habuerūt notitiā dicti debiti.ꝛ sic videnṫ fuisse in mala fide.ꝛ mala fides autoris trāsit i suū successorē.ff.de perpe.ꝛ tēpora.prescrip.l.cum heres.ꝛ de iure canonico nullo tempore procedit prescriptio cū mala fide.c.quoniam omne de prescriptio.ꝛ.c.ij.de regulis iuris in.vj.Et eodem modo videt̄ posse respondendi ad cōstitutionem prouincialem loquētem de prescrip.quinquēnali que videtur succedere in locū longissime prescriptionis per ea que in simili habentur in prescriptione statutaria reducta ad minus tempus vltra.x.annorum.l.fi.C.in quib⁹ causis in integ.resti.nō est necessaria.ꝛ cōseqūeter militat dispositio.d.c.quoniam omne.ꝛ d.c.ij.que iura loquūtur in qualibet prescriptione.ꝛ sic trahuntur ad prescriptionem municipalem ꝛ prouincialem:qꝛ dicta capitula semp loquūtur per.l.arian.C.de hereti.ꝛ ꝑ iura antiqua interpretantur ꝛ distinguūtur iura noua.l.nō est nouū.ff.de.ll.ꝛ.l.si serui vestri.C.de epi.ꝛ.ꝛ ratio.d.c.qm̄ omne est generalis etiam ad prescriptionem de nouo inductam.Et vbi eadem ratio idem ius.l.a titio ff.de verbo.obli.ꝛ.l.illud.ff.ad legem aquiliam.nec etiam obstat quod dicta dos videt̄ qḋ per dictum Nicolaum fuerit restituta dicto Betto prout ei restitui debebat:quia ipse sustinebat onera matrimonij et ibi esse debet dos vbi sunt onera matrimonij.l.si is.§.ibi dos.ff.de iure dot.ꝛ si dicatur quod ex quo eam semel restituit cui debebat videtur quod non debeat iterato teneri ad eam restituendam.qꝛ bona fides non patitur qḋ bis idem exigatur.l. bona fides.ff.depositi.respōdetur quod licet dos foret assignāda Betto: tamen nō propterea liberabatur Nicolaus.sed debebat sibi prouidere per cautionem.l.si filia.§.j.ff.fami.herci.item dato qḋ esset prescriptum aduersus actionem personalem per lapsum.xxx.an.tamē videtur qḋ nō sit prescriptum aduersus actionem realem.s.hypothecariam que a iure cōceditur pro restitutione dotis.l.vnica.§.sed pe allegata.ꝛ.l.assiduis.C.qui pot.in pign.habe.que hypothe. contra principalem debitorem nō tollitur nisi spacio.xl.an.l.cum notissimi in prin.C.de prescrip.xxx.vel.xl.an.¶His nō obst.cōtrariā partem arbitror iuri magis consentaneam:qꝛ lꝫ dos de iure communi fuisset restituēda dicte mulieri in dictis.cc.ducatis tamen repellit̄ exceptiōe prescriptiōis tam de iure cōi quā vigore dictaꝝ cōstitutionū prouincialiū:nā prout presupponit̄ maritus decessit iam
3 sunt elapsi.xxx.anni ꝛ vltra.¶†Et sic dicta dos fuit tūc restituēda: ꝛ per cōsequens de iure cōmuni fuit scripta aduersus actionem de dote per.l.sicut.C.de prescrip.xxx.vel.xl.annoꝝ.ꝛ.l.in rebus.§.cum nis aūt.C.de iure dot.vbi est expressum qḋ etiam actio de dote tollitur spacio.xxx.annorū ꝛ alijs prescriptionibus que militant aduersus alias actiones non priuilegiatas.Et nō solum obstat dicte repetitioni dotis taciturnitas per.xxx.annos sed etiā taciturnitas per quinquēnium vigore dicte consti.prouincialis que clare loquitur.nec obst.qḋ in contrarium allegabatur de mala fide:quia negatur qḋ dicti heredes dicti Nicolai fuerint in mala fide nec qḋ vnq̄ habuerint notitiam dicte dotis dicte domine Venere:nec notitia presumitur sed ignorantia per.l.verius.ff.de probatio.ꝛ in cap.presumitur ignorantia.is qui in ius de regul.iuris.in.vj.cum simi.ꝛ licet Nicolaus habuerit notitiam de dicta dote:tamē ex themate nō apparet qḋ ipse Nicolaus superuixerit post dictum Bettum et si decessisset ante dictum Bettū vel post eum intra annum qui datur a lege ad restitutionem dotis per.d.l.vnicam.§.ex actio de rei vxo.act.non censeretur fuisse in mala fide ex quo adhuc nō venerat dies restitutionis dotis.si autem decessit postea.ꝛ tunc probabiliter videt̄ posse dici quod ex quo ipse restitueret dictam dotem dicto Betto ꝛ pro dicta dote dictam domum quam post mortem Betti tenuerunt ꝛ possederunt dicta Venera ꝛ dicta Magdalena non censeatur fuisse in mala fide putando se excusatum a solutione dicte dotis.¶Cum quelibet leuis ꝛ iniusta cā excuset a dolo.l.igitur de liberali causa.ꝛ per gl.ꝛ doc.in.l.j.§.fi.ff.si quis ius dicenti nō obtēperauerit ꝛ in.l.satisꝗ.ff.de in ius vocan.preterea ex quo dicta dos fuit restituta dicto Betto dictus Bettus erat obligatus ad conseruandum indemnem dictum Nicolaum ab obligatione dicte dotis per.d.l.si filie.§.j.fami.herciscū.idcirco magdalena eius filia possidendo dictam domum que pertinebat ad dictum Bettum censeat̄ immiscuisse hereditati dicti betti.ꝛ per cōsequens censeatur obligata heredibus dicti nicolai ad satisfaciendū de dicta dote cui debereṫ:ꝛ cōsequenter posset repelli exceptione recōpensationis seu exceptione dolo facis petere qḋ restitutura es arg.l.si dolo.ff.de excep.doli.ꝛ hoc medio etiam citra exceptionē prescriptionis videntur se tueri posse dicti heredes nicolai aduersus dictā magdalenā.itē dato qḋ dict⁹ Nicola⁹ censeat̄ fuisse in mala fide:tamen eius heredes non censentur fuisse in mala fide quia scīa defuncti nō
4 trāsit in heredē per.d.l.qui in alterius cū si.¶†Nec ob.d.l.cū heres qꝛ loquit̄ in ꝑscriptiōe q̄ erat cognita illo iure in qua mala fides defuncti nocebat heredi:non aūt ꝓcedit illa.l.in prescriptiōe.xxx.vel l.an.q̄ de iure ciuili ꝓcedit etiā cū mala fide p.d.l.sicut.ꝛ.l.si qs emptionis.C.de prescrip.xxx.vel.xl.an.ꝛ ideo mala fides autoris de iure ciuili quo ad istā prescriptionē nō nocebat ipsi qui erat in mala fide fortius nō nocebat eius heredi ex quo pꝫ qḋ illa.l.q̄ est pars iuris ciuilis ꝛ de iure ciuili loquit̄ non militat ipsa nec eius ratio in prescriptione longissimi tp̄is q̄ prescriptio nō erat cognita illo iure ffoꝝ.no.gl.in.l.qui occidit.ff.ad legem aqui.ꝛ in.l.iul.alias incipit non solū.ff.ex quibus causis maio.ꝛ in.d.l.si quis emptionis ꝛ isti.de perpetu.ꝛ tēpora.act.circa principiū ꝛ in aut.vt ecclesia romana centū annorū gaudeat spacio quas glossas cōiter sequuntur doc.lꝫ
5 quedā glo.videantur velle cōtrariū.¶†Et iura canonica non derogant iuri ciuili nisi quatenus immineat peccatū vt patet ex ratiōe tex.d.c.qm̄ omne.sꝫ heredes qui ignorant nō sunt in peccato:ergo ius canonicū non militat in herede qui de iure ciuili prescriberet ꝛ nō est in peccato.ꝛ ita potest intelligi Bar.qui in.d.l.cū heres.allegādo Dy.in.c.cum possessor de reg.iur.in.vj.dicit qḋ de equitate canonica est:secus si ex persona sua vult incipere prescriptionē:nā ei⁹ dictū potest intelligi ne in prescriptione.xxx.vel.xl.anno.que ꝓcedit de iure ciuili cum mala fide vel in prescriptione.xl.anno.que de iure canonico competit aduersus ecclesiā.c.de quarta de prescri.ꝛ facit aut.quas actiones.C.de sacrosan.eccl.idcirco si post mortē dicti Nicolai sunt elapsi quinqꝫ anni militat prescriptio.d.consti.prouincialis ꝛ similiter si post mortem dicti Nicolai sunt elapsi.xxx.anni mili-
6 tet prescriptio iuris cōis longissimi tēporis.†Licet etiam videatur posse dici qḋ etiam in vita dicti Nicolai currerent dicte prescriptiones per supradicta maxime stante dicta transactione ꝛ possessiōe dicte domus date pro dicta dote dicto Betto ex qua possessione resultauit hereditatis immixtio vt dictum est ꝛ si non resultauit imixtio hereditatis potuit dictus Nicola.ꝓbabiliter credere quod dicta Magdalena se immiscuisset:maxime qꝛ domus illa si fuit tradita Betto erat ipsius Betti cū dos ꝯsisteret in pecunia erat restituēda dicte Venere in casu soluti matrimonij.Et dos constāte matrimonio est mariti.l.doce ancillam.C.de rei vē.si fuisset data venere ipsa cōsentiēte fuisset sibi satisfactum cum aliud pro alio volente creditore solui potuerit:ꝛ ideo causatur cessatio saltē male fidei:ꝛ per cōsequens dicti heredes Nicolai possunt se tueri vel prescriptione vel alijs exceptionibus quibus supra:nec ob.d.l.cum notissimi.quia illa tollitur per.d.constitutionem cuius verba respiciunt pariter hypothecariam

pothecariã prout actionẽ personalẽ.item tollitur.d.cõtrarium per
alias exce.que.s.deducte sunt.⁊ ad cõtraria patet responsum per
adducta.s.pro hac parte. Laus deo.

¶Consilium lvij.

1 Mãdans delictũ fieri pari pena punitur cuz eo cui mãdatur.
2 Mandator quis dicatur perspicue nunc declaratur.
3 Mandans homicidiũ fieri capitis pena mulctat.sed si mãdat per
cuti ⁊ occiditur quid iuris, sit dubitatur.
4 Verba ego sum contentus qđ fiat homicidium:et verba eatis ⁊ de
tis quomodo intelligantur.⁊ nu.5.
6 Mandans non tenetur si is cui mandat iam comminabatur.
7 Homicidium cum instrumento ad mortem inepto factum quo
modo puniatur.
8 Homicidio consilium vel fauorem prestãs nõ tamen associans quo
modo puniendus.

IN nomine domini nostri

1 Jesu xpi.¶†Egregie allegat in pũcto pro vtraq; parte
adeo qđ res nõ caret dubitatiõe:vr enĩ prima facie dicen
dum qđ dictus Fuschinus veniat condẽnandus pena capitis tanq̃
mandans cum statutũ tali pena disponat cõdẽnandũ fore mandã
2 tem homicidiũ cõmitti.¶†Et mãdare censet q vtit verbo impati
ui modi ꝓut dicit Bal.in.l.j.de ser.fugi.allegat in themate ⁊ Bar.
in.l.non solũ.§.si mãdato circa principiũ.dicit qđ mandator dr ille
qui vtit verbis mãdo siue rogo siue qbuscunq; verbis si sit ad satis
factionẽ volũtatis sue prout vr contingere in casu isto qr dict⁹ Fu
schinus fuerat offensus:ideo vr protulisse verba de quib⁹ in inqui
sitione per eũ cõfessata ad satisfactionẽ sue voluntatis pro vindicã
da sua iniuria:nec facit ad propositũ qđ in pũcto dr per alterã par
tem qđ mandans vere non cõmittit homicidiũ sed interpretatiue.
3 ¶†Quia satis est ad ꝓpositũ nostrũ qđ statutũ punit mãdãtem ho
micidiũ cõmitti pena capitis qđ ⁊ disponit ius cõmune:qr pari pe
na de iure cõi punitur mãdãs ⁊ delictũ cõmittẽs.d.§.si mandato.et
c.j.de offi.dele.cũ concor.ideo solũ est cõsiderãdũ vtrum cẽseat pre
cessisse mãdatũ dicti Fuschini qđ homicidiũ cõmitteretur:mãdatũ
autem videt precessisse per supradicta.⁊ ẽt qr constat de voluntate
dicti Fuschini qđ voluerit qđ dictus Petrus percuteretur duab⁹
bastonatis prout percussus fuit.Satis enĩ cẽset factũ mandato Fu
schini ex quo eius volũtate factum fuit.l.post dotẽ.ff.sol.ma.prout
ibi declarãt ⁊ firmãt Bar.⁊ doc.facit.l.j.quaten⁹ loquit de vbo vo
lo.ff.mãdati.nec vr obstare qđ nõ mãdauit homicidiũ cõmitti sed
solum percuteret duabus percussionib⁹ cũ bastono:qr respondetur
in themate qđ homicidiũ sequutũ imputatur mãdãti per.c.fi.de ho
mi.li.vj.qđ videt loqui in casu longe fortiori qr disponit qđ si aliqs
mãdauit alteri qđ verberaret titiũ cũ hoc qđ non occiderit si vulne
rauit mãdatarius ⁊ ex vulnere sequuta est mors imputat homici
diũ ipsi mãdãti vt ibi est tex.fortius in casu nostro in quo non fuit
expressum in mãdato qđ non occideret attẽto qđ in casu isto mãda
tarius nõ vr excessisse fines mãdati ⁊ in casu.d.c.fi.mãdatari⁹ fines
mandati excessit ꝓut ibi tex.exprimit.nec etiã iuuare videt dictum
Fuschinum si allegaret qđ dictus Cheses dictũ homicidium cõmi
sit pro vindicãda iniuria illata nõ solum illata ipsi Fuschino.sz pro
vindicãda iniuria illata Lauren.⁊ eius nepti ⁊ forte cõtemplatiõe
valẽtis sui victrici qui videt qđ foret magis animosus ad sumendũ
vindictã contra dictũ Petrũ ⁊ alios nominatos in inqsitione quã
foret dict⁹ Fuschinus vt deprehẽdit ex ratiocinio qđ habuerũt pri⁹
inter se ipsi valẽtes ⁊ Fuschinus ⁊ Laurẽti⁹ qr vr qđ mãdãs teneat
ẽt si mãdatarius erat al's facturus ꝓut videt sumi ex dictis bar.in
d.§.si mãdato.v.q̃ro vtrũ in ꝑsuadẽte vbi exp̃sse cõcludit qđ ꝑsuadẽs
delictũ cõmitti punit vt ꝑsuasor delicti ẽt si ꝑsuasus erat al's delictũ
cõmissurus:nec hz fieri distinctio quo ad penã imponẽdã vtrũ fuis
set al's cõmissum delictũ necne:ita pariter dicẽdũ vr in mãdante:cũ
magis videat delinquere mãdãs quã ꝑsuadẽs vt de se cõstat ⁊ appet
ex tenore dicti statuti ⁊ quod acrius punit mandãs quã persuasor.
4 ¶†His tñ nõ ob.ꝯtrariũ puto de iure rñdendum vcz qđ.d.Fuschi.
nõ veniat cõdẽnandus pena capitali tanq̃ mãdans:sed pena pecu
niaria qr nõ vr qđ vba in inqsitione cõtenta inducãt mãdatũ qr di
cẽdo ego sum cõtentus qđ fiat homicidiũ non videt qđ importent
mandatũ:sed potius cõsensum:⁊ ideo dicta vba inquisitiõis:io son
cõtento andate ⁊ dategle doie bastonate possunt significare qđ ipse
Fuschinus erat cõtent⁹ qđ ipsi irent ⁊ darent duas bastonatas non
propterea quod mãdaret ⁊ hoc modo intelligendo nõ obstat quod
5 dicit Bal.in.d.l.j.de seruis fugi.¶†Quia nõ sunt verba imperati
ui modi exponendo eatis ⁊ detis:qr verba eatis ⁊ detis sunt vba
optatiui modi vel subiũctiui modi ⁊ vulgarizant andate ⁊ date ⁊c.
⁊ lz pariter vulgarizarent vba imperatiui modi ite ⁊ date tñ in istis
penalib⁹ mitior ⁊ benignior interpretatio est adhibenda.l.si preses.
⁊.l.interpretatione de pe.⁊ regula in penis.in.vj.⁊ insuper confes
sio dz esse certa.l.certũ.in princip.ff.de confes.⁊ tanq̃ species proba
tionis debet necessario cõcludere.l.non hoc.C.vnde cognati.⁊ cap.
in presentia extra de proba.cum simi.si ergo verba habent etiã aliũ
intellectũ non necessario concludunt merito nõ probant quod sint
verba imperatiui modi:iđ non importãt mandatũ qđ suadẽt ver
ba precedẽtia:quia dictus Fuschinus nõ fuit interrogatus vtrum
mãdaret:nec etiã simpliciter vtz vellet qđ fieret dicta vẽdita:sed di
ctus Cheses dixit.d.Fuschino volemo noi fare questa vendetta que
interrogatio demõstrat quod nõ intendebat qđ vindicta fieret ad
instãtiam dicti Fuschini sed cõmuni volũtate dicẽdo volemo.⁊ sic
dictus Cheses faciebat se coequalẽ in voluntate vindicaui.⁊ sic tã
quã ꝑncipalis loquebat nõ tanq̃ mãdatari⁹ ⁊ quodãmõ accessori⁹.
⁊ ad hoc etiam adaptatur responsum dicti Fuschini dicendo son cõ
tento non dicendo io voglo rogo vel mando.⁊ sic responsio adapta
tur ad interrogationem prout adaptari debet ⁊ per illã interpreta
ri.l.si defensor.§.qui interrogatus.ff.de interrog.acti.⁊.c.nõne de
presum.⁊.l.j.§.si ita.⁊.l.titia respõdit.§.idem respondit.ff.de ver.
6 oblig.¶†Et quando est par inimicitia presumitur potius consi
lium quã mãdatum:etiam si sunt verba imperatiui modi dicit no
tabiliter Bald.in.l.j.C.de serui.fugi.circa fin.iij.colum.ponderãs
qđ est mitius interpretari consiliũ quã mandatum:quia efficacius
⁊ durius obligat mãdatum quã consilium:vt not.per Joan.an.in
capitu.nullus ex consilio de regu.iur.lib.vj.ꝭm eundem Bald.qui
etiam concludit qđ vbi quis mandat illi qui minatus fuerat si mi
ne erant verisimiliter exequende mandans non tenet:quia proba
tur quod principalis erat facturus sine mandato aliquo prout
voluit Jaco.but.in.l.j.ff.de eo per quem fac.est.⁊ in.l.met⁹.ff.quod
metus causa ꝭm eundem Bal.in.d.l.j.de ser.fugi.ij.colum.quod cõ
fert ad casum nostrũ quia dictus Cheses ⁊ dictus Joãnes nõ requi
rebant mandatum dicti Fuschini ad illud delictum perpetrandũ:
sed solũmodo requirebant eius consensum ⁊ concursum volũtatis
vt demonstrat satis aperte verba primi ratiocinij ⁊ verba secunde
locutionis:ad hoc etiam quod notabiliter voluit Bart.in dicto.§.
si mandato in versiculo ista autem distinctio.dicens qđ dicta distin
ctio an esset al's facturus vel non non põt habere locum in manda
tore quia pro certo presupponitur qđ non erat alias facturus nisi
gratia mandãtis.Et sic presupponit qđ ad hoc vt quis censeatur
facere tanq̃ mandatarius illud fecerit gratia mandantis non alio
respectu:verba autem que referuntur in inquisitione innuit po
tius cõtrarium scilicet quod non deueniebatur ad dictam vindi
ctam principaliter gratia dicti Fuschini ⁊ ratione sui mãdati sed
pro communi honore qđ maxime deprehenditur ex verbis dicti Va
lentis habitis in primo ratiocinio in quo rõcinio dictus Fuschin⁹
incitatus fuit non principaliter incitator ⁊ vnanimiter fuit cõclu
sum qđ Joannes ⁊ Cheses darent dictas bastonatas qui erant pri
uigni dicti Valentis:⁊ sic verisimile est qđ potius se mouerent con
templatione seu persuasione Valentis quã Fuschini:⁊ sic qđ erant
parati illud facere:etiam sine mandato Fuschini:licet vellẽt perscru
tari eius cõsensum forte ad finem vt cõtribueret ad penam soluen
dam vel eam soluere ⁊ sic omnes circunstantie videntur innuere qđ
7 illi erant facturi etiaz sine mãdato.¶†Et qđ mandans non tenea
tur etiam ex mãdato quando mãdat alias facturo voluit etiã Bal.
in.l.j.§.persuadere.ff.de seruo corru.si recte aduertatur quod ⁊ vo
luit Ange.in cõsilio.xxij.incipiente pro decisione questionis: si er
go mãdans alias facturo nõ tenetur mandãs videtur qđ dictus Fu
schinus non teneretur etiam si expresse mandasset multo fortius nõ
teneatur in casu isto in quo vba sunt ambigua nõ important neces
8 sario mandatũ per.s.dicta.¶†Nec obstat qđ dicebatur per Bar.
in.d.§.si mandato.dum dicebat qđ nõ erat distinguendũ an quis
esset alias facturus vel nõ:qr loquitur in persuasione secus subdẽs
in mandato vt premisi:nec etiã obst.qđ supra dicebatur quod fa
ctum voluntate mea cẽsetur factum me mandãte per.d.l.post dotẽ.
quia rñdetur qđ illud nõ semper ꝓcedit:quia videmus qđ persua
dẽs ⁊ cõsulẽs ⁊ prestans opem delicto differũt a mãdante:vt proba
tur in statuto de quo in themate ⁊ nota.per Bart.in dicto.§.si mã
dato.⁊ tamẽ persuadẽs consulens ⁊ prestãs opem delicto volunt
delictum cõmitti ⁊ supradictis deprehenditur in casu nostro quod
fuit potius prestatio cõsensus seu cõsiliũ ⁊ persuasio quã mandatũ.
tũc autez videtur qđ ex volũtate resultet mandatũ quando ipsa vo
luntas est causa inductiua ⁊ principaliter vt id fiat secus alias per
supradicta:nec supradictis obstat qđ dicit Barto.in.d.§.si manda
to versiculo venio ad materiam.dum dicit non curo quib⁹ verbis
vsus fuerit siue mãdo siue rogo siue qbuscũq; verbis:qr loquitur qñ
verba proferrentur gratia eius cui loquitur qr vult quod licet dixe
rit mando vel rogo nõ resultet mandatum sed persuasio.Et sic in
minorem partez:non autẽ id dixit scilicet qđ non curabat quibus
verbis vteretur resultaret mandatum.Ex quibus omnibus simul
iunctis arbitror satis aperte concludendum fore qđ dictus Fuschi
nus non debeat condemnari pena capitis tanq̃ mandator sed pe
na pecuniaria quod ⁊ suadetur:quia non erat verisimile quod ex
duabus bastonatis deberet sequi mors.nec videtur ea intentio Fu
schini quod dictus petrus occideretur ex quo voluit qđ percutere
9 tur cum bastone.¶†Et ideo non videt qđ sit puniendus ꝓ homi
cidio per dolũ commisso per text.in simili in.l.j.§.sed ⁊ si claua.ff.
ad legem cor.de sicca.probans qđ si qs aliũ ꝑcussit cũ claua ⁊ ex per
cussione mors secuta fuit nõ punit pena homicidij voluntarij seu

dolosi sed potius censet homicidiū casuale p quē tex.hoc dicit Bal. in.l.cū mādati.C.mādati.dicēs qđ si qs percussit cū instrumēto qđ nō erat aptū ad mortē inferendā siue per se siue per procuratorē non est pena homicidij ſm eum.cū ergo statutū de quo in themate non puniat capitaliter sed pena pecuniaria homicidiū nō dolo ſʒ culpa cōmissum:ideo videt qđ dictus Euscbinus pro dicto homicidio non debeat nisi pena pecuniaria condēnari.nec ob.d.c.si.de homi.li.vj. immo facit pro:qꝛ non pōderat dolum sed culpam:ꝛ sic innuit qđ dictum homicidiū imputetur illi mandāti non tanq̄ homicidium dolo cōmissum:sed tanq̄ homicidium culpa commissuʒ ꝛ ille text. loquitur quo ad irregularitatem quo causat ex homicidio etiam

10 non voluntario.¶†Quinimmo ex homicidio etiā si nō culpa per petrato vt glo.no.in cle.vnica de homi.sup vbo nō valens subdens qđ etiā pro homicidio meritorio incurrit quis irregularitatem vt in iudice iuste occidēte.l.ij.distin.c.j.ſm illā glo.ꝛ per Jo.an.in.c.in ter opera extra de sponsa. remanet ergo cōclusio qđ.d.Euscbi.non sit cōdemnandus pena capitali sed pena pecuniaria:posset etiā du bitari vtrū sit cōdemnandus pena.ccc.li.que per statutū imponit pro homicidio nō dolo sed culpa cōmisso:an vero pena.l.li.que per statutum imponit ei qui prestiterit homicidio cōsilium auxilium vel fauorem:non tamē associauerit homicidiā ad homicidū com/mittendum:circa qđ videt dicendū qđ si teneremus qđ cēseret pre/cessisse mādatū p illa verba io son cōtēto andate ꝛ dategle ꝛc.debe/ret irrogari pena.ccc.li.si vo teneam⁹ qđ nō cēseat resultasse mādatū ex illis verbis qđ magis placet:tunc militet statutum loquens de pena.l.lib. Laus deo.

¶Consilium.lviij.

1 ☞Societas inter filios viuente patre inita post eius obitum durans que sit.
2 Societas omnium bonorum que:ꝛ quando contrahatur.
3 Societatis partes in lucro quando sint equales.ꝛ nu.seq.
5 Socius industriosior si fierit an eius portio preualebit.
6 Socij opera que perditur pecunie interusurio compensatur.
7 Socius si ex pecunia consocij lucretur quomodo lucrum partietur. ꝛ numero.8.
9 Societati an imputetur quod ob honorem socij vel liberorum ei⁹ impenditur.
10 Dos data filie vnius sociorum an veniat in patris computum.
12 Socius vel frater bona communia cōsumi si permittit repetere an valebit.



N nomine domini nostri

1 Jesu xpi.¶†Ad euidētiā huius consultationis pmittē dum est qđ inter dictos tres fratres fuit tacite inita so/cietas lucri ꝛ questus ꝛ fructuū bonoꝝ cōmuniū nō generalis socie tas omniū bonoꝝ si enī plures fratres negociant ꝛ ponūt lucra in cōmuni censet vniuersalis societas lucri ꝛ questus cōtracta.si vero solū cōmunicāt lucra vnius negociationis:ꝛ tūc resultat tacita limi tata societas circa illā negociationē.put cōcludit Bart.in.d.§.alte/ro.ꝛ in.d.l.si patru⁹.vbi idem Saly.ꝛ Raph.ful.idē Bar.ꝛ Ang. in.l.j.§.si qs ꝟ interdicto.ff.de iti.actuq₃ priua.idē Bal.in cōplemē to tractatus Bar.ppe fi.idē ang.in cōsi.predicto.lxxxv.circa finem ꝛ in cōsi.cxij.ſm ordinē informis.qđ cōsiliū incipit Pānuti⁹ꝛ An to.j.col.ꝛ Pōta.in.d.cōsilio.ccciij.ꝛ in cōsi.clxviij.incipiēte circa pri mū quo querit ꝛ Pe.de anch.sequit ēt in hoc Bart.in cōsi.clviij. ſm dictum ordinē informis incipiēte plura dubia elicita ꝛ in consi. ccciij.incipiēte materia de qua querit.col.iij.ꝛ Panor.in cōsi.incipiē te attingā breuissime in ordine.lxvj.ſm ordinē informis:iō inter di ctos fratres non censet cōtracta societas oīum bonoꝝ:sed lucri ꝛ que/stus qꝛ dicti actus q̄ psupponunt interuenisse inter dictos fratres

2 potuerūt fieri citra ius ꝛ nomē societatis omniū bonoꝝ.¶†Que societas omniū bonoꝝ nō resultat nisi specialiter omniū bonoꝝ in/eat dicit tex.in.l.ea vero.§.j.ff.pro socio.ꝛ glo.ibi verbū specialiter exponit.i.expresse:ideo text.ibi iuncta gl.videt probare qđ societas omniū bonoꝝ nō cōtrahitur tacite sed solū expressa partiū cōuētiōe ꝛ idē vr̄ sumi ex dictis Bar.in.l.cū duob⁹.§.idē papinianus.ff.pro socio quatenus premittit qđ ex actibus inducit tacita societas post ea subdit nō omniū bonoꝝ.Et ēt quatenus ibi ꝛ in.l.si patru⁹.C. cōmunia vtriusq₃ iudicij.ꝛ in.l.si titiū ꝛ meuiū.§.altero de admi.tu. dicit qđ si neuter negociatur vel negociat vnus tantū nō contrahit societas sed negociatio nō respicit societatē omniū bonoꝝ merito ꝛc.Et lʒ id non puto verū qđ non possit contrahi societas omniuʒ bonorum tacite:nec putē id esse de mēte glo.ꝛ Bar.vbi.s̄.per iura que allegat:ꝛ qꝛ cōtrariū cōcludit idē Bar.in cōsi.incipiēte ꝛ pma facie videt qđ amatutius in ordine.xxxv.ſm ordinē informis qđ et voluit Bal.in.d.l.si patruus ꝛ in addi.suis ad tractatū Barto.de duobus fratrib⁹ quem refert ꝛ sequit Pe.de ancha.in cōsi.ccciij.in cipiente materia de qua querit:ꝛ idē tāq̄ nō dubiū cōcludit Ang. in cōsi.cxij.ſm ordinē informis incipiēte Vānuti⁹ ꝛ Antoni⁹:cum itaq₃ inter dictos fratres nō iteruenerint tales act⁹ qui nō soleant geri citra ius ꝛ nomē societatis omniū bonoꝝ clicio primā cōclusio nē qđ inter dictos fratres nō fuerit inita societas oīm bonoꝝ:sʒ lu/

cri ꝛ questus.Ex quo lucra questuaria cōtinuo cōicauerunt.istud tñ puto cōtingat in facto.lʒ in themate dicat qđ inter eos fuerit so cietas omniū bonoꝝ puto aūt qđ id dicat:qꝛ oīa cōiter possidebāt.

3 ¶†Secūdo premittēdū est qđ cōtractus societatis cōtrahitur ad instar cuiusdā fraternitatis.l.verū in prin.ff.pro socio.ꝛ requirit in supremo bonāfidē.dicebat Bal.in suo cōsilio incipiente videam⁹ que societas ꝛ dʒ cōtrahi insta ꝛ equa arbitrio boni viri.l.quod enī. §.j.ꝛ.l.in proposita.ꝛ.l.si societatem mecū coieris.ff.eo.titu.ꝛ.l.iij. in fin.cod.tit.pro socio ꝛ debent partes in societate esse equales si aliud nō appareat.l.si non fuerint in princip.ff.eo.titu.ꝛ instituta eo.titu.§.j.nec potest vnus plus lucri percipere quā alter nisi aliqd plus conferat societati.d.l.si nō fuerint.§.j.versi.si modo aliqd pl⁹ contulit societati:adeo qđ nec vʒ pactum qđ partes sint inequales ꝛ nō pportionabiles ei qđ in societate immittitur prout proba tex. d.ver.si modo aliquid plus cōtulit societati a contrario sensu put firmat Azo.vt refert ꝛ approbat Accursius ibidem:qđ et videtur velle Salyc.in.l.mutius.ff.eod.titu.ꝛ est communis opinio.prout dicit Raph.fulgo.in.d.l.si non fuerint.§.j.vbi in hoc finaliter resi/det.ꝛ idem sentit in.l.si societatem mecum coieris.eodem titulo.fa/cit etiam text.in.d.l.si non fuerint.§.ita coiri ibi si tāti est opera quā ti damni ꝛc.per que iura restringitur generalitas text.in.§.j.insti.

4 eodem titulo.ꝛ.d.l.si non fuerint.§.j.in primo respōso.¶†In qui/bus iuribus dicitur qđ conuentio qđ partes sint equales vel inequa les est seruanda:quia verum est si est inequalitas circa ea que hinc/inde in societate immittuntur:finaūt nihil est conuentum tunc de/bent esse partes equales in lucro dicit text.in.d.l.si non fuerint.in princip.ꝛ in.d.§.j.instituta eodem titulo.quod est verum si equalia sunt ea que in societate hincinde conferuntur:nam tunc est planuʒ. Similiter si non apparet qđ vnus plus contulerit societati quam alter quo casu debent esse partes equales:ita procedat generalitas dictorum iurium.finautem vnus plus confert societati quā alter et est societas simpliciter contracta debent portiones lucri et damni esse correspectiue ad ea que in societate conferuntur:ita quod si ti/tius ponit in societate mille et gayus quingenta ꝛ ineunt simpli/citer societatem diuidetur lucrum in tres partes:ita quod titius habebit duas partes lucri ꝛ gayus tertiā partem:censetur enī so cietas coita arbitrio boni viri:bonus autem vir ita arbitrari debe/ret quod qui plus laborat plus manducet: qui plus meretur plus lucretur:ꝛ sic qui plus capitalis habet plus sentiat lucri.quia cui dubium quod plus meretur magnuʒ capitale quā paruū.pecunie enim interusurium sepe correspōdet precio seu extimationi operaꝝ

5 vt ex infra proxime dicendis apparebit.†Itaq₃ si vnus erit homo multum industriosus contrahere volet societatem cum alio qui po net pecuniam inueniet ponentem forte mille:ꝛ si opere sue erūt ma gis viles non inueniet ponentem tantam quantitatem sed tenuem correspondentem opere ꝛ industrie vt quotidie docet experientia re rum magistra.c.quam sit in princi.de elec.in.vj.ꝛ.c.statutum.eo.ti. ꝛ lib.ꝛ si finita huiusmodi societate inuenietur aliquid vltra capita le illud totum censebitur lucrum non habita consideratione opera/rum:qꝛ totum id quod supra sortem immissum reperitur in societa te diuiditur inter socios non detracta extimatione operarum vt.l. cum duobus.§.item ex facto.ff.pro socio.ꝛ.l.questus.eo.titu.prout nec ascribitur damno nisi id quod de capitali perditur quod ꝛ pro/batur in.d.§.ita coiri si recte ponderatur qđ ꝛ approbat consuetu/do que est optima.ll.interpres.l.cū de interpretatione.ꝛ.l.minime. ff.de.ll.ꝛ.c.cū dilectus.de cōsuetu.vnde si finita societate nihil vltra capitale reperitur illud redditur immittenti.prout dicit glo.esse de consuetudine in.l.j.C.pro socio.sentiens consuetudinem illam fore obseruandam quinimmo hoc est de iure circunscripta omni consue tudine.prout firmat Jaco.de are.cum quo transeunt Cy.ꝛ Bart. in.d.l.j.quod ꝛ tenet Bald.in.d.l.si non fuerint.ꝛ in.d.l.si cum duo bus.§.si in coeunda dicens Ray.idem velle quod ꝛ voluit Oldra. prout refert Rapha.in.d.l.j.quod ꝛ firmat Salyce.in.ij.q.ꝛ in.d.l.

6 mutius in.ij.q.¶†Et compensatur perditio operarum cū interusu rio pecunie prout concludit Bal.in.d.l.j.C.pro soc.ꝛ Saly.in.d.l. mutius.iij.q.sed cui dubium qđ maioris extimationis est interusu/rium maioris capitalis q̄ minoris capitalis.ideo maius capitale plus lucri meretur hoc quidem conuenit bone fidei equitati ꝛ arbi trio boni viri que cōueniunt nature contractus societatis prout.s. in prin.deductum est ꝛ hoc quod partes lucri debeant esse correspō dentes ei quod in societatem confertur probatur etiam autoritate glossellе super verbo equales in.d.§.j.insti.de societa.que ad tex.sup plet ꝛ dic equale fuisse capitale.vult ergo qđ regula illius tex.quod partes lucri ꝛ damni sint equales:procedit tunc demum qñ capita/le est equale.secus ergo si capitale non est equale.nam tunc non de/bēt esse equales partes lucri ꝛ damni.sed proportionabiles ad por/tiōes capitalium.quod ꝛ clarius firmant Nico.de mat.in.d.l.j.C. co.ti.ꝛ Bal.ibi.iiij.q.ꝛ Saly.ibi in.vij.q.ꝛ Ang.in consi.cxiij.inci/pien.quid autem si fuerint.ꝛ idem videtur velle Barto.in consi.in/cipien.cianzarellus.ꝛ ita pluries consului.ꝛ ita legendo firmaui in l.si pascenda pecora.C.de pac.extra gl.in.j.q.principali. in secundo

7 quesito.¶†Et ideo quando vnus lucratur cum pecunia alterius

pars lucri

pars lucri attribuitur pecunie et pars ascribitur opere quod τ cõsi
deratur etiam alias quã in socijs.puta qñ filius lucratur in emẽdo
cũ pecunia patris ps lucri censet ꝑfectitiũ tanq̃ ꝑfectũ ex pecunia
patris:τ pars aduẽtitium tanq̃ profectum ex opera filij prout hoc
voluit glo.τ doct.ibi post eam in.l.cum oportet in prin.C.de bonis
que libe.quod τ voluit Bar.in.l.j.§.sed nec castrense.ff.de colla.bo.
τ in tractatu de duobus fratribus qđ τ voluit Bal.in auth.ex testa-
mento.C.de de colla.x.colum.dicens qđ Bart.dicit quod lucrũ su-
sceptum ex negociatiõe quam facit filius cum pecunia patris dimi
dia lucri ascribitur pecunie τ dimidia ascribitur opere filij prout
hec voluit Bar.in.d.§.sed nec castrense.τ in.d.tractatu de duobus
fratribus in prin.de quo etiam tangit in.d.l.cum oportet in princ.
τ in.l.illud.C.de colla.sed prout dicit Bal.hoc procedit de sui capi
tis equitate.sed de iure hoc remittendum arbitrio iudicis qui ha-
bebit considerare quantitatem pecunie paterne τ industrie filij.τ
idem voluit ipse Bal.post Jaco.but.in.d.l.cum oportet quod τ vi
dentur velle Ang.τ Pau.de ca.in.d.l.cum oportet.τ idem voluit
Ponta.in.d.auth.ex testamento quando filius negociatur nomine
suo τ patris:τ eadem fuit intentio Bart.vt deprehenditur ex eius
dictis in locis preallegatis τ maxime in dicto tractatu de duobus
fratribus vbi dicit attendendum extimationes operis τ industrie
persone filij.τ hoc etiam deprehenditur per eum ex dictis in.d.l.il
lud.vbi Pau.de ca.sequitur eius dicta subdens quod communis
consuetudo est quod dimidia attribuatur opere τ dimidia pecunie
τ hinc est quod voluit Bar.quod in dubio iudex habeat diuidere
pro medietate.scꝫ attẽto communi vsu prout alias latius dixi post
8 dominum meum in.d.auth.ex testamento.¶†Et ex his alias consu
lui apud montemfalconem vna cum insigni doctore domino Phi
lippo Franc.τ in agro pisano vna cum famosissimo docto.domino
Baldo de bartholinis patre bono.quod si duo fratres ineunt sim-
pliciter societatem lucri τ questus τ vnus est lõge magis industrio
sus q̃ alter:tunc quesita ex eorum operis non debeãt equaliter diui
di:sed tanto plus debet consignari magis industrioso quanto eius
opera fuit preciosior hoc est magis lucratiua.τ idem alias in varijs
causis diuersis annis pluries consului:itaq̃ iste est sextus vel septi-
mus casus in quo idem concludo τ postq̃ pluries consulueram re-
peri Pontanum idem consuluisse in preallegato consilio.clxv.Idẽ
itaq̃ puto concludendum in casu nostro scꝫ quod dictus magister
Petrus pictor plus debeat detrahere de superlucratis quantum
plus meretur eius industria arbitrio boni viri τ hoc nisi inter eos
fuisset contracta societas omnium bonorum quod non puto lꝫ in
puncto dicatur τ hoc per supradicta:sinautem fuisset contracta so-
cietas omnium bonorum secus putarem τ ex his deciditur vltimũ
quesitum τ conferunt premissa ad decisionem aliorum quesitorum
nam societas omnium bonorum ad plura obligat quam societas
9 lucri τ questus.¶†Est enĩ non mediocre dubium vtrum impen-
sum in honorem vnius ex socijs omnium bonorum vel suorum libe
rorum imputetur societati:τ similiter vtrum quid si est dos data ꝑ
filia vnius ex socijs omnium bonorum.nam Bal.in.l.si societatem
vniuersarum vult quod impendia facta in honorem vnius fiant de
communi.τ idem videtur velle in.d.l.ex parte.§.si filius.τ Paul.
de ca.in recollectis florentinis in.d.l.si societatem.τ in.l.si socius ꝑ
10 filia.ff.pro so.¶†Sed in contrariũ quod immo dos data filie vni-
ex socijs omnium bonorum cedat ad onus patris videtur deprehẽ
di ex tex.l.si socius pro filia.ff.pro socio iuncta glo.que illum tex.in-
telligit in societate omium bonorum qui tex.vꝫ probare quod dos
censetur profecta a patre τ quod ad patrem reditura sit soluto ma
trimonio vt patet ibi patet defuncta in matrimonio filia recuperas
set τ ibi per doc.τ in dote danda pro filia vidi varie consultum τ va
rie sunt sententie τ dependet plurimum ab intellectu.d.l.si socius
pro filia super cuius intellectu doc.videntur variare τ non mirũ ma
xime q2 verba text.in varijs variare vidi libris.nam quidã libri ha
bent copulam τ:nonnulli habent aduersatiuam:sed quidam carẽt
vtroq̃.nõnullos reperi habere copulam τ seu aduersatiuam sed vir
gulatam tanq̃ superabundantem τ non debere esse in text.τ super
hoc articulo de dote filie alterius ex socijs omnium bonorũ fui plu
ries consultus tandem visum fuit:τ ita semel consului quod durã-
te societate dos debeat solui de communi:nam ex quo omnia sunt
communia pater non potest durante societate dotare nisi de bonis
communibus vel sunt communicanda:ideo cum necessitetur dota
re filiam iure cogente.l.obligamur.§.l.de actio.τ obliga.τ.l.fi.C.de
dotis promis.necessitas autem non est subnixa.ll.l.que propter ne
cessitatem.ff.de reg.iur.τ.c.quod non est licitum extra eo.ti.cum cõ
cor.tamen finita societate imputetur in partem patris vel habeat
partem dotis date reddere socio:τ ita concordantur opiniones do
cto.qui videntur varie loqui in hoc articulo:videtur itaq̃ etiã ad
presens quod etiam si fuissent socij omnium bonorum expensas fa-
ctas pro dotibus filiarum debeant ascribi patribus earum τ fini-
ta societate teneantur dicti parentes dictas dotes solutas de cõmu
ni ponere ad eorum computum τ reficere alios socios pro rata ad
eos spectãte singula singulis referẽdo vcꝫ dicto magistro Petro de
beant quilibet frater dare tertiam partem quantitatis quam ha-
buit eius filia pro dote:τ tanto plus quanto plus de lucratis debet
retrahere dictus magister Petrus ratione maioris industrie:τ si-
militer ille pater qui plus erogauit in dote:τ pro dote sue filie debet
pro rata refundere fratri qui minus exposuit pro dote eius filie:et
idem puto dicendum in erogatis pro doctoratu per supradicta: τ
a simili de erogatis pro emptione librorum:si autem non sunt so-
cij omnium bonorum:sed solum lucri τ questus tunc sine dubio pre
11 dicta procedunt.¶†Dicit enĩ Bal.in addi.quam facit ad tracta-
tum Bar.de duobus fratribus in vltima parte formaliter ita.Sed
an sumptus qui fiũt in persona vnius fratris filij vel filie sue debeãt
fieri de communi τ loquor de sumptibus honestis respondeo nõ ni
si sint socij oĩum bonorum.l.si socius pro filia.ff.pro socio.ex hoc ap-
paret quod filius fratris debet stare in studio sumptibꝫ patris non
de communi patrimonio similiter dꝫ filia dotari de bonis patris
non de communibus:similiter si ducit vxorem debet fieri sumptus
de sui parte nisi sint socij omniũ bonorum:vt no.ff.de mu.et hono.
l.τ qui originem.§.fi.hec ille ex cuius dictis apparet quod non so-
cij omnium bonorum non tenentur ad ea ad que tenentur socij om
nium bonorum non solum circa communicanda quesita:sed etiam
circa contribuenda in oneribus τ impendijs.Quod τ sumitur ex
dictis eiusdem Bal.supra in eodem suo tractatu ante medium in
ver.τ predicta sunt vera.vbi recitatis pluribus que dicit Spe.cir-
ca materiam duorum fratrum simul habitantium in titulo de iu-
dicijs.iiij.parte ver.specialia.ver.quid si alter.τ ver.quid si vnus.et
positis quibusdam casibus in quibus vnus frater non debet contri
buere pro spectantibus ad alterum fratrem subdit τ predicta sunt
vera vbi non constat de societate inter eos contracta vbi autem ap-
pareret quod essent socij omnium bonorũ essent participanda pro
spera τ aduersa que ius τ natura societatis participari iubet τc.ẽm
eum.Ex quibus dictis concludendum est ad propositum nostrum
qđ si fuerint socij omniũ bonorum expense circa victum τ vestitum
in studio filij debẽt omnes participare:lꝫ vestes preciose facte dicto
filio tanq̃ profecte a patre deberent communicari:τ similiter debe
rent participare in expensis pro infirmitate ex quo prospera τ ad-
uersa sunt communicanda:secus si nõ fuit cõtracta inter eos socie-
tas omniũ bonorũ sed tm̃ societas lucri τ questus q2 predicte impẽ
se nõ tendũt ad lucrũ τ questũ nec occasione lucri τ questus fiũt.Et
ita puto in dubio concludendum:q2 donatio nõ presumitur ꝑ iu-
ra vulgaria.Dicit aũt alias Bar.scꝫ in quodam suo cõsilio incipiẽ
te super predictis narratis in puncto loquendo de expensis factis
in conuiuijs tempore nuptiarum vnius ex fratribus quod vtrum
possit frater repetere pro sua rata quod tunc dꝫ considerari affectꝰ.
12 ¶†Non enĩ repetet frater qui patitur granũ τ vinũ commune cõ
sumi pro communi honore:q2 nõ habuit animum obligandi alius
sibi ar.l.nensenius.ff.de neg.gest.τ.l.creditor.§.j.ff.mãdati.τ.l.j.§.
nonnullos.de tute.τ rati.distra.τ.l.cum in plures.facit.l.si paterno
affectu.C.de nego.gest.τ dicta rõ militat in alijs impensis quas fra-
ter patitur fieri de communi fraterno affectu nõ animo repetendi:
ideo consulant dicti fratres eorum cõscientie.In dubio aũt nõ ꝑsu
mitur aĩus non repetendi saltem si impense sunt magne argu.l.cum
de indebito de ꝑba.τ.l.si cum aurũ de sol.τ que ꝑ Bar.in.l.que do-
13 tis.so.ma.¶†Ad idem qđ no.Pau.de cast.post Ang.in.l.si.C.de
collatio.limitans dictum Bal.ibi dicentis q̃ si fratres simul viuũt
lꝫ vnus de communi plus expendat pro victu sue familie non est lo
cus repetitioni ẽm Bal.nisi expensa sit magna:τ socius non est mul
tum diues ẽm Pau.post Ang.facit quod no.idem Bal.post Pe.
τ Cy.in dicta.l.si paterno affectu.dicens qđ si sunt duo rustici simul
habitantes quorꝫ vnus hꝫ multos filios τ alius nullum:τ omnes vi
uunt de cõmuni possit tpe diuisionis repeti expensa facta ꝑ dictis
filijs si illi filij nullam notabilem operam prestiterũt alias secus per
ea que ibi habentur:itaq̃ ẽm ea que ꝑponuntur in themate dictꝰ
magister Pe.non debeat participare in dictis expẽsis factis in stu
dio pro filio dicti Anto.qui non prestitit operam notabilem dicte
societati dum fuit in studio.Nec in expẽsis factis pro infirmitate di
cti Marci τ hoc si nõ fuerunt socij omnium bonorũ.Impẽse aũt fu
neris τ exequiarum debent fieri per heredes defuncti.τ cedunt one
ri hereditatis.l.q̃ si nulla.τ.l.pe.ff.de relig.τ sump.fune.τ.l.fi.§.in
computatione.C.de iur.deliber.nec debet imputari societati que fi
nita est morte socij.l.adeo.in prin.τ.l.actione.§.morte.ff.pro socio.
τ sic fiunt dicte impense tempore quo nõ est amplius societas:τ iõ
quo ad eas non refert si fuerit societas omnium bonorum:circa vl-
timum quesitum sine dubio concludendum quod quatenus opere
dictorum filiorum Marci τ Antonij plus contulerunt societati su
pra eorum expensas eis factas de communi debeant haberi in con
sideratione τ respectiue debeat eis vel eorum parentibus concedi
de bonis societatis superlucratis proportionabiliter secundum di
cta supra:vult enim Ang.in consilio.cxij.secundum ordinem infor
mis quod incipit Panutius τ Antonius alias incipit bona quesi
ta.qđ in his terminis magister Pe.censeatur contraxisse societatẽ
cum dictis filijs Marci τ Anto.sed non Marcus τ Ant.cum pro
prijs filijs:sed qđ cẽseatur cõtracta societas solum inter fratres:τ nõ
cum filijs concludunt doct.in locis superius allegatis quod diui-

sio fiat proportionabiliter etiaꝫ ad operas filiorum ꝛ quod supra
dicitur quod fiat per capita procedit in his que lucrantur solum
ex operis ꝛ opere sunt equales. Non autem semper per dicta supra
post principium. Laus deo.

Consilium.lix.

1 Vendens aliquid ad mensuram si non sit talis mensure quā-
do teneatur supplere.
2 Venditur ad mensuram duobus modis.
3 Mensura in rebus vendēdis quare inuenta.ꝛ nu.4.
5 Dictiones vel circa vel similes quomodo intelligibiles.



In noīe domini nostri Jesu

1 xpi. †Licet videatur in presenti consultatione dicēdū
ꝙ dictus Francis. foueat iustitiā ea ratione qꝛ qñ vendi-
tor aliquid dicit circa qualitatem rei vēdite qḋ nō reperitur veruꝫ
tenetur emptori.l.si venditor.ꝛ.l.sciendum.ff.de edil.edic.ꝛ ideo cū
in dicta venditione dicatur qḋ dicta res vendita erat ad mensurā
x.eminarum ꝛ reperiatur non esse tante mensure videt ꝙ debeat te
neri dicto emptori ad implēdū dictā mensurā vel saltem ad pstandū
quantum interest habere terrenum illius mēsure que deest de mēsu
ra.x.eminarum per dicta iura ꝛ similia qḋ ꝛ videt probari per tex.
in.l.iulianus.§.si titius.ff.de acti.emp.vbi est tex.qḋ si in venditio
ne dictum fuit qḋ erat ad mensuram centum iugerum fundus vē-
ditus ꝛ deficiebant decem iugera que postea per alluuionem accre-
uerunt si venditor scienter mentitus fuit tenetur venditori ꝛ do-
lus ipsius nō purgatur per dictum augmentum: scientia autem vi
detur presumi qꝛ presumitur quis scire voluntatem sue rei.l.quis-
quis.C.de rescin.ven.ad idem ꝛ fortius videtur text.in.c.per tuas.
extra de dona.vbi est tex.quod ecclesia ex quadam causa iusta con-
cessit in feudum quatuor modios terre quibusdam nobilibus ꝛ tē-
pore inuestiture fuit terra mensurata ꝛ reparata duorum modioꝝ
deciditur quod illa duo modia reintegrantur: item etiam dicēduꝫ
videtur in casu nostro quod illa mēsura que deficit sit reintegranda
ꝛ consequenter cogatur dictus Laurentius venditor tradere dicto
emptori tantundem terre quantum deficit mensure in fundo ven-
2 dito. †Tamen his non ob.contrarium puto aperta fronte con-
cludendum. Nam est aduertendum qḋ fundus venditur ad mēsu-
ram duobus modis. vno em̄ modo qn̄do constituitur precium re-
spectiue ad mensuram: vcꝫ qꝛ venditur fundus ad rationem.x.pro
qualibet emina.ꝛ tunc censetur fundus venditus sub conditione
quando mensurabitur.ꝛ tunc illud quod accedit fundo vendito
ante mensurationem cedit lucro venditoris per id quod habetur
in.l.quod si pendente.ff.de pericu.ꝛ commo.rei ven.ꝛ que habent
in.l.quod sepe.§.in his.de contraben.emp.prout hec dicit Bartol.
in.d.§.si titius.ita post glo.intelligens illum tex.licet non multum
applaudat illi litere.qñqꝫ ꝛ secundo fundus venditur designatis vo
cabulo ꝛ confinibus ꝛ pro certo determinato precio ꝛ dicitur fun-
dum esse tante mensure.ꝛ tunc venditio est pura ꝛ non conditiona
lis ꝛ quod accedit vel deperit ascribitur lucro ꝛ commodo empto-
ris.l.j.ꝛ quasi per totum.ff.ꝛ.C.similem distinc.facit Bal.C.de con
traben.emp.in rubrica.xxij.q.vbi dicit quod doc.dicunt quod mul
tum refert an contrahentes conceptum dum exprimant ad nume-
rum vel ad mensuram an exprimant per nomina designantia certā
speciem vel corpus determinatum licet in latitudine sit aliquid fal
sum denunciatum: nec tunc talis denunciatio vitiat factum qꝛ in-
3 tegritas rei vendite consistit in semetipsa ꝛ nō in mēsura. †Sed
mensura censetur posita ad demonstrationem ꝛ falsa demonstratio
non vitiat actum necꝫ minuit: prout dicit Jo.an.in addi.Spec.in
titulo de emp.ꝛ ven.§.j.in fi.quem refert ꝛ sequitur Bal.in dicta ru
brica.C.de contraben.emp.in dicta.xxij.q.ꝛ idem dicunt doc.maxi
me Panor.in dicto.c.per tuas.in vltima colum.allegans Oldra.
in consi.cxxxij.allegantes dictam rationem: qꝛ mensura hoc casu vi
detur adiecta ad demonstrationem. Et falsa demonstratio non vi-
tiat.l.falsa demonstratio.ff.de condi.ꝛ demonstra.ꝛ Panor.ibi in-
telligit illud capi.per tuas.in precedēti casu.scꝫ quādo fundus fuit
venditus vel alias ex titulo oneroso concesso ad mēsuram quasi sen
tiens quod secus fuisset in illis terminis si non fuisset fund⁹ vendi-
4 tus ad mensuram prout nō fuit in terminis nostris. †Et lꝫ Ol-
dradus Jo.an.Bal.ꝛ Panor.loquant̃ ꝓm thema proposite qōnis
in casu quo fund⁹ vēditus erat maioris mēsure: tñ rō quā allegāt mi
litat etiam vbi est minoris mensure qꝛ si gratia demōstratiōis est mē
sura expssa qḋ grā demōstratiōis enūciat̃ nō disponit ꝛ nō obligat
vt pꝫ ex notatis per Bar.in.l.ex hac scriptura.ff.de do.per Bal.in
l.ex his verbis.C.de testamento mili.per tex.ibi ad idem.l.nec pro-
fessio.C.de testa.ꝛ.l.cum falsa.C.de iur.ꝛ facti igno.ꝛ no.ꝛ octo.in
dictis iuribus qḋ maxime dicendū est in his terminis propter duo
que concurrunt primum: qꝛ precium est condignum: ita quod em-
ptor non fuit deceptus sed si haberet suppleri vna emina foret de-
ceptus ipse venditor: ita quod nō est verisimile quod adiecerit men
suram.x.eminarum causa se astringendi ad mensuram.x.eminarū
si non erat tante mensure ex quo prout erat valebat illud precium
conuentum ex quantitate ꝛ correspondentia precij coniecturatur
mens contrahentium per ea que habentur per glo.in.l.j.§.j.ff.de su
perfici.sed quod adiecerit mēsuram vt demōstret quam petiam ter
re vēdebat: qꝛ habebat aliam ibi contiguam seu vicinam lōge mino
ris mēsure ita quod verisimile satis est quod ob eam causam fuerit
facta mētio de mēsura: ꝛ maxime qꝛ vt puto licet nō viderim instru
mentum non apparet quis expresserit mēsuram an emptor an ven
ditor ꝛ solet in instrumētis apponi in quolibet cōtractu stipulatio
num: quia solet dici talis vendidit tali presenti recipienti ꝛ stipulā
5 ti ꝛc. †In stipulatione autem verba incipit proferre stipulās iō
verba cōtra eum interpretātur.l.quicquid astringende.§.j.de ver.
obli.ꝛ.l.veterib⁹.ff.de pac.ꝓm quod est plurimum pōderādum: qꝛ
nō fuit precise apposita precisa mensura: qꝛ nō fuit dictum qḋ esset
x.eminarum sed adiecta fuerūt verba vel circa que verificantur etiā
si forent maioris vel minoris mēsure vt probatur in.c.continebatur
c.attestationes.ꝛ.c.fi.extra de despon.impub.vbi domi.Anto.no-
tabiliter concludit quod iste dictiones vel circa vel similes sunt di-
ctiones dubie que non clauduntur sub certa meta ꝛ allegat dicta et
alia iura vt ibi per eum qui ex hoc cōcludit quod testes deponētes
per dictiones vel circa vel similes dictiones nihil probant: qꝛ nihil
certi deponunt ꝓm eum: ꝛ ita pariter possumus dicere etiam in sti-
pulante quod stipulās de.x.eminis vel circa nihil certi quo ad mē-
suram stipuletur ꝛ propterea sibi imputant.ar.d.l.quicquid astrin
gende.§.j.ꝛ.l.veteribus.ꝛ.l.labeo.ff.de contrahen.empt.vti verba
6 dubia interpretantur contra emptorem. †Et si dicatur dicte di-
ctiones vel circa referantur ad modicum tempus.arg.l.hec tamen
adiectio de ver.sig.ꝛ quod per Gul.ꝛ doc.in.l.si post tres.ff.si quis
cau.ꝛ ideo intelligantur de modica mēsura.respondetur quod mo
dicum potest sumi varijs modis in.l.si quis suo.C.de inoffi.testamē
to probatur quod quarta portio dicitur modica portio multo for-
tius decima pars mēsure dicatur modica mēsura: ꝛ consequenter si
dictum fuit ad mensuram.x.eminarum vel circa verificantur ille di
ctiones vel circa si res vendita est nouem eminarum ꝛ alias habe-
tur per glo.in.l.pupillus.ff.de regu.iur.quod proximus pubertati
dicitur ille qui est minoris etatis etiam per tres annos: vñ de qua-
tuordecim annis tres anni minus non videntur esse multum distā
tes a quatuordecim an.ꝛ prout verificatur verbum proximus pari
ratione videntur verificari verba vel circa ꝛ alias habemus quod
dictiones incontinēti mox ꝛ similes verificantur in maiori ꝛ in mi-
nori tempore ꝓm subiectam materiam.vt in.l.iij.§.cūm igitur.ff.de
vi ꝛ vi arma. Cum itaqꝫ dictus emptor nō fuit deceptus in precio
ꝛ nō interest sua nō emisse pro tali precio ꝛ mēsura nō fuerit certitu
dinarie expressa videtur quod possit clarissime cōcludi quod dict⁹
venditor non teneat̃ tradere dicto emptori aliam eminam terreni:
maxime qꝛ vt mihi dicitur dictus vēditor offert dicto emptori rece
dere a dicta vēditione ꝛ restituere sibi precium. Et attēto etiam qḋ
de facili potuit cōtingere quod dictus vēditor ignorabat veram mē
suram dicte petie terre vēdite cum ipse nō sit mēsor. Et hoc etiā de-
monstrāt dictiones vel circa. Et magis de facili solet innotescere va
lor rei sue quā mēsura sui prediȷ. Et per hoc nō ob.d.l.quisquis.C.
de rescin.vē. Nec ēt ob.d.c.per tuas.p id quod dicit.s.Panor.in-
telligendo illum tex.quod ibi fuit habitus respectus ad mensuraꝫ
nec sunt ibi dictiones vel circa: preterea ratio quam assignat ibi tex.
denotat specialem esse in ecclesia. Et sic sumi possunt tres responsio
nes ad illum textum nec obstat dictus.§.si titius. quia Bartolus
illum textum. intelligit similiter in fundo vendito ad mensuram
ꝛ ꝓm hoc non loquitur in nostris terminis: preterea ille tex.presup-
ponit dolum: ꝛ sic emptorem fuisse deceptum que deceptio cessat in
casu nostro ex quo res fuit vendita pro iusto precio. Et insuper ibi
nō fuerūt adiecte dictiōes vel circa ꝛ sic similiter trib⁹ modis respon
detur ad illum tex.potest etiam responderi quod ibi fuit deductū
in pactum quod fundus venditus esset centum iugerum vt deno-
tant verba illius tex.ibi in.l.venditionis ꝛc.facit.l.legem.C.de pac.
ꝛ.l.ea lege.C.de condi.ob causam.hic autem verba.x.eminarum nō
fuerūt deducta in viam legis seu pacti sed in viam cuiusdam demō
strationis.vt.s.dictum fuit. Nec etiam ob.d.l.si venditor.ꝛ.d.l.sciē
dum.qꝛ in eis verba illa non fuerunt adiecta gratia demonstratio-
nis sed ad laudandum rem venditam verisimiliter ad inducenduꝫ
emptorem vt carius emeret ꝛ fuerunt illa verba prolata a vendito
re ꝛ non ab emptore. Nec presupponitur ibi ꝙ res fuerit empta iu
sto precio. Et insuper sunt verba precisa ꝛ clara nō dubia ꝓut sunt
in terminis nostris propter dictiones vel circa. Laus deo.

Consilium.lx.

1 Sorores quarū vna data altera non quomodo fratri succedāt
stante matre dicti fratris: ꝛ an soror que renunciauit hereditati ma
terne possit ei succedere.ꝛ nu.seq.
4 Instrumentum infirmatur omisso loco vbi conficiatur.
5 Absolutio non requiritur si obligatio non fuisse credatur.



In nomīe domini nostri Je

su xpi. In hac ꝯsultatiōe priovidēdū ē circa hēditatē
Gul.ꝙ filius ꝓ tertia parte institutus nō potuit grauari
in legitima per.l.qm̄ in prioribus.C.de inoffi.testa.que legitima est
tertia

tertia portio eius qđ ipse filius esset habiturꝰ abintestato per auť. nouissima.§.eo.ti.Et sic cum essent tres filij dicti testatoris vꝫ masculus vnus ⁊ due femine que de iure communi pariter succedunt per auť.in succes.C.de su.⁊ legitimis lꝫ in multis partibus sint statuta excludentia feminas extantibus masculis quo casu pinguior esset legitima filij qꝛ esset tertia portio totius hereditatis.Sed dicta statuta nõ presupponuntur in themate:ideo stando in iure commu
1 ni legitima dicti filij esset nona pars totius hereditatis.¶†Tũ filie femine que habuerunt dotes deberent dotes conferre volẽdo succedere per titulum.ff.de col.dotis per totum.⁊.C.eo.ti.auť.ex testã ⁊.l.filie dotem.cum simili.ita quod cum legitima filij erat nona pars totius hereditatis⁊ quantitatũ que fuerũt date in dotes per predicta nec diminuitur dicta nona portio propter legata ⁊ fideicommissa per.d.l.quoniam in prioribus.Et in dicta nona portiõe ⁊ sic in dicta legitĩa succedit dicta domĩa Helisabetta soror vtrinqꝫ coniuncta succedit dicto suo fratri filioqꝫ testatoris in tertia parte: qꝛ concurrunt in hereditate predicta ipsa ⁊ domina pontiana pariter soror vtrinqꝫ coniuncta ⁊ Anna mater per auť.defuncto.C.ad tertul.⁊ hoc si dicta Anna que iam decessit adiuit hereditatem dicti filij:si enĩ non adiuisset hereditatem predictaꝫ eius portio accresceret dictis filiabus:qꝛ hereditas non adita non transmittitur p l.vnicam.§.in nouissimo.C.de cad.tol.etiam hereditas filij que nõ transmittitur per ascendentem etiam in descendẽtes:lꝫ secus in hereditate ascendentis que trãsmittitur in descendẽtes prout hec habentur in.l.vnica.C.de his qui ante apertas tab.puto tñ qđ censentur adiuisse ex quo vt arbitror dicta domina Anna ⁊ dicta domina Nicola possederunt post morteꝫ filij omnia bona hereditaria dicti Gul.⁊si ita contigit in facto dicte domine Helisabette debentur fructus percepti de portione sibi tangente de dicta legitima filij q̃ non subiacebat restitutioni quin insuper videť dicendum qđ etiaꝫ sibi debeantur fructus de integra portione tertie non solum legiti
2 me sed integre portionis in qua dictus filius est institutus.¶†Licet enĩ dicta portio tertia esset pro parte subiecta restitutioni vigore dicte substitutionis facte in testamento domini Gul.tamen fructus percepti ante restitutionem fideicommissi pertinent ad rogatum non ad substitutum nisi fuerit in mora.ff.ad treb.l.mulier.§.si heres dummodo sint percepti post aditam hereditatem ab ipso rogato per.l.in fideicommissaria.§.fi.ff.eo.ti.Nec predictis ob.renunciatio facta per dictã dominã Helisabettam dictis dominabꝰ Anne ⁊ domine Nicole:qꝛ non renunciauit hereditati sui fratris sed legitime sibi debite in hereditate dicti do.Guli.vt patet ex tenore te
3 stamenti.¶†Circa hereditatẽ autem domine Anne est premittendum qđ circunscripto omni testamento ⁊ codicillis ⁊ renunciatione de quibus.ĩ.dicetur dicta Helisabetta succederet abintestato in dimidia bonor⁊ hereditatis dicte domine Anne ex quo due remãserunt filie videť tñ qđ ipsa Helisabetta excludatur ab hereditate dicte Anne vigore dicti testamenti codicillorum ⁊ renunciationis de quibus in themate qđ testamentum ⁊ codicilli obstarẽt dicte domine Helisabette stante maxime dicta renũciatione si legitime probarentur.Sed non videtur qđ legitime appareant.Nõ enĩ probanť per testes:⁊ lꝫ ad probandum ostendantur instrumenta:tñ dicta instrumenta non apparent solẽniter cõfecta.⁊ per consequens nõ pro
4 bant.†Nam capiendo instrumentum dicti asserti testamenti in eo prout presupponitur non est insertus in instrumento locus testamẽti cõditi ⁊ ipsius instrumẽti cõfecti que insertio loci est de solẽnitatibus requisitis in testamento vt est glo.in.l.gñali.C.de tab.lib.rñ.⁊ no.Bar.ibi ⁊ in proemio.ff.⁊ Bal.in.l.contractus.C.de fide instr. ⁊ in.l.comparationes eo.tit.⁊ glo.in auť.vt pponatur nomen imperatoris.⁊ Spe.in ti.de instru.edi.§.instrumentum.versi.quid si locus.⁊ ibi Bal.in addi.ver.an locus.⁊ Spe.de rescri.presentatione.§.iiij.ver.item qđ nõ est.⁊ in titulo de inquisitiõe.§.iiij.ver.qđ si ille.⁊ per dominos de rota in decis.antiquis in decisione.cccliv.volentes qđ nõ valeat cõsuetudo qđ instrumentum fiat sine insertione loci.Et omissio dicti loci vitiet dictũ instrumentum vt hꝫ in dictis iuribus.⁊ per consequens tanq̃ insolẽne instrumẽtum non probat ⁊ paria sunt nõ probari ⁊ nõ esse.l.duo sunt titij.ff.de testa.tu.cum si.Et ideo est perinde ac si testamentum non esset factum ex quo factum nõ apparet:similiter ⁊ instrumentum codicillorum est nulluꝫ propter similem defectum.Nec ob.qđ in margine est insertus locus confecti instrumenti ⁊ codicillorum.qꝛ ex quo in subscriptione notarij non est facta mẽtio quod ipse notarius scripserit illa que sunt descripta in margine.⁊ litere plerunqꝫ assimilantur:ideo dicta scriptura in margine facta nihil releuat qꝛ non censetur habere diem ⁊ consulem put voluit Marti.fili.fm Bal.in.l.si vnus.C.de testa. qđ ⁊ tenent ibi Ang.Raph.⁊ Paul.de cast.⁊ idem voluit Bal.in l.nřam.eo.ti.⁊ Jo.an.in addi.spe.§.oñso in addi.magna inci.dicit romaninus.faciunt que hñr per Dy.Bar.⁊ Bal.in.l.j.de his q de lege vel essu.⁊ ex his cõcludẽdum est qđ dicta instrumẽta dicti asserti testamenti.⁊ dictorum assertorum codicillorum nihil probant. Et ex quo testamentum ⁊ codicilli non probantur per dicta instrumenta nec per testes qui vt mihi dicitur sunt mortui descripti in instrumentis predictis de dicto testamento ⁊ codicillis non est habẽda consideratio.⁊ per consequẽs est locus successioni abintestato ad quam pro dimidia admittitur dicta heres Helisabetta ex quo due tantuꝫ filie supersunt.Et hoc clarum si nõ esset dicta refutatio quã fecit dicta domina Helisabetta dicte domine Anne que vꝫ multuꝫ generalis.tñ vꝫ qđ sibi nõ obstet saltem in totum:ex eo qꝛ vꝫ qđ non renunciauerit omni successioni:sed solummodo successioni que sibi deberetur iure legitime seu iure nature.Et sic illi successioni qꝛ non potuisset priuari a dicta anna cui quietauit illa enĩ successio vꝫ proprie iure nature de qua loquitur dicta quietatio ⁊ verba sequentia ex quocunqꝫ modo succedendi determinẽtur a verbis precedentibꝰ iure legitime seu quocũqꝫ alio iure nature.Precedẽtia enĩ declarãt sequẽtia.⁊ ecõtra.l.si seruus plurium.§.fi.de leg.j.⁊.l.heredes palã. sed si notam.ff.de testa.cuꝫ si.Attento ꝙ nõ est in medio inter dicta verba aliqua copula per ea que habentur in.l.ea tñ adiectio.de leg. iij.pro quo etiam faciunt verba sequentia ibi liberans ⁊ absoluens
5 ⁊c.¶†Liberatio enĩ ⁊ absolutio presupponunt quandam obligationem ⁊ ligamẽ.ar.l.decẽ.de ver.ob.⁊.l.nõ potest videri desinere. de re.iur.cum si.Sed dicta Anna nõ erat astricta quo ad sua bona ⁊ hereditatẽ dicte.d.Helisabette in successione abintestato in qua succeditur ex tacita voluntate defuncti per.l.si quis qđ nullũ.⁊.l.cõficiunť in fi.prin.ff.de iure codi.⁊ per cõsequẽs circa istam successionẽ nõ cadebat aliqua liberatio vel absolutio ex quo deprehendi põt ꝙ illa quietatio pcedẽs respiceret successionẽ ad quã vocaretur illa Helisabetta etiam inuita Anna.⁊ hoc denotent illa verba precedẽtia iure legitime seu quocũqꝫ alio iure nature alias illa verba forent quodam modo superflua.Cõfert etiã pcedẽs verbũ quietauit.qꝛ nõ cadit quietatio super eo ad qđ quis nõ astringitur.Nec ob.si dicať nõ succeditur necessario nisi rõne legitĩe.⁊ tñ illa verba seu alio quocũqꝫ iure nature loquunť de alio iure ꝙ in iure legitĩe:ita qđ videnť referenda ad simplicẽ successionem abintestato:qꝛ rñdetur qđ põt referri ad ius qđ habere poterat ĩ bõis si forte ptingeret ꝙ idigereť alimẽtis ad q̃ mř qđ insubsidiũ teneť ad pstãdũ filio quodã iure nature p.l.si qs a liberis.§.si mater.ff.de li.agno.⁊idẽ solet dici in dote vt habeť in.l.mater.C.de iure do.faciunt ad pdicta qꝛ verba stipulationis interpretantur ꝯ stipulantem.l.quicquid astringẽde.§.j.de ver.ob.⁊.l.veteribus.ff.de pac.pro quo etiam facit qꝛ dicta quietatio facta super bonis ⁊ hereditate dicte dñe Anne vꝫ facta sine cãvľ saltẽ ex leui cã non proportionabili maxime ad omnẽ successionem abintestato.Attẽto qđ lꝫ dicta domina Helisabetta ratiõe dicti cõtractus habuerit certa bona:tñ nõ plus habuit a dicta Anna ꝙ habuit a dicta domina Nicola cum quibus pariter transegit super legitima sibi debita in bonis Gul.sui patris ad quam nõ minus tenebatur dicta Anna quã teneret dicta Nicola.⁊ ideo cũ tantundem dederit dicta Nicola quãtum dicta Anna.vꝫ qđ illud datuꝫ fuerit vigore transactionis facte super dicta legitima quam dicta Helisabetta pretendebat habere in bonis dicti Gul.⁊ cõsequenter paruꝫ vel nihil censetur datum dicte Helisabette pro speciali refutatione quam ipsa fecit dicte Anne:ita ꝙ nõ est verisimile ꝙ voluerit renũciare omni successioni etiam procedente ex voluntate dicte Anne tacita vel expressa:vnde multa confluũt in hanc interpretationẽ.
6 ¶†Et posset non immerito attentari quod dicta quietatio tanq̃ facta sine causa nõ arctaret per id quod habetur in.l.ij.§.circa.ff.de excep.doli.⁊ quod no.Bal.in rubrica.C.de rerum permut.qui vult quod in muliere rustico ⁊ minore stipulatio facta etiam cum iuramento efficaciter nõ astringat sed tanq̃ captiosum debeat per episcopum relaxari:cõfert qꝛ prout mihi dicitur dicte Helisabette debebatur pro legitima sibi debita in bonis Gul.postq̃ valeret id qđ ipsa fuit consecuta vigore dicte transactionis.Et hodie offert relaxare bona que habuit in dicta transactione si sibi concedatur qđ ea nõ obstante possit petere id qđ petere poterat pro supplemento legitime in bonis dicti Gul.ex quibus demonstratur quod supradicta interpretatio est multum equa.⁊ dicta domina Helisabetta souet magnam equitatem.Et si predicta eam non iuuarent qꝛ dicta quietatio magis late interpretaretur est aduertẽdum qđ dicta Anna stipulatur pro se ⁊ suis heredibus.⁊ ideo cum dicta Helisabetta sit heres pro dimidia ius dicte stipulationis quesitum est sibi pro dimidia ⁊ non est quesitum insolidum dicte domine Pontiane.⁊ maxime quia non potest stipulari regulariter vni heredum duntaxat per.l.continuus.§.fi.de ver.obl.vnde per dictam quietationem dicta domina Pontiana nõ potest repellere dictam Helisabettam nisi forte pro dimidia eius quod est quietatum.Considerandum est enim quod dicta Helisabetta non repudiauit neqꝫ renunciauit hereditati vel legitime sed quietauit faciendo pactum de non petendo.Stant enĩ hec simul quod quis succedat ⁊ quod quis adeat hereditatem ⁊ succedat ⁊ tamen nihil petat ⁊ cõsequẽter dicta quietatio non operatur quod dicta Helisabetta non sit heres dicte Anne pro sua dimidia ex quibus deducitur quod qualitercunqꝫ verba dicte quietationis intelligãtur etiam presupponitur quod sit efficax ⁊ non obstet exceptio doli que competit aduersus actionem que oritur ex stipulatione sine causa facta.nihilominus dicta quietatio non repellat dictaꝫ Helisabettam ab hereditate⁊ bonis dicte Anne in totum per predicta. Laus deo.

Consilium.lxj.

1 Auunculus quando excludat fratres patrueles ab bereditate fratris.
2 Inuitatus ad succes. sub conditione si non extet alius: alio extante iste est exclusus. ⁊ nu.7.
3 Hereditas voluntate declarata dicitur adita.
4 Statuta laicorum quando non aduersentur ecclesiastice libertati.
5 Argumentum de toto ad partem quando valeat.
6 Doctorum dicta quomodo intelligenda.
8 Statutum excludens feminas masculis extantibus quomodo intelligamus.
9 Hereditas adita quando repudiari possit.
10 Restitutio in integ. ab ecclesia si petatur an ⁊ quando tribuatur.
12 Jus accrescendi rem ipsam: verba autem statuti intuentur psonā.
13 Restitutio que esse definiatur.



In nomie domini nostri Je
1 su christi. † Licet videatur prima facie dicendū qd dictus Alfon. nō succedat dicto Lau. nisi in. iiij. pte bonoꝝ pter domos ⁊ castella: qꝛ statuta disponūt qd si supsunt ꝯsanguinei vsqꝫ ad quartū gradum ex latere patris aui vel proaui: ⁊ mater vel ꝯiuncti ex latere materno mr̄ vel coniuncti ex eius latere nō succedāt nisi in quarta parte bonorum exceptis domibus ⁊ castellis. sed in eis ⁊ residuis bonorum succedant consanguinei ex latere patris aui vel proaui. ⁊ disponit vnum ex dictis statutis qd gradus itelligitur ꝓm ius canonicum ⁊ idcirco cum supsint dicto Laurentio Philippus qui est in scdo gradu ⁊ Ang. ⁊ Anto. qui sunt in tertio gradu ꝓm ius canonicum ⁊ omnes attinebant dicto Laurentio ex latere patris dicti Laurentij seu aui vel proaui. ⁊ dictus Alfonsus attineret dicto Laurentio ex latere matris ⁊ aui materni dicti Laurentij ideo videtur ꝙ dicta statuta militant. ⁊ per cōsequēs dictus Alfonsus non succedat nisi in quarta parte. vt. s̄. nec vꝫ obstare ꝙ dictus frater Philippus seu capitulum fratrum renunciauerit hereditati dicti Laurentij: qꝛ eo semoto supersunt Anto. ⁊ Ang. qui sunt ex comprehēsis in statuto a quibus dictus Alfonsus videtur excludi.
2 † Preterea quando aliquis inuitatur sub conditione si alius nō extet: tunc illo alio extante ille sub conditione inuitatus excluditur siue positus in conditione qui erat causa exclusionis siue succedat siue non succedat vt est ter. in auē. lꝫ. C. de na. lib. ⁊ que no. ibi. ⁊ in. l. si iussa. §. cum quis. ff. de leg. j. ⁊ tradunt Bar. ⁊ Ang. in. l. j. §. filium. ff. de bo. pos. contra tab. ⁊ Bald. in. l. si defunctus. C. de su. ⁊ le. sed in casu nostro dictus Alfonsus est exclusus a residuo bonorum sub cōditione si extant consanguinei ex latere patris aui vel proaui pater ni: ⁊ consequenter ad dictum residuum inuitatus si non extarent predicti. ergo ex quo extant patruus dicti Laurentij ⁊ filij patrui magni eiusdem Laurentij qui omnes sunt intra quartum gradū. ideo dictus Alfonsus videtur qd censeatur exclusus a dicto residuo: siue
3 illi succedant siue non. † His tamen non ob. contrarium puto de iure concludendum presupposito qd fratres tacite adiuerint hereditatem dicti Laurentij pro monasterio possidendo communiter bona dicti Laurentij cum dicto Alfonso. Nam sola voluntate dummodo extrinseco facto declarata aditur hereditas. l. si auia. C. de iure delibe. ⁊ l. pro herede. ⁊ l. gerit. ff. de acqui. here. nam constat qd de iure communi dictus Alfonsus succederet in vniuersa hereditate vna cum dicto Philippo patruo exclusis dictis Ang. ⁊ Anto. filijs patrui magni. cum dictus Alfonsus sit in propinquiori gradu ꝙ̄ sint dicti Anto. ⁊ Ang. ⁊ in equali cum dicto Philippo. nec de iure cōmuni refert vtrum attineant ex latere patris vel matris. cum sit sublata differentia agnationis ⁊ cognationis. auē. cessante. ⁊ autenticis sequentibus. C. de legi. here. ⁊ auē. in successione. C. de su. ⁊ legit. Si itaqꝫ excluderetur veniret excludendus vigore dictorum statutorum. Et huiusmodi statuta exclusiua matris vel cognatorum vel feminarum propter masculos vel agnatos ita demum militent si inuitati seu propter quos fit exclusio succedunt adeo qd si ipsi non succedunt vel qꝛ sint inhabiles vel qꝛ repudiant vel qꝛ ab alijs excludanē cessat exclusio statutaria ⁊ remanet successio de iure communi prout concludunt Bar. ⁊ Ang. in. d. l. j. §. j. de contra tabu. ⁊ Bar. in. l. ij. §. ex modica. §. si filius. ff. de bonis li. ⁊. d. §. filiū. ⁊ per dicta iura Bar. sed si sunt sui. ff. ad tertu. per tex. ibi. ⁊ in. l. siue. §. si. de iure pa. ⁊. l. ⁊ si ⁊ eius autoritate idem concludit Ponta. in. l. apud iulianū. §. idē inē. circa finem. ff. ad trebel. idem tenet Bal. in. l. maximum vitium C. de libe. prete. ⁊ in. l. quicunqꝫ. C. de ser. fugi. ⁊ in. l. omnes populi. ff. de iusti. ⁊ iure. sequitur Pe. de ancha. in repeti. c. canonum. de cōsti. xiiij. q. principali. col. cliij. ⁊ communiter tenetur. ⁊ ideo cum dicti Ang. ⁊ Ant. non succedant qꝛ de iure excludūtur a dicto Philippo pariter agnato ⁊ constituto in potiori gradu ꝓpterea dictus Alfonsus ab eis non excluditur ex quo ipsi non succedunt exclusi a dicto Philippo. nec dictus Philippus excludit dictū Alfonsum vigore statuti seu reformatio. edite in anno. Mcccclxxij. qua prouidetur ꝙ omnia statuta senensia que loquuntur de suc. ⁊c. in fauorē eorum qui non sunt subiecti iurisditioni senarum. ⁊ qui nō soluūt onera dicti communis non procedant necꝫ militent in eius fauorē: sed seruetur ius commune. dictus enim Philippus cum esset religiosus non subiacet iurisditioni communi Senarum nec subit onera que per commune imponunē: ideo non gaudet dictis statutis exclusiuis coniunctorum ex latere matris. ⁊ propterea dictus Alfon-
4 sus de iure successit dicto Laurentio. † Et huiusmodi statuta laicorum ꝙ eorum statuta non prosint clericis seu religiosis valent ⁊ tenent nec censentur esse contra libertatem ecclesiasticam: qꝛ nihil tollunt personis ecclesiasticis lꝫ non dent prout hec dicit Bald. in. l. de quibus. ff. de. ll. viij. col. ver. vj. queritur. Et propterea dictus Alfonsus succedit in dimidia omnium bonorum etiam in domibus ⁊ castellis si Laurentius illa habebat ⁊ hoc de iure communi ex quo dicta statuta non militant ⁊ si dictus Alfonsus admittitur quodam modo beneficio dicti Philippi qui excludit de iure cōmuni dictos Ang. ⁊ Ant. dictus enī Philippus nullo iure reperitur exclusus a successione dimidie. Et dicti Ang. ⁊ Ant. sunt de iure communi exclusi in totum a dicto Philippo. ⁊ dictus Alfonsus de iure municipali excluderetur a quarta. s̄. a dictis Ant. ⁊ Ang. ⁊ in huiusmodi vel similibus perplexitatibus pluries consului. ⁊ vno semel in eadem ciuitate Senarum. ⁊ legēdo. l. si quis vel si qua. C. ad ter. qd vbi contingit qd sint tres persone quarum vna a nemine excluditur in totum: ⁊ alie varijs respectibus venirēt excludende videlicet qꝛ vna persona excluditur ab illa que non reperitur exclusa ⁊ excludit aliquo iure tertiam personam tunc illa tertia persona que non excluditur ab illa que non reperitur exclusa succedit vna cum ea eius beneficio si illa adit hereditatē vt est ter. in. l. ij. §. si sit consanguinea. ff. ad ter. vbi soror consanguinea excludit patrem in adoptionem dictus pater excludit matrem: mater admittitur ad partem cum sorore deciditur ibi qd si soror succedit. qꝛ adit hereditatem pater excluditur. ⁊ cum sorore admittitur mater si soror repudiat succedit pater exclusa matre. ⁊ sic consideratur persona sororis ⁊ lꝫ ipsa succedat in parte excludit in totum nec habetur consideratio persone ab ea excluse. ⁊ perinde succeditur ac si persona exclusa a sorore non esset in rerum natura. facit ter. in simili in. §. sed si fuerit soror. insti.
5 ad ter. † Et ex his apparet qd non est bona argumentatio in nostris terminis arguere de toto ad partem: qꝛ non succedens in aliquo in nihilo excludit. Et succedens. in parte ⁊ in patre non succedens excludit in totum. ⁊ sic etiam a parte in qua non succedit. Item si nō succedit in aliquo non facit alium admitti in aliquo. ⁊ tamen qui succedit in parte facit alium admitti ad partem in qua ipse non succedit: ita formaliter contingit in terminis dicti. §. si sit consanguinea ⁊ in terminis. d. §. sed si fuerit soror. ⁊ in terminis. d. c. autoritate in fi. de conces. preben. lib. vj. Et in omnibus casibus in quibus vt. s̄ loquuntur Bar. Bald. Ang. collegium perusinum ⁊ Pet. de ancha. Nec reperio aliquem aduersantem in his terminis nisi qd forte vnum verbum in cursu loquēdi videtur ponere Pan. de cast. in. l. illam. C. de colla. sed illum intelligendo ꝓm. l. quam alle-
6 gat non facit contra. † Et dicta doc. intelligi debent ꝓm. ll. quas allegant. vt no. Bar. in. l. non solum. §. si liberationis verba. de libera. lega. ⁊ in. l. cum quidam. ff. de his qui. vt indig. Nec autoritas Pau. de cast. est magnifacienda etiam si expresse dixisset contrarium attētis tot ⁊ tam magnis autoritatibus supra recēsitis. Et decisionibꝰ dictorum iurium. vnde in proposito ex quo dictus frater Philippus succedit de iure communi: nec excluditur a statuto. ⁊ de iure communi excludit in totum dictos Ang. ⁊ Ant. Et non excludit de iure communi nec ex forma statutorum Alfonsum. sed dictus Alfonsus de iure communi succedit equaliter cum dicto fratre Philippo. ideo non habita aliqua consideratione de dictis Antonio ⁊ Angelo exclusis a Philippo dictus Alfonsus potuit succedere ⁊ successit in dicta hereditate equaliter cum dicto Philippo.
7 † Nec obstāt adducta in contrarium. nam quando quis excluditur sub conditione si talis persona superest si illa persona que est cā exclusionis non inuitatur sed solum in conditione ponitur tunc licet non succedat tamē excludit. ita cōtingit in terminis dicte auē. licet. C. de natu. liber. vbi filij naturales inuitantur ad successionem non obst. coniuge patris que coniunx non propterea admittitur siue naturales extent siue non. ⁊ propterea ad exclusionem naturalium sufficit quod coniunx supersit. sed quando quis excluditur qꝛ alius admittiē vel vt alius admittaē ad successionē. tūc illo nō succedente cessat exclusio. vt probatur in dicto. §. si consanguinea. ⁊ in alijs iuribus supra adductis. Ad hoc etiā dicta. l. ij. ⁊. l. equissimū ff. ad ter. ⁊ ita contingit in terminis nostris: qꝛ statuta excludūt matrem ⁊ coniunctos ex latere matris vt succedant coniuncti ex latere patris per not. per Barto. in. d. l. ij. §. videndum ad tertul. ⁊ per docto. in. l. illam. C. de colla. in. l. maximum vitium. C. de liber. prete
8 ritis. ⁊ in lege si defunctis. C. de su. ⁊ le. † Et in multis alijs locis in quibus concluditur quod si statutum excludit filias extantibus masculis. vel congnatos extantibus agnatis censentur inuitati ipsi masculi vel agnati censentur inuitati a statuto. Et sic statutum censetur habere duplex caput vnum inclusiuum aliud exclusiuum in dictis ⁊ similibus: prout volunt doctores in locis preallegatis. vel dicamus quod aut sub conditione inuitantur aliqui qui alias

qui alias non erant inuitati ad successionem. Et tunc satis est qd persona posita in conditione superstit: licet non succedat vt sic inuitati sub dicta conditione non admittantur ad successionem ita cõtingit in terminis.d.auf.licet.z in terminis.d.l.filiusfamilias.§.cũ quis.aut persona que alias erat inuitata ad successionem excludit sub conditione si talis superest.z tunc vt exclusio locum habeat requiritur qd illa persona in conditione posita succedat: alias cessat exclusio.ita contingit in terminis nostris.z in terminis.d.§.si consanguinea z aliorum iurium que supra adduxi.z in omnibus casibus supra recitatis qui ponuntur per doct.s.relatos. Et datur ratio differentie: qz statuta excludentia personas que alias inuitabãtur sub conditione si alia persona extat non videtur excludere nisi vt persona posita in conditione admittat non sic quãdo persona alias non inuitata ad successionem sub simili conditione inuitatur.z sua det ratio que in simili habetur in illo vulgari turpius eijcitur ꝙ nõ admittitur hospes.c.queadmodum.de iureiuran.vel dicamus soluendo dictum contrarium prout soluit Bar.in.d.§.filiũ.z in.l.j.§.si pater.de coniun.cum eman.li. Nam Bar.in dicto.§.filium.in.j.z ij.q.concludit ad propositum.z aut quis ab alio excluditur quia ille excludẽs habet potentius ius in successione. Et tunc cessat exclusio si ille excludens non succedit aut quis nõ excluditur dicta ratione.sed qz deficit conditio sub qua vocabatur ad successionem z tũc secus.vt in dicta auf.licet similiter in dicto.§.si pater distinguit qd aut ille qui impediebat.ideo impediebat qz faciebat deficere conditionem dispositionis ex qua debebat admitti: aut impediebat qz ius succedendi habebat.primo casu etiam priuantur iudicio defuncti me impedit.vt.d.l.filiussa.§.cum quis.cum ibi no. Secundo casu distinguit.loquitur tamen quando priuatur iudicio testatoris que distinctio non adaptatur ad terminos nostros z dicte solutiones Bar.non aduersantur solutionibus.s.datis qd dicta auf.licet z.d.§.cum quis non obstant supradicte conclusioni que conclusio vt supra dixi procedit si ex persona dicti Philippi fuit legitime adita hereditas: secus si ea non adita fuisset repudiata: prout repudiata apparet in copia instrumenti ad me transmissa. Si enim fuisset legitime repudiata ante aditionem secus putarem per.d.§.si consan
9 guinea. ¶ † Si autẽ fuit adita prout mihi presupponitur non potuit repudiari.qz hereditas adita repudiari non potest.vt.l.sicut. C.de repu.here.nisi forte mediante resti.in integ.que non apparet
10 concessa neqz petita. † Posset autem queri z dubitari quid si ꝓ pte ecclesie peteretur restitutio in integ.aduersus aditionem: z concederetur prout cõcedi potest si resultaret lesio ex aditione.l.si fine.§. sed qd papinian⁹.ff.de mi.z.l.j.C.si vt se ab hereditate abstineat cũ si.an tunc admittantur dicti Ange.z Antonius prout si ab initio fuisset hereditas repudiata: an vero admittantur ad portionem dimidiam in qua successerat dicta ecclesia ex persona dicti Philippi: an vero dicta dimidia accrescat dicto alfonso. Circa qd licet videatur prima facie dicendum quod dicti Ang.z Antonius admittãtur ad tres partes dictorum bonorum Laurentij z insolidum ad domos z castella si qua sunt: qz restitutio est in pristinum statum repositio.l.quod si nolit.§.restitutio.ff.de mino. Et sic si ecclesia restitueretur aduersus aditionem videt perinde ac si non adiuisset: sed si non adiuisset z repudiaret dicti Ang.z Antonius admitterent ad dictas ratas.ergo z si adiuit z ab aditione receditur mediante restitutione in integ.z sequitur repudiatio pariter.videtur inferri quod predicti Ang.z Antonius ad predicta admittuntur.z si nõ admitterentur ad omnia predicta saltem admittantur ad dimidiã in qua successerat dictus frater Philippus: qz quãdo prior in gradu adit hereditatem z postea se abstinet mediãte restitutione in integrum succedit sequens in gradu.l.j.§.si quis adita.z.l.ij.§.si bonorũ possessione.ff.ad ter.facit.l.z si fine.§.sed quod papinianus.z
11 l.ex contractu.ff.de re iu. ¶ † Videtur autem quod non debeat restitui ecclesia.qz non restituitur nisi lesus.l.minoribus.z.l.fin.C.de in integ.resti.mili.z.c.j.extra de in integ.restitutio. Sed non est verisimile quod ecclesia fuerit lesa ex aditione hereditatis quam alij desiderant z pro ea consequenda litigant seu litigare intendunt. Si tamen restitueretur videtur quod dictus alfonsus non sit priuandus iure sibi quesito cum aduersus eum non petatur restitutio nec ratione partis delate dicto alfonso restituitur ecclesia: ideo nõ suadet ratio quod ius sibi quesitum auferatur iuxta illud vulgare turpius eijcitur nec iure cantum reperitur quod si is qui adiuit z postea mediante restitutione recuset hereditatem coheres inuitus priuetur sua portione sed bene reperitur iure dispositum qd portio minoris qui est restitutus accrescit coheredi si non vult suam porti onem recusare.l.si minor.ff.de acquir.here.z.d.l.ex contractu. Et alia iura disponunt quod portio vacans per repudiationem accrescit coheredi.l.vnica.C.quando non pet.par.z.l.si duo.z.l.seruus communis ab extero.z.l.cum hereditate.ff.de acqui.here.cum similibus. Et non accrescit persone sed accrescit portioni.l.si totam.ff.de acq.
12 heredi.z ibi Bart.qui ita summat illam legem. † Et subdit qd ius accrescendi respicit rem non personam per illuz textum.z.l.si titio ff.de vsufruc.verba autem statuti respiciunt personam z non rem ideo cum statuta sint correctoria iuris communis z irrationabilia prout in simili dicit Bal.in.d.l.quicũqz de seruis fugitiuis loquẽs in statuto disponente quod patruus excludat auum maternum: quãto fortius dixisset in istis statutis excludẽtibus etiam matrem que est proximior auo propter nepotes patrui magni qui sunt in quarto gradu cum patruus sit in secundo de iure canonico.z in tertio de iure ciuili. Et vigore dictorum statutorum constitui in octauo gradu: excludunt etiam matrem itaqz sunt per maxime restringenda per iura vulgaria.ideo restringantur quod excludat solum a delatione hereditatis.z sic vt non succedat non autem vt aliquid auferatur ei qui successit.nec verba id important: nec est par ratio per superiora dicta. Et qz post ius quesitum tractat de damno euitando.l.iij.ff.de dam.infect.ante vero ꝙ successerit tractabat de lucro captando nec est par ratio z c.l.si.C.de codici. Et procedat quãdo persona succedit non quando portio accrescit ipso iure rei non persone. Et hec pars mihi videtur magis equa z rationi consona
13 z etiam rigori. † Nec obstat quod dicebatur quod restitutio est in pristinum statum repositio per.d.§.restitutio.quia non dicitur ita absolute in.d.§.restitutio.sed dicitur quod vnusquisqz ius suum reciperet: sed dicti Ang.z Antonius nullum ius habebant ante aditionem: qz nõ erat eis delata hereditas: ideo cessent verba illius textus itaqz si volumus verbis inherere non viget. Si autem volumus inherere menti intelligendus quod prout minori restituitur qd ami sit per actum aduersus quem in integrum restituitur: ita z aduersario quod sibi affuit: ex illo actu restitui debet prout suadent ea ꝙ ibi subdunt: z que habentur in.l.j.z.j.C.si aduer.transac.z.l.j.C.de repudi. Non autem si per indirectum tertius lucratur vel damnificatur sit repositio in pristinum statum: verbigratia est factum legatum titio si.x.dederit heredi Sañ minor adit hereditatem titius si bi dat.x.postea restituitur minor aduersus aditionem dicet ne quispiam quod legatum purificatum reddatur cõditionale prout erat ante ita quod si titius decedit legatuz caducetur absit.facit ad ꝓdicta.d.l.quod si minor.§.sceuola. Laus deo.

¶ Consilium.lxij.

1 ☞ Ratio semel reuisa qua ratione reuideri debeat.z nu.3.
2 Sententia est reuocanda que ex actis apparet iniusta.z nu.8.
4 Tutor reddens rationes de datis z receptis pupillis dabit qd restat de licite expensis.
7 Ueritas probatur per rem que iudicatur.
9 Tutor premium non petet: sed iudex quandoqz ei constituet.
10 Tutor qui male administrauit salarium laborum non habebit.



1 In nomie domini nostri Jesu christi. ¶ † Quãqz videatur prima facie dicendum ꝙ dicta ratio debeat reuideri non obstante quod fuerit semel reuisa z non obstante dicta sententia quia error calculi videtur quod reddat sentẽtiã nullam per.l.j.§.j.ff.que sententie sine appel.rescin.facit qz in sententia quasi contrahitur.l.iij.§.idem scribit.ff.de pecu.z contractus initi super ratione calculata non impediũt quo minus debeat ratio reuideri si allegatur error in calculo per.l.j.C.de erro.calcu.z licet ibi dicatur qd sentẽtia non retractetur pretextu erroris calculi: neqz etiã transactio videtur posse intelligi quãdo super errore calculi est sententiatum vel transactum.secus si in transactione vel in sententia sit erratum in computo. Et ideo cum petatur ratio reuideri pretextu erroris in calculo videtur quod ratio reuidenda sit vt per reuisionem rationis videatur an sit erratuz in calculo.maxime videtur dicendum si petatur reuideri ratio vt sequatur condemnatio ad mille libras quas dictus Joã.olim tutor in sua petitione petebat tanquam sibi debitas a dictis eius olim pupillis scilicet Hieronyma z Alexandro de quibus mille libris nulla facta est mentio in dicta sententia. Et sic cum dicti olim pupilli non fuerint absoluti a dictis mille libris petitis per dictum Joã. saltem in illis videtur quod sit discutiendum an debeantur dicto Joanni quod bene videri non potest nisi tota ratio reuideatur.z ꝑ consequens videtur quod dictus Joã.fouet iustitiam maxime quo ad dictas mille libras. Et si in dicta reuisione rationis iudicialiter constaret de errore z consequenter de iniustitia dicte sententie videtur quod dicta sentẽtia quatenus appareret iniusta deberet reuocari per ea que habentur in.c.fraternitatis.de frigi.z malefi.z in.c.ij.
2 extra de purga.vulga. † Quãdo enim notorie constat ex actis de iniustitia sententie ipsa sententia venit retractanda per id quod legitur in.c.cum Bertholdus.de re iudica.ꝭm Jmol.in.c.cum dilecta. de rescrip.z idem vult ibi domi.Anto.z ꝭm eos.licet sententia que transiuit in rem iudicatam inducat notorium.tamen z probationes in iudicio facte inducunt notorium.c.vestra.z.c.fin.de cohabi.cle.z mulie.z primum notorium est presumptionis.secundum est probationis quod debet preualere ꝭm eos non obstat qd nõ admittitur probatio contra presumptionem iuris z de iure: qz illud est verum stante dubio: qz volens probare repellitur: sed si admittitur z probatur illa portio transit in notorium z sententia reuocabitur ꝭm do.Ant.ꝭm quem non ob.sñia contra sñiam.l.j.C.qñ prouo.nõ est neces.qz ꝑcedit qñ non est ꝓbata iniustitia.nã ea ꝓbata notoriũ ꝑsumptiõis est obfuscatũ per notoriũ ꝓbationis qd ꝓualet ꝭm eũ.

3 ¶†His tñ non ob.contrarium puto respondendum scilicet quod
dicta ratio quatenus reuisa fuit.⁊ super ea pronunciatum non de
beat amplius reuideri:qꝛ lꝫ stipulatio ratione erroris calculi retra
ctetur ⁊ semel vel pluries calculata ratio debeat iterum reuideri si
allegatur error.Licet in primis calculis emanauerit promissio cer
te quantitatis vt hec habētur in.d.l.j.C.de erro.cal.tñ secus est quan
do emanauit sententia que transiuit in rem iudicatam vel est transa
ctum.vt est etiam expressum in.d.l.j.de erro.cal.vbi casus ⁊ super ca
su legis non est disputandum.l.ancille.C.de fur.⁊.l.illam.ver.de mo
do.C.de col.nec loquitur ille tex.quando super errore calc.esset liti
gatum ⁊ sententiatum.sed generaliter quando est sentētiatum sup
lite in qua in reuisione rationis allegatur esse erratū in calculo:⁊ ita
generaliter intelligunt illum tex.doc.ibi communiter omnes nō ob
stat.d.l.j.§.j.ff.que sententie sine appellatione rescin. qꝛ immo text.
ibi in fi.§.ibi si vero.ideo facit pro non contra ⁊ principium illius
§.loquitur quādo error in computatione est in sententia expressus.
nam tunc sententia est nulla.secus si error non est expressus in sentē
tia.⁊ in simili probatur ⁊ in.§.sequenti.⁊ in.l.ij.C.eo.tit.sed in casu
nostro nō est error exp̄ssus in sentētia merito sentētia nō debet rescin
di nec iterum calculi ratio reuideri pretextu erroris calculi prout
etiam ita distinguūt doc.maxime Bar.⁊ Bal.in.d.l.j.C.de erro.cal.
lꝫ inter se discrepent in casu quando sententia haberet expressam re
lationem ad acta in quibus apperet de errore.nam Bar. tunc vult
q̄d snīa vitiet̄ quasi error cēseat̄ expressus in sententia ex quo est error
expressus in termino ad quem fit relatio.⁊ id censetur contineri in
termino referente quod continetur in termino ad quem fit relatio p
l.si ita scripsero.ff.de cōdi.⁊ demon.⁊.l.asse toto.⁊.l.institutio talis.
ff.de here.insti.sed Bal.in hoc vult contrarium qꝛ tunc non est pec
catum in forma vel materia.secus quando in forma sententie est ex
pressus error ꝯm eum.in casu autem nostro sententia non hꝫ expres
sam relationem ad aliqua acta in quibus appareat error calculi.me
rito non sumus in dicta dubitatione.sed dicendum est quod nō fit
expressus error in sententia:nec sententia vitietur pretextu erroris
calculi qui non apparet nec veniant retractanda.lꝫ petatur reuisio
calculi:ex eo qꝛ dicatur erratum in calculo per supradicta.⁊ insuper
dato sine preiudicio veritatis quod censeretur expressus error in sen
tentia propter relationem ad acta.⁊ ideo diceretur sententia:nulla
tamen non videtur quod in casu nostro possit amplius de nullita
te dici ex quo a sententia extitit appellatum ⁊ de nullitate dictum.
⁊ appellatio fuerit deserta ⁊ pronunciatum super desertione appel
lationis ⁊ presupponatur in facto vigere statutum quod interposi
ta appellatione si simul ⁊ semel intentatur iniquitas ⁊ nullitas.et
causa appellationis est postea deserta non potest amplius dici etiā
de nullitate.⁊ per consequens videtur casus statuti quod amplius
de nullitate dicte sententie non possit discuti.Nec ob.quod per iudi
cem appellationis fuerunt electi ⁊ deputati arbitratores qui habe
rent reuidere dictam rationem:vtrum esset bene calculata.⁊ conse
quenter dicta calculatio rationis facta per primos arbitratores ⁊
sententia super ea emanata fuerit iusta:necne ⁊ dicti secundi arbi
tratores.vt.s.electi nihil retulerint iudici nec forte quicquā reuide
rint de dicta ratione:qꝛ respondetur quod dicta deputatio ⁊ electio
facta per iudicem non impedit cursum instantie seu fatalia appella
tionis:qꝛ iure cautum non reperitur.nec ob.aut.si tamen.C.de tem
po.appel.vbi deciditur quod tempora instantie appellationis non
currunt dum durat compromissum:qꝛ loquitur in compromisso fa
cto a partibus non loquitur in arbitratoribus deputatis a iudice.
Preterea presuponit̄ in themate quod officium illorum arbitrorum
non durabat nisi a triennio ⁊ a tpe snīe late est elapsum quadrien
nium ⁊ vltra ⁊ videtur innui quod post dictum trienniuꝫ essent ela
psa tempora constituta ad appellandum super quo prouident com
muniter statuta limitando tempora iure communis.Et insuper de
hoc amplius disputandum:ex quo lata est sententia super desertiōe
appellationis a qua non presupponitur esse appellatum.⁊ sic trans
4 iuit in rem iudicatam.¶† Et sententia etiam mera interlocuto
ria transit in rem iudicatam quo ad partes:ideo partibus preiudi
cat.c.cum dilecti.de elect.⁊ habetur per doct.in.l. quod iussit.ff.de
re iudi.⁊ in.c.cum cessante extra de appel.Remanet ergo ex his con
clusio satis clara quod ex eo qꝛ allegetur error iuris nō potest dicta
5 sententia retractari tanq̄ nulla neqꝫ etiā tanq̄ iniqua.¶†Est mo
do deueniendum an debeat reuideri dicta ratio pretextu illarū mil
le librarum que fuerunt petite in libello dicti Jo.nec super eis fuit
expresse pronunciatum.Circa quod est ad euidentiam premitten
dum quod actio tutele intentata per dictas partes est actio genera
lis in qua continet̄ redditio rationis:vt habetur in.l.j.§.j.ff.de edē.
super glo.magna.ff.de tute.⁊ ra.distra.quasi per totum.Ratio aūt
est illa que continet data ⁊ accepta.d.l.j.§.edictiones in fin.⁊.l.si qs
ex argentarijs.§.rationeꝫ.ff.de eden.⁊.l.emptor.§.lutius.ff.de pac.
Et ideo in reuisione ⁊ aedditione rationis veniunt data ⁊ accepta.
⁊ sic debita ⁊ credita pupilli ⁊ tutoris contracta ratione tutele.Et
quod reliqua restituātur hoc est ea que supersunt computatis hinc
inde datis ⁊ acceptis:vt hec probantur in.l.cum seruus.ff.de condi.
⁊ demō.⁊ ibi per doc.Et faciunt alia iura supra proxime adducta ⁊
veniunt reliqua in redditione rōnis ostensis datis ⁊ receptis.vt.d.
l.cum seruus.§.fi.⁊.l.qui sub conditioane.de conditio.⁊ demonst.
⁊.l.si statu libera.§.si quis non dare.ff.de statu liberis.⁊.l.si quis ra
6 tiones.de libe.leg.cum si.¶†Reliqua enim non sunt alia nisi quod
facto computo de datis ⁊ receptis restat debitor qui rationes red
dere dꝫ:vt probatur in dictis iuribus maxime in.d.l.qui sub condi
tione ibi:sed quod reliquum fuerat per contextum scripture rema
nere apud eum soluere dꝫ.habēs ergo reddere rationes prout est tu
tor non tenetur dare pupillis nisi id quod restat.⁊ sic reliquum est
apud eum computatis inuicem datis ⁊ receptis.⁊ ita redditur ra
tio:⁊ ita calculatur ⁊ reuidetur per dicta iura.Et ita etiam reuisa
⁊ reportata fuit per reuisores ad id deputatos in casu isto vt euidē
ter patet ex instrumento eorum reportus in quo exprimitur quod
viderunt libros administrate dicte tutele inter ceteros librum con
tinentem introitus ⁊ exitus ad quem prout dicitur se refert petitio
dicti Jo.de mille libris.item patet ex dicto reportu quod computa
uerunt ⁊ compensauerunt introitus ⁊ exitus.Et facta conturba
tione seu computatione hincinde declarauerunt in quo restaret de
bitor dictus Jo.Et per consequens declarauerunt quod omnibus
his que erogauit dictus Jo.pro vtilitate pupillorum ⁊ que debent
ad exitum pupillorum poni sibi Joā.admissis pro suo exitu ⁊ illis
compensatis cum suo introitu restat debitor in quantitate per eos
declarata super quo est iudicatum ⁊ sententia transiuit in rem iudi
catā q̄ res iudicata facit ius inter ptes.⁊ habet̄ p veritate.l.res iudi
cata p veritate habet̄.ff.de re.iu.Et facit de indebito debitū.l.iulia
nus verum debitorem.de condi.indebi.ideo nō pōt inter partes in
litem deduci vtrum facto computo ⁊ calculo de erogatis per dictus
Jo.⁊ receptis per eum fit dictus Joan.in aliquo creditor.Nam ex
quo est iudicatum quod eis computatis remanet debitor in necessa
riam consequentiam infertur quod in eis si fieret reuisio ratiōis nō
esset creditor:qꝛ esse creditorem ⁊ debitorem in eodem calculo com
pensatis hincinde debitis ⁊ creditis est impatibile vt de se cōstat ita
quod constat quod stante veritate eorum que declarata sunt per re
uisores rationis predicte.Et consequenter iudicata per iudicem ne
cessario sequitur quod Joannes non debet habere illas mille libras
7 quas petit.¶†Sed veritas ipsa probatur per ipsam rem iudicatā
per.d.l.res iudicata.Ergo non dꝫ audiri dictus Joannes super di
ctis mille libris.Sufficit enim quod ex re iudicata in consequentiā
aliquid inferatur vt obstet aduersario exceptio rei iudicate:vt de di
recto probat tex.in.l.si inter te ⁊ me.ff.de excep.rei iudi.vbi si iudica
tum est rem esse meam vel me esse heredem.⁊ tu vis agere dicendo te
heredem vel rem esse tuam tibi obstat exceptio rei iudicate adeo q̄d
non debes audiri:qꝛ stante veritate rei iudicate necessario apparet
iniustitia tue petitionis.ideo non debes audiri.ita pariter contin
git in casu nostro:qꝛ si facto calculo ⁊ reuisa ratione ⁊ admissis hinc
inde admittendis tu es meus debitor.necessario sequitur quod tu
non es meus creditor in illa ratione.ideo non debes audiri si vt cre
ditor agis.ideo pariter non debes audiri si iudicatum est calcula
tis hincinde tutorem in ratione tutele esse debitorem non debet au
diri si dicit se in ea creditorem.facit etiam .l.si quis cum totum eo
dem ti.⁊.l.quod in diem.§.si rationem.ff.de compen.vbi si est oppo
sita exceptio compensationis.⁊ super ea cognitum.Et super ea nō
est pronunciatum:sed excipiens est condemnatus ad quantitatem
per aduersarium non potest condemnatus petere id q̄d deduxit in
exceptione:qꝛ si obtineret detegeret̄ iniquitas rei iudicate ex qua re
sultat p̄sumptio iuris ⁊ de iure cōtra quā nō admittit̄ pbatio:ideo
put nō admittit̄ pbatio cōtra rem iudicataꝫ seu quod ex eius iusti
tia infert̄ prout dicunt dñs Ant.⁊ Imol.in.d.c.cum dilecta.de re
scrip.⁊ ideo ex his infert̄ q̄d nō dꝫ audiri dictus Jo.sup dictis mil
8 le libris:super quibus est saltē per indirectū iudicatū.¶†Nec ob.
adducta in ꝯrium:qꝛ lꝫ qñ pars que obtinuit snīam p se fateretur
cognosci de iniquitate rei iudicate:⁊ probationes detegeretur iniq
tas snīe.snīa veniret rescindenda.prout no.Inn.⁊ Jo.an.in.d.c.cū
Bertholdus.⁊.d.Ant.⁊ Imo.in.d.c.cum dilecta.tñ pars que obti
nuit snīam potest impedire cognitionē fieri sup iniquitate snīe pro
ponendo exceptionem rei iudicate quo casu nō admittitur cogni
tio seu probatio post rem iudicatam.put volunt prefati doc.in su
pradictis locis.q̄d probatur per supradicta.Et propterea non po
terit detegi iniquitas rei iudicate dato q̄ re vera fuisset iniqua.⁊ p
hoc respondetur ad.d.c.fraternitatis.⁊ ad.d.c.ij.de purga.vulg.in
quibus snīa rescinditur cōstito p euidentiam facti de eius iniquita
te ad que iura etiā respōdetur q̄d in eis snīa fuit lata per minus in
tegras probationes.Nam tunc postea comperta veritate snīa resci
dit̄.⁊ iste est tex.ꝯm lec.Vincētij quā sequit̄ Panor.in.d.c.ij.de pur
ga.vulg.Et ita etiā contingit in.d.c. fraternitatis.vbi snīa est lata
pretextu attestationum testiū iurātium de credulitate ꝯm vnaꝫ lec.
quā tangit ibi.d.Ant.in tertia col.Et idem tenent Pe.de ancha.⁊
Panor.in.c.ex tuaruꝫ.de purga.canō.q̄d ⁊ voluit Inn.in.c.tua nos
de coha.cle.⁊ mulie.quem allegat Ang.in.l.j.C.que sententie rescin.
nō possunt.dicens esse notabile.⁊ idem vult in.l.j.C.que snīe rescin
di nō pos.⁊ in.l.diuus.ff.de mili.test.⁊ in.l.sub specie.C.de re iudi.
vbi ad hoc allegat.l.admonendi.ff.de iureiur.⁊ idem volunt doct.
cōmuniter

et qd per Bar.in.l.labeo.de suppel.leg.& in.l.j.in prin.ff.ad.l.fal.& l.stipulatio ista.§.hec quoq;.de ver.obli.& per Bal.in.l.ij.in prin. C.de iuramēto calū. ideo dictum statutū intelligendū videtur ẜm dictam cōsuetudinem.& maxime quia dictū statutum loquitur per vniuersale vnusquisq;. et quia vniuersaliter loquitur nihil exclu- dit.c.solite.circa finem.de maio.& obe.& c.quia circa.de elec.lib.vj. et.l.iulianus.de leg.iij.cum simi.& maxime quia ipsi statuentes:ita videntur interpretasse dictum statutum iniungendo exactoribus collectarū ꝙ exigerent collectas a fanensibus ẜm dictū statutum. et si non fuissent interpretati sunt parati interpretari. et in dubio recurritur ad mentē & interpretationem statuentiū.l.in ambiguis orationibus.ff.de regu.iur.cuius enim est cōdere eius est interpre- tari.ideo statuentes interpretantur eorum statuta. vt per Barto. in.d.l.omnes populi.& in.l.omnes.C.de sacrosan. eccle.& per Bal. in.l.postꝙ liti.in.iij.col.C.de pactis. et facit.c.ordinarij.§. si vero. de offi.ordi.& l.ex facto queritur.in prin.ff.de vulga.& pupil.et ibi per Ange.& Imo.dato autem ꝙ dictū statutum non cōprehende ret forenses nō est magna vis quia possent de nouo statuere expri- mendo etiam de forēsibus.et prout creditur essent parati id facere si illud eis de iure permitteretur: itaq; est videndum an dicte vni- uersitati vicariatus & eius superiori licet eorū statuto facto fiendo ligare dictos fanenses ad soluendum dictas collectas aliter quam soliti sint soluere circa ꝙ videtur dicendum ꝙ licet de iure cōmuni forenses nō possint astringi ad collectas pro eorum predijs etiam sitis in territorio exigentiū collectas quia collecta est onus quod

12 imponitur persone pro rebus.† Ideo persona non subdita non astringitur statuto per.l.rescripto.§.fi.de mu.et hono.& per Bar. ibi.& in.l.j.C.de mu.& in quo loco.li.x.& per Bal.in.d.l.etiā.tamen de cōsuetudine videtur derogatū dictis iuribus per dicta.s. ideo videtur ꝙ possint forenses ratione cōsuetudinis inueterate que vi detur habere vim priuilegij & cōstitutionis per id qd habetur in.l. hoc iure.§.ductus aque.ff.de aqua quotidia.& estiua.& in.l.j.§.de- niq;.& quod ibi per Bar.ff.de aqua plu.arcen.et per Inno. in.c.j. de aposta.& per glo.et docto.in.c.super quibusdam.§.preterea. de verb.signi.Et maxime hoc videtur dicendū quia predia dictorum fanensium sunt posita in estimo dicti vicariatus vbi sunt site. ideo videtur ꝙ etiā de iure cōmuni ratione dicti estimi possint grauari ad soluendū collectas imponendas per libram. vt notanter dicit Bal.in.d.l.etiam in quinta col.dicens ꝙ habentes estimū possunt ibi compelli ad collectas soluendas: quia ad hoc tendit estimū. et idem Bal.in.l.j.in.vj.col.C. de sentētijs que pro eo quod interest dicit ꝙ causa finalis soluendi collectas est ipsum estimū quo extin- cto cessat onus pro futuris collectis.et per eundē in addi. Specu. in titu.de censi.§. nunc dicendum.versicu. ꝙ si aliqua vniuersitas ibi. sed an ad istud debitum teneantur forenses et ibi si vero sunt allibrati tenentur ad onus libre. & idem sentit in auē.sed periculū.

13 C.sine censu & reliquis. ❡† His tamen non obstantibus contra- rium puto de iure respondendum. nam constat ꝙ de iure cōmuni homines de vicariatu vel eorum superior non potest statuto suo imponere collectas forēsibus etiam pro predijs sitis in eorū terri- torio per dicta.s. et dato quod esset generalis consuetudo in con- trarium que posset probabiliter negari cū consuetudines que sunt facti sunt probande.c.j.de constitu.lib.vj. & ꝙ consuetudo sit pro- banda volunt doct.in.c.fi.de consuetudine.& in.l. de quibus.de.ll.

14 et in.l.j.C. que sit longa consuetudo.† Et doctoribus si viuerent sine iuramento non crederetur si deponerent de consuetudine:ita quod mirum est ꝙ credatur mortuis.& maxime quia cōsuetudines solent variari ex tempore & poterant esse tales consuetudines eorū tempore que hodie non essent. ideo mirandum esset ꝙ crederetur eorum voci mortue de consuetudine hodierna. et illa repetitio.l. de quibus licet ascribatur Barto. tamen multi profitentur ꝙ non est Bar.quia non videtur stilus Bar.& Imo.ff. de publi.indi.in.l. is qui reus in fi.penul.char. in antepenul. additione ad glo. dicit quod scripta Bar. in primo libro.ff.veteris forte non sunt scripta Bar.sed cuiusdam alterius docto.qui pro eo legit.reperitur enim in multis variare ab alibi dictis per eum ẜm eundē Imo. presup- posito autem ꝙ credatur vigere dictam cōsuetudinem generalem prout asserunt Barto.& Bald. et eam probari per eorum scripta. tamen constat quod specialis noua consuetudo derogat generali consuetudini: quia iura noua derogant iuribus vlterioribus con- trarijs.l.sed et posteriores.ff.de legi.facit.l. pacta nouissima.C. de pactis.et specialia derogant generalibus. vt in regula generi per speciem in.vj.& in.l.in toto iure.ff.eo.titu.& in.l.sanctio.ll.ff.de pe- nis.cum multis similibus.& ideo cum presupponatur ꝙ sit consue tudo ꝙ licet imponantur collecte per libram in totum vel in par- tem in territorio vicariatus.tamen illas non soluunt fanenses nisi pro censu domini vicariatus.itaq; in alijs collectis quo ad eos ser- uatur ius cōmune & propterea cum in dicto loco territorij vicaria- tus appareat que consuetudo vigeat non sit curandum de consue tudine que in alijs locis dicitur vigere ẜm quod dicunt Barto. et Bal.vbi.s.cum consuetudo aliorum locorum non liget in territo-

15 rio vicariatus vbi viget specialis consuetudo.† Quia consuetudo et statutum non astringunt extra territorium.c. vt animarum.§. statuto.de constitu.lib.vj. & arg.l.extra territorium. de iurisditio. omnium iudi. maxime quia res de facili reuertitur ad suam natu- ram.l. si vnus.§.pactus ne peteret versiculo qd in specie dotis.ff. de pactis.& in cano.ab exordio.xxxv.distin. ideo res de facili reuer titur ad ius cōmune dicit glo.in.c.ij.super verbo numerandum.de preben.libro.vj.quapropter dicti fanenses non possunt collectari nisi pro censu domini & vigore iuris cōmunis & vigore dicte specia lis consuetudinis.et satis est quod in territorio vicariatus non est consuetudo qd fanenses etiam pro predijs allibratis in territorio vicariatus collectentur pro collectis impositis pro libra quoad pro estimo. preterea quod est fortius dicti fanēses sunt muniti speciali priuilegio eis cōcesso a summo pontifice quo eis conceditur quod pro eorum iuribus bonis et possessionibus vltra solitum non gra- uentur occasione quacunq;.cum ergo nō sint soliti grauari eorum possessionibus sitis in territorio vicariatus quod territorium vt presupponitur comprehenditur sub dicto priuilegio apostolico. ideo per dictum priuilegium videtur aperte eis concessum quod non possint grauari pro collectis occasione dictarū possessionum: licet sint allibrate. et sic nec possunt grauari occasione dictarum possessionum nec occasione libre et estimi quia papa vniuersaliter loquitur ponendo illa verba quacunq; occasione que sunt verba vniuersalia adeo ꝙ nihil excludunt.d.c.solite.in fi.cum concordā. et insuper pontifex mandat omnibus et singulis. vt priuilegium illud obseruent & faciant inuiolabiliter obseruare derogando apo stolicis constitutionibus et statutis ciuitatum & terrarum et alijs quibuscūq; ita ꝙ videtur generaliter derogare his que in contra- rium allegarentur. nec obstant que patronum cause reperio alle- gata.Non enim ob.quod allegatur ꝙ illa clausula in fine priuilegij posita quodq; pro iuribus bonis & possessionibus &c.intelligenda sit ẜm precedentia specificata et restringatur ẜm terminos prece- dentes specificatos.l.emptor.§.lucius.ff.de pactis.et ibi per doct. et.l.si de certa.C.de transac. & per Barto.in.l.aurelius.§. gaius.q. v.versi.ideo pro declaratione.et per Bal.in.l.pactum dotali.xiij. q.C.de colla. quia respondetur ꝙ illud procedit quando ratione recti sermonis potest restringi al's generaliter intelligitur. argu.l. plautius.de auro & argen.leg.prout concludit Barto. in dicto.§. gaius.v.q.versicu. ideo sed in casu isto precedentia loquuntur de extractione fructuum pro quibus extrahendis non vult ꝙ aliqua exactio fieri possit si sequentia intelligerentur ẜm precedētia indu ceretur qd grauari possent iuxta solitum quod negatur in prece- dentibus: preterea clausula generalis dicit ꝙ pro possessionibus predictis &c. sed possessiones et fructus possessionum sunt diuersa vt de se constat.et pro diuersis sunt posite in precedentibus.meri- to verba et ratio recti sermonis non patiuntur qd dicta clausula

16 generalis restringatur ẜm precedentia. ❡† Nec etiam obst. quod secundo allegatur quod principis concessio & indultum principis intelligitur sine preiudicio tertij nisi de preiudicio tertij fiat men- tio.l.ij.§. merito.& §. si quid a principe.ff.ne quid in loco publico. et.l.nec auus.C. de emancipa.libe.& l. ex facto.de vulga. et pupil. et per Barto.in.l.gallus.§.et quid si tantum.de liberis et posthu. Adeo quod de iure tertij debeat fieri mentio vt tertio preiudicet. ẜm Pau.de cast.in.l.si titius.de liberis & posthu.sed in dicto priui legio non fit mentio de iuribus vicariatus. merito ei non preiudi cet: quia respondetur primo negando qd vniuersitas vicariatus vel suus superior haberet ius collectandi fanenses per supradicta. secundo respondetur quod non trahitur priuilegium principis in preiudicium alterius magnum. secus si paruum prout dicit glos. in dicta.l.nec auus.facit ꝙ not. Barto.in.l.ij.C. de tempo.appel. in casu isto censeatur paruū preiudicium : ex quo reseruatur facul- tas grauandi iuxta solitum:licet aliud velit Ange.in.d.§.merito. et in dicto.§.si quid a principe. tertio respondetur quando appa- ret de certa scientia principis concedentis qd scilicet priuilegium tertio preiudicat: nam tunc generat tertio preiudiciū. prout vult Bal.in.d.l.nec auus. saltem quando preiudicium tertij necessario et apparenter continet: al's priuilegium esset inane. iste est tex. in c.si papa. de priuileg.lib.vj. si enim papa facit aliquam ecclesiam exemptam: licet nō faciat mentionem de iure episcopi licet graue sit preiudicium episcopi : tamen sibi preiudicat.iste est tex. in.d.c. si papa.& in.c. cum capella.eo.titu. in antiquis in quibus iuribus non fit mentio de citatione episcoporū qui leduntur.& tamen pri- uilegia valent.ideo in casu nostro generetur preiudicium illis qui al's grauassent ex quo ad hoc aperte tendit priuilegiū: et al's nihil operaretur gratia saltem cum sit adiecta clausula vniuersalis non obstantibus quibuscunq;. et sic non obstantibus preiudicijs alio- rum non ignotis concedenti qui intendebat iuribus aliorum de- rogare ne priuilegium esset inane. et sic non obstantibus iuribus dicentibus ꝙ priuilegium intelligitur sine preiudicio tertij & iuri- bus si qua sunt requirentibus quod in priuilegijs requiritur cita-

17 tio eorum qui ledi possunt.† Circa quod dicit Barto. in dicta.l. ij.C.de tempo.appella. quod vbi agitur de graui preiudicio cita- ri debet qui leditur secus si de paruo preiudicio agitur ẜm eum:

non tamē dicit Bar. ꝙ si non citatur priuilegiū non valeat saltem
18 quando cōstat ꝙ de preiudicio aliorū agitur.† Et est vniuersalis clausula non obstantibus constitutionibus ⁊ alijs quibuscunqꝫ in contrariū facientibus maxime cum ex curia pape non soleat exire clausula non obstante tali lege: saltem lege imperatoris: vt passim quotidie videtur maxime in legitimationibus spuriorū. et per hoc responsum sit ad. l. euacuatis. C. de decurio. ⁊ quod per Bar. ibi. et in. l. hij qui. ff. de iure immu. quibus etiam respondetur ꝙ loquuntur in his qui de iure tenentur ad munera non sumus in his qui si tenerentur iure speciali tenerentur cum sint forenses ⁊ iura specialia facilius tolluntur. l. eius militis. §. militia missi. ff. de mili. testa. et de facili reuertitur ad ius commune: vt notat glo. in verbo numerandum in. d. c. ij. de preben. lib. vj. item Dy. in. l. spadonem. §. qui accepit. de execu. tuto. post glo. ibi dicit ꝙ immunitas concessa trahitur ad munus publicum auctoritate ⁊ vtilitate et personale non ad reale: prout refert ⁊ sequitur Nicolaus de neapoli ibi: quia
19 Bar. illam legem non legit ⁊ parum de illo titu.† Sed collecta est munus personale: vt per Barto. in. l. libertus. §. sola ad munici. et in. l. forma. §. j. de cēsi. ⁊ in. d. l. j. de mul. ⁊ in quo loco. ⁊ in. d. l. rescripto. §. fi. et illa collecta imposita a statuto censetur munus ordinarium quod est conditum a populo: non autem si est conditum ab alijs licet auctoritatem habeant statuendi ⁊ imponendi collectas dicit Barto. in. l. hij qui. ff. de iure immunita. preterea ista collecta fanensibus preterqꝫ pro censu domini non erat imposita tempore concessionis priuilegij ⁊ facilius impediuntur contrahenda ⁊ imponenda ⁊ statuenda quā tollantur iam contracta imposita vel statuta. c. ad apostolicā. de regula. ⁊. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum sua glo. ⁊ cōcordan. ibi adductis in glo. ex quibus omnibus puto aperta fronte concludendum ꝙ attento dicto priuilegio et dicta consuetudine loci dictum statutum non intelligatur de fanensibus nec posset contra eos fieri: nec obstat ꝙ bona sunt allibrata in estimo vicariatus quia allibratio erat necessaria ex eo quia tenebantur soluere collectas pro censu soluendo de quo fanenses pro eorū predijs astringebantur consuetudine nec eximebantur per priuilegium. non autem censetur velle se obligare pro collectis non solitis imponi similibus personis ille qui facit estimū ex necessitate: quia in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adimē. lega. ⁊ ad id tendit actus qui fit ex necessitate circa quod versatur necessitas ⁊ non vltra. ar. d. l. rem legatam. ⁊. l. fideicōmissa. §. si rem. de lega. iij. ⁊ ad hoc nos artat ratio naturalis quam sufficit allegare. l. scire oportet. §. sufficit. de excusa. tu. et qḋ habetur in. d. l. incola iam muneribus. ⁊ Bal. in. d. l. etiam. et alibi. vbi. s. procedunt quando estimum fit voluntarie vel quādo solite sunt similes persone habentes estimum soluere collectas prout est de iure cōmuni ⁊ regulariter. ⁊ ad hoc tendit ratio Bal. in dicta. l. etiam. dum dicit ꝙ ad id tendit estimum ad alia patet responsum ex premissis. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. lxxxiiij.

1 ☞ Statutum dictans ꝙ patruus excludat matrem an procedat quando supersunt mater ⁊ sorores filie in pupillari etate defuncte cum dicatur ꝙ ipse patruus nō acceperit tutelam dicte pupille.
2 Conditio prolata a lege habet vim dispositionis.
3 Statutum dictans ꝙ mulier non succedat stantibus agnatis an inuitet agnatos.
4 Statutum per quod excluditur secūdogenitus propter primogenitum intelligitur si is qui est causa exclusionis succedat.
5 Statutum quod excludit sororē vtrinqꝫ coniunctam stante fratre consanguineo non habet locū concurrentibus simul matre sorore consanguinea vtrinqꝫ coniuncta ⁊ fratre consanguineo.
6 Succedere in locū alterius quis nō pōt nisi sit de descendentibus.
7 Preteritio matris an operetur querelam cōtra testamentum filij vel exheredatio sine causa legitima vtrum inducat nullitatē testamenti filij.

¶ Consilium. lxxxiiij.


1 In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ † In hac cōsultatione imminet quedā perplexitas: quia sorores de iure cōmuni excludunt patruum. per aut. cessante. C. de legi. heredi. et quia proximiores in gradu. ⁊ etiam iure antiquo proximiores agnati nō habita differētia sexus succedebant. l. ij. §. hereditas. ff. de suis ⁊ legi. itaqꝫ cum statutū eas nō excludat ipse prefertur patruo ⁊ possunt dicere matri nos vincimus patruū in hac successione. et ipse in ea te vincit. ergo et nos te vincimus per. l. de accessionibus. ff. de perpetuis ⁊ temp. prescrip. et in simili questione pro eis cōcludit Bal. prout ipse refert in. l. si quis vel si qua. C. ad tertul. dicēs stante simili statuto ꝙ excludant matrem fratres patrueles si concurrunt fratres patrueles mater ⁊ amita ipse cōclusit pro amita que a statuto nō excluditur ſm eum per eandem regulā potest niti patruus dicēdo ego vinco vos sorores quia vinco matrē que vincit vos. ⁊ pro patruo mutata sentētia cōcludit Bal. in. d. l. si qs vel si qua. qui in. l. si defunctus. C. de suis et legi. dicit ꝙ pro patruo. facit ille tex. ꝙ patruus seu agnati per statutum excludentes matrem preferantur amite. Nam ibi est tex. melior qui sit in iure ꝙ vbi statutū diminuit successionem alicuius id qḋ diminuitur accrescit ei ad cuius cōmodum emanat statutum ſm Bal. ⁊ Pau. de cast. ibi. et eundē Pau. de cast. in. l. illam. C. de colla. arguit tamē idem Bal. in. d. l. si defunctus ad partes. ⁊ tandē concludit ꝙ si statutum disponit qḋ extantibus agnatis et matre succedant agnati masculi. ⁊ tunc duo sunt precepta statuti. vnū de agnatis ꝙ succedant. aliud de matre ꝙ non succedat. vnde ex primo capite excluditur amita: quia verificantur termini in quibus statutum loquitur nec vltra statutū requirit ſm eum. Si vero ponat agnatos cōditionaliter ad excludendum matrem. et tunc non excludunt amitam sed matrem ſm eum qui formaliter subdit hec
2 questio est dubia.† Quia Barto. videtur velle ꝙ cōditio prolata a. l. habeat vim dispositionis. ⁊ sic vtrobiqꝫ erunt duo precepta ſm eum qui aliter non decidit quādo verba conditionaliter proferuntur. Sed videtur inclinare pro agnatis: licet quidā eum allegent in contrarium quādo verba conditionaliter proferūtur. et per hec in casu isto videtur cōcludendum pro patruo. pro quo facit qḋ no.
3 Bar. in. l. ij. §. fi. ff. ad tertul.† Dicens ꝙ si statutū dictat ꝙ extantibus agnatis mater non succedat istud statutū inuitat agnatos ⁊ excludit matrem ex capite quo excludit matrem non trahitur statutum ad alios cognatos: quia odiosum ⁊ nō extendendum. ex capite autem quo inuitat agnatos ad successionē. Censentur etiam alij cognati exclusi prout dicit ⁊ firmat Barto. ibi. quam rationem reassumit etiam Bald. ⁊ Saly. in. l. maximum vitium. C. de liberis preteritis. facit etiam pro patruo ꝙ no. Pau. de cast. in. l. illam. C. de colla. dicens in terminis dicti statuti ꝙ si psona exclusa superest tunc agnatus admittitur exclusis omnibus quibus de iure cōmuni prefertur persona a statuto exclusa. ⁊ sic propter matrem exclusam excluditur amita. prout ⁊ ipse dicit in. d. l. si defunctus. et hoc siue alia persona excluderetur de iure cōmuni in totum prout contingit in terminis nostris. ⁊ amite in quibus ipse loquitur in. d. l. si defunctus. Nam tunc in illa parte admittitur agnatus ſm eum in dicta. l. illam. qui dicit ꝙ hec est veritas sicut Euangelium fundat se principaliter ea ratione. quia qui excluditur iure speciali cēsetur quo ad exclusionē alterius habere id a quo excluditur per. l. si mulieri ⁊ titio. ff. de cōditio. ⁊ demonstra. ⁊ dicte rationes pariter militare videntur in terminis nostris ad exclusionem matris ⁊ sororū. Similiter mater potest dicere patruo ego vinco sorores que vincunt te de iure cōmuni. ideo ex quo vinco vincētem te etiam te vinco. et pro matre facit quia hmōi statuta excludentia matrem vel alias psonas que de iure cōmuni admitterentur propter agnatos vel similes personas intelligūtur si illi possunt ⁊ volunt succedere. al's statutum cessat prout concludunt Bar. ⁊ Ang. in. l. j. §. filium. ff. de bonorum posses. contratabu. et idem tangit Bal. in. d. l. maximum vitium. ⁊ in. l. substitutione. §. non simili modo. ff. de vulg. et pupil. ꝙ statuta ꝙ masculi excludant filiam dotatam debent intelligi si masculi extāt tempore quo de exclusione tractatur. Et si sunt
4 heredes. ⁊ facit tex. ibi in ratione sui.† Et ideo si masculi repudiāt non excludunt feminam. dicit Bal. in quodam suo consilio ꝙ incipit statutum disponit. ⁊ al's dicit Bal. in. l. omnes populi. de iusti. et iure. ꝙ si statutum dicit ꝙ primogenitus succedat excluso secundogenito debet intelligi si est capax: et merito secus si est incapax vt frater minor vel demeritus vt exheredatus. ſm eum ibi. ⁊ Pet. de anchara. in repetitione. c. canonum. de constitu. xiij. questione
5 principali col. clij.† Facit etiam pro matre quod no. Bald. in. l. si quis filium. C. de inofficio. testa. Ubi stante statuto ꝙ soror vtrinqꝫ coniuncta excludatur extante fratre consanguineo si concurrunt mater ⁊ soror vtrinqꝫ coniuncta ⁊ frater consanguineus nō habet locum statutum: sed mater ⁊ soror succedunt excluso fratre consanguineo quasi iste casus sit in statuto omissus ſm eum qui similiter in. l. quicunqꝫ. C. de seruis fugitiuis. dicit ꝙ si statutum propter patruum excludit auū maternum nō censetur excludere auiam: vnde si concurrunt patruus auus ⁊ auia propter auiam que excludit patruum admittitur auus excluso patruo ſm eum. ita ergo in casu isto propter sorores que excludunt patruum admittatur mater excluso patruo quasi iste casus non sit in statuto comprehensus. et patruus non excludat matrem quia ipse non succedit ſm predi-
6 cta.† In simili autem perplexitate Bar. ⁊ Ange. in. d. l. j. §. filium. de cōtratabu. dant hanc theoricam ꝙ quando ille qui est me remotior excludit eum qui excludit me vtrum me excludat cōsideratur An ille remotior me succedit in locum eius quem excludit. ⁊ tunc ipse succedit ⁊ ego excludor: vt. l. equissimū. et in. l. ij. §. obijcitur. ff. ad tertul. Nam ibi auus succedit in locum patris ⁊ filij quo ad eum merito excludit matrē sicut ipse pater excluderet. Si vero ille me remotior nō succedit in locū eius quē excludit. ⁊ tunc aut ille quem ille remotior excludit me eo quia habet potētius ius in successione. et tunc ego nō excludor. sed potero ad successionem vocari iure meo perinde ac si ille exclusus nō esset in rerū natura. vt in. l. ij. §. si sit consanguinea. ff. ad tertul. ſm eos quam theoricam adducendo ad propositum nostrum facit pro matre: quia dicte sorores excludunt patruū. ⁊ non succedunt in locum patrui. Et dictus patruus excludit

excludit matrem vigore statuti: quia habet potentius ius quã ma ter: nõ quia facit deficere cõditionem sub qua mater vocatur: ideo mater succedat excluso patruo pinde ac si nõ esset in rerũ natura: ex quo ipse non succedit sed excluditur a sororibus ꝛ ad hoc appli cari potest decisio text. d. l. ij. §. si sit agnatus. ad tertul. vbi mater admittitur quia pater datus in adoptionẽ excluditur ab agnato habente potẽtius ius quã dictus pater: tamẽ non intrat in locum patris ꝛ retenta ista theorica Bar. ꝛ Ang. videtur ꝙ artet pro ma tre: licet al's legẽdo ꝛ consulẽdo visum fuerit ꝙ nõ appareat quod in. d. l. equissimũ auus manumissor excludat patrẽ intrãdo in locũ eius. Quia iure non cauetur ꝙ in successione quis succedat in locũ alterius nisi in descẽdentibus. insti. de succes. ab intest. §. cum filius. et iure nouissimo in filijs fratrũ qui succedunt in locũ fratrum per aut. cessante. C. de legi. here. qđ non cõtingit in successione ascẽden tium. per aut. defuncto. C. ad tertul. maxima tamen est auctoritas Bar. ꝛ Ang. ꝛ satis persuadet ratio ꝙ auus manumissor succedat tanꝙ pater: ideo satis ponderanda est dicta auctoritas Barto. et Ange. pro matre: tamẽ visum fuit pluries cõsulendo ꝛ legẽdo. d. l. si quis vel si qua. ꝛ ad presens etiam videtur ꝙ alia possit reddi ra tio. d. l. equissimũ que videtur ibi ponderata per iurisconsultũ que etiam plurimũ cõfert ad decisionẽ presentis cõsultationis pro ma tre. Nam tex. ibi in fi. dicit rectius est auo ius suũ conseruare qui et cõtra scriptos heredes bonorꝫ possessionẽ accipere solet que verba non videntur prima facie cõferre ad propositũ decisionis cum ibi nõ agatur de successione cõtra testamentũ: sed de mera successione ab intest. ꝛ sic posset accipere bonorũ pos. cõtratabu. nõ videbatur aliquid cõferre ad admissionẽ aui cõtra matrem in successione ab intestato: tamẽ non est verisimile ꝙ fuerint dicta vltima verba po sita ibi sine ministerio aliquid operandi circa decisionẽ questionis ibi preposite: sed sint posita vt demõstrent rationẽ quare ibi auus manumissor preferatur matri. cõsiderauit em̃ iurisconsultus in tãta perplexitate ꝙ iura aui manumissoris sunt in se efficaciora quam iura matris qđ demõstrat: quia preteritus habet cõtratabu. quas nõ haberet mater preterita: ita rectius putauit qđ vinceret is qui habet iura efficaciora. suadet em̃ ratio ꝙ in hmõi pplexitate atten datur persona cuius cõditio solet causare iura efficaciora. Et si id non potest deprehendi in casu de quo agitur recurritur ad alios ca sus: licet separatos: ꝛ ſm hoc verba. in fi. d. l. equissimũ posita red dunt rationem illius decisionis. in dicto autẽ. §. si sit agnatus. Ea potest excogitari ratio decisionis: quia psona patris in ea perple xitate. ideo nõ cõsideratur quia ipse dedit causam illi perplexitati: quia suo facto occurrit cum dederit se in adoptionem in illa itaq perplexitate eius facto sic causata nõ cõsideratur persona patris. ideo mater que al's pfertur agnato succedit in ea perplexitate ac si
7 pater non esset in medio.† Ex quibus elicienda videtur conclusio ꝙ in hmõi pplexitatibus recurrimus ad rationes extrinsecas que al's nõ artarent prout dixi in. d. l. si quis vel si qua. applicando etiã ad terminos. d. l. et etiam ad terminos. d. c. auctoritate. de conces. preben. lib. vj. que plurimũ conferunt ad presentẽ decisionem pro matre cum iura matris in alijs terminis sint potiora quã iura pa trui vel iura sororum cum mater preterita vel exheredata habeat querelã cõtra testamentũ. Et etiã ius dicendi nullũ de iure nouissi mo quãdo exheredatur vel preteritur nõ expressa legitima causa. vt in autẽtico. vt cum. de appel. cognoscitur. §. aliud quoq capl'm iuncto. §. ꝛ hec quidẽ de parẽtibus. ꝛ. §. sin aũt hec nõ fuerint obser uata. Et ideo tanꝙ habẽs efficaciora iura in hac pplexitate prefe renda videtur patruo ꝛ sororibus. tamen ex alio videntur iura ma tris magis clara ꝛ aperta. qr dictus patruus videtur al's insuccessi bilis: quia tutela legitima dicte pupille de cuius hereditate agitur fuit sibi delata vigore statuti. de quo in themate. Et vt presuppo nitur ipse fuit negligens etiã per bienniũ in assumendo dictã tute lam. ideo excluditur a successione dicte pupille ſm quod cõcludit Bar. in. l. ij. ff. qui petant tuto. dicẽs ꝙ prout si successurus ab inte stato nõ petit dari tutorẽ pupillo nõ habenti tutorẽ legitimũ pri uatur successione eius postea decedentis in pupillari etate per. l. sciant omnes. C. de legiti. heredi. ita ꝛ excluditur ille cui delata est legitima tutela si illam intra annũ nõ assumpserit seu nõ legitime administrauerit prout cõcludit ipse Bar. in. d. l. ij. qui etiam cõclu dit ꝙ mater nõ tenetur petere tutorem quãdo subest legitimus tu tor vt ibi latius per eum. ꝛ idcirco ex quo patruus est insuccessibi lis nõ excludit matrẽ per no. per Bar. ꝛ Ange. in. d. §. filium. ꝛ per alios. s̃. relatos. ꝛ attenta hac vltima ratione nõ est necesse respon dere ad rationes. s̃. adductas pro patre vel sororibus quibus satis plane posset respõderi. Et maxime ad rationes assignatas pro so roribus. dicta em̃ ratio quia vincunt vincentẽ matrẽ. ergo vincant matrẽ pariter retorquetur cõtra eas: quia patruus vincit matrem que eas vincit: vt. s̃. ponderatũ fuit ꝛ alia ratio quia a statuto non excluditur nõ artat: quia licet nõ excludatur a statuto excluditur a iure cõmuni. et licet Bal. referat al's se respõdisse pro amita: que respõsio si foret vera concluderet pariter pro sororibus si patruus non fuisset al's exclusus propter nõ petitũ tutorẽ. tamẽ ipsemet se correxit ꝛ cõmuniter cõtra amitas respõdetur quãdo mater est in medio: vt patet ex his que habentur in. d. l. illam. ꝛ in. d. l. si defun ctus. et in. d. l. si quis filiũ. ita ꝙ parua remaneret dubitatio etiam si patruus nõ fuisset exclusus ꝙ dicte sorores nõ succederẽt. posset etiam responderi ad rationes adductas pro patruo. Nam ad. d. l. si mulieri ꝛ titio adductã per Pau. de cast. rñdeo in. d. l. si quis vel si qua. ꝛ ad. d. l. si defunctus. rñdet Rapha. ibi prout. ꝛ ibi refero ꝛ ad rationẽ capitis inclusiui respõdetur ꝙ illa nõ semper attẽditur. vt patet ex notatis per Bal. ꝛ Pau. de cast. in. d. l. illam. et per Bal. in. d. l. si qs filiũ. ꝛ per eum in. d. l. quicũq. Et multa similia possem adducere tamẽ breuitatis causa omitto. ꝛ maxime quia cõsultans instat pro expeditione. ꝛ non est necesse insistere attentis rationi bus. s̃. adductis pro parte matris ꝛ maxime vltima. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. lxxxv.

1 ☞ Appellatio a secũda sententia an valeat de qua. per totum.
2 Hypotecaria an possit conueniri tertius bonorum possessor non discusso principali. nu. seq. ꝛ. 9. ꝛ. 14.
3 Exceptio discussionis dicitur anormala.
4 L. fi. C. de acqui. pos. vt habeat locum que requirantur.
5 Oblatio per traditionem de soluendo creditori possidenti suum debitum quando valeat. nu. 15.
6 Oblatio quando releuet quomodo ꝛ per quos sit fienda. nu. seq.
7 Oblatio potest fieri post litem contestatam vt releuet.
8 Oblatio verbalis sola in iudicio facta sufficit vbi alias requiritur consignatio ꝛ depositio.
9 Exceptio discussionis non facte contra principalẽ an possit oppo ni post litem contestatam ꝛ sententiam. nu. 2.
10 Judex procedendo ad vlteriora an videatur pronunciasse super exceptione.
11 Exceptionibus declinatorijs an possit renũciare tutor vt curator.
12 Exceptio declinatoria excludit per pcessum ad vlteriora. nu. 10. Judex quãdo dicit hac exceptione neglecta nõ dicitur super exce ptione cognoscere. Appellari an possit vel liceat a processu ad vlteriora etiã si iudex super emergentibus pronũciare omittat tanꝙ pronũcia transierit in rem iudicatam.
13 Judex si non pronũciat super exceptione incompetentie an pro cessus reddatur nullus. nu. seq.
14 Discussionis omissio non vitiat processum ꝛ fieri potest pendente iudicio.

¶ Consilium. lxxxv.



n nomine dñi nostri Jesu
1 christi. ¶ † Uidetur prima facie dicendũ ꝙ dicte prime sententie fuerint iuste late et cõsequenter partes huius tertij iudicis sint in sententiando male appellatum ꝛ bene iudica tum. Nam dicta domina Polysena videtur ꝙ iuste fuerit absolu ta ex duplici capite seu ex duplici medio. primo quia ipsa fuit con uenta actione hypotecaria tanꝙ possidens bona ipsis agentibus
2 hypotecata. et sic vt tertius possessor.† Et constat ꝙ tertius pos sessor etiam si sine vllo titulo possideret non potest hypotecaria cõ ueniri nisi discusso prius debitore principali: vt in aut. hoc si debi tor. C. de pigno. ꝛ in. §. ad hoc autem. in autentico. de fideius. ꝛ per doct. in. l. fi. ff. si certum peta. ꝛ in. l. x. de verb. obli. ꝛ in multis iuris partibus. Et ideo cum pro parte dicte dñe Polysene fuerit ab ini tio opposita exceptio discussionis omisse debuit non facta discus sione dicta dña Polysena absolui quinimmo ꝛ si non fuisset ab ini tio opposita potuisset opponi post litem cõtestatam licet sit decli
3 natoria.† Est enim exceptio anormala adeo ꝙ licet omissa fuerit ante litem contestatã: tamen potest opponi post litem cõtestatam prout dicit Bar. in suo consi. incip. an si tertius numero. cccxviij. ſm ordinem perusinũ non informis. immo ꝛ post sententiã prout dicunt Bal. ꝛ Pau. de cast. in. l. fi. ff. si certum peta. Nec iuuantur actores eo quia debitor se constituerit precario nomine possidere quo casu non requirit discussionem. dicit Jaco. butri. in. l. fi. C. de acqui. posses. ꝛ Bal. in. l. j. C. de reuo. his que in fraudem credi. ꝛ in l. ij. C. quãdo fiscus vel priuatus. et Ange. in. l. exitus controuersie. ff. de acqui. posses. quia loquũtur quando intentatur remediũ. d. l. fi. de acquirẽ. posses. prout declarat Bal. in. d. l. j. circa finem. de his que in fraudem creditorum. ꝛ notant doct. in dicta. l. exitus. Nam Jaco. butri. ꝛ doct. se fundant ex tex. d. l. fi. cuius remediũ non fuit intentatũ in petitione dicti ser Corradi. Nec forte potuisset inten tare dictum remediũ: quia dicta dña Polysena non fuit cõsecuta possessionem dictorũ bonorum: quia debitor qui cõstituit se preca rio nomine possidere dereliquerit possessionẽ vel desidia seu dolo
4 alteri tradiderit.† Prout requirit remedium. d. l. fina. sed extor sit possessionem et dominium a dicto debitore remedio. l. si con stante. in princi. ff. soluto matrimonio. et. l. vbi adhuc. C. de iure dotium. que remedia competunt etiam aduersus inuitum. et sic cessante desidia vel dolo possessoris. et propterea non habet ob stare dicte domine Polysene allegatio constituti. Et remanet eius fundamentum quod non potuit cõueniri non discusso prin cipali debitore. Jtem et secundo dato quod fuerit facta discussio

principalis debitoris: tamen ipsa dña Polysena habebat poten⸗
tiora iura in dictis bonis que petũtur: quia habuerat priorem hy⸗
potecam ex causa dotis que est priuilegiata.l.assiduis.C. qui pot.
in pig.habe. Licet priuilegium dotis cesset ex quo de iure cõmuni
ratione prioritatis erat potior ⁊ ratione dicti sui crediti reciperet
dicta bona insolutum pro suo credito. Nec videtur sibi obstare qđ
dicti creditores agentes obtulerint sibi soluere quantitatem sibi
5 debitã ex causa dotis et depositũ fecerint.† Cum liceat posteriori
creditori offerre suum debitum etiam si insolutũ receperit a debi⸗
tore res sibi obligatas. vt est expressum in.l.j.C. si antiquior credi⸗
tor pig.vendidit: quia respõdetur pro parte domine Polysene ꝙ
dicta oblatio non iuuat quando mulier cõsequitur dotem suam in
bonis mariti: quia vergit ad inopiam. vt concludit Bar.in.d.l. si
constante.in tertia parte ⁊ septima questione.et Pe.Cy.et Saly.
in.l.cum tibi.C.qui potio.in pig.habeantur: quod ⁊ voluit Jaco.
de arena prout ibi eum refert Rapha.fulg.dicens ꝙ nemo ei con⸗
tradicit. Adeo ꝙ durum esset contra eum in pratica obtinere ẜm
eũdem Rapha. Cum itaqꝫ cesset dictum remedium posterioribus
creditoribus vbi mulier recepit pro dote insolutum bona hypo⸗
tecata.ideo videtur ꝙ fuerit dicta domina Polysena iuste absolu
ta.⁊ per consequens fuerint iuste. ⁊ prima ⁊ secũda sentẽtie ⁊ subse
quenter partes iudicis habentis super tertia instantia pronũciare
sint in sententiando quod ⁊ dicendũ videtur ⁊ alio: quia dicte dñe
Polysene fuerant debiti vltra ducentos aureos Venetos quos
obtulerunt dicti agentes. et per consequens cum non obtulerint
integrum debitum dicte dñe Polysene. Ex hoc etiam capite vide
tur quod debeant succumbere dicti agentes: ex quo tempore litis
contestate non cõpetebat remedium qđ deduxerunt in eorum pe⸗
titione: ius autem competens post lit.contest. non videtur in indi
cium deductũ.l.non potest videri.ff.de indi.⁊ per consequens non
videtur releuare dictos agentes si post lit.cõtesta.obtulerunt resi⸗
duum debiti vel fecerũt discussionẽ debitoris principalis. ¶ His
tamen nõ obstantibus: contrariũ puto de iure respõdendum.nam
dicti agentes vt presuppono legitime docuerunt ꝙ bona in peti⸗
tione deducta fuerant eis hypotecata quod est principale eorum
fundamentum ⁊ obtulerunt priori creditori soluere suum creditũ.
Oblationem enim depositionẽ ⁊ consignationem fecerunt in ipsa
productione libelli. et licet illa forte non fuerit de integro credito
propter parafrenalia pro quibus forte erant bona expresse hypo⸗
tecata: que vt ex actis que vidi percipi potest. tamen magis plena
fuit bis facta post litem contestatam ⁊ fuit vltima vice productus
mercator qui obtulit se paratum soluere estimationem arnensium
corredalium et se habere in depositum a dictis agentibus omnem
quantitatẽ pecunie qua estimabuntur dicta arnensia: pro quibus
6 dicta bona petita fuerunt obligata.† Et vbi debitum nõ est liqui⸗
dum non requiritur liquida ⁊ certa oblatio.l.si residuum.⁊ ibi per
Bal.C.de distrac.pig.⁊ in.l.j.C.ne lic.in vna eademqꝫ causa tertio
prouo.in.ij.col.⁊ in.l.acceptam.vij.opposi.C.de vsu.⁊ per glo.in.l.
creditor.C.de pig. Et sufficit ꝙ fiat oblatio per tertium etiam sine
mandato.ẜm Bald.in dicta.l.acceptam.⁊ in.l.obsignatione.C. de
solu.et Ange.⁊ Pau. de cast.in.l.tale pactum.§. post diuisionem.
ff.de pact. de quo etiam per Ange.in aut. vt exacti.instru. dotis.
7 col.vij.† Et sufficit eam fieri etiam post litem cõtest.vt est tex.no.
in.l.si rem.§.fina.ff.de pigno.act.⁊ no.doct.ibi: sufficit enim produ
cere ius superueniens actori pendente iudicio in quacunqꝫ parte
iudicij: dũmodo ex causa de preterito vt ibi.⁊ in.l.si mãdauero tibi
vt titio.ff.manda. Et no.doct. in dictis iuribus.et in.l. non potest
videri.ff.de iud. quod maxime dicendũ est in casu isto in quo actio
intentata erat orta.oblatio autem sit ad remouendũ exceptionem
que impediebat exercitiũ actionis. vnde multofortius sufficit ius
superueniẽs pendente iudicio quã in casibus.d.l. si rem.§.fi.⁊.d.l.
si mandauero.in quibus tempore litis cõtest. non erat orta actio.
ideo satis est ꝙ fuerit facta integra oblatio cõsignatio ⁊ depositio
8 pendente iudicio.† Quinimmo vbi al's requiritur consignatio et
depositio sufficit in iudicio sola oblatio verbalis per.d.l. si rem.§.
fi.prout ⁊ no.Barto.ibi.⁊ in.l.item soluitur.§.qui paratus.ff.qui⸗
bus mo.pig.vel hypo.sol.⁊ per Bal.in.l.inuicem.C.de compen.et
per glo.⁊ doct.in.l.nec creditores.C.de pig.acti.dũmodo offerens
habeat pecuniã ad manus prout not.Barto.in.d.§.qui paratus.
per.l.si peculiũ.in fi.ff.de statu libe.⁊.l.fundus.ff.de rescin.vendi.et
facit qđ habetur.ff.de solu.l.qui decem.§.j.⁊ qđ per Bar.in.l.ꝑtor
ait.§.si quis paratus.ff.de noui ope.nũcia. Et ideo suaderem ꝙ si
qua dubitatio fieret sup oblationibus iam factis ad abundantem
cautelã fieret oblatio cum pecunia ad manus de omni eo ꝙ dicta
domina Polysena pretenderet debuisse cõsequi ratione dicte do⸗
tis ⁊ arnensium pro quibus pretendit dicta bona fuisse sibi hypo⸗
tecata ⁊ data insolutũ quatenus eidem debita fuissent cum vt dixi
sufficit oblatio facta in quacũqꝫ parte iudicij per iam dicta. Et ex
his videtur fundata intẽtio ipsorũ agẽtiũ per.d.l.j.C.si antiquior
9 creditor.† Nec videntur eis obstare que in cõtrarium adducũtur.
Et primo non videtur ꝙ eis obstet exceptio discussionis nõ facte
que fuit opposita ante litẽ contestatã que habebat impedire litis
cõtestationem per dicta aut.hoc si debitor. Et ideo per processum
ad litis cõtestationem factam mandato iudicis videtur pronũcia⸗
10 tum super ea ꝙ nõ habeat obstare.† Nam quando opponitur ali⸗
qua exceptio que impedit processum ad vlteriora si iudex ad vlte⸗
riora procedit censetur sup exceptione pronũciare reijciendo exce
ptionem: vt est tex.in.c.ex parte.M.de appel.et gl.notabilis in.l.
ij.§.si dubitetur.ff.de indi.⁊ per doct.in iuribus preallegatis.⁊ per
Joan.and.in clemen.repulsione.de appel.⁊ per Specu.in titu.de
exceptio.§.si.versi.proposite.⁊ per Bar.⁊ Bal. in.l.a procedente.
C.de dila. Et ideo cum post oppositã dictam exceptionẽ discussio⸗
nis iudex processerit ad vlteriora mandando partibus qđ conte⸗
staretur lis censetur pronunciasse dictam exceptionẽ reijciendam:
et consequenter non habere impedire processum. Et cum partes
paruerint precepto litis contest. censentur acquieuisse dicte tacite
pronuncie. Interlocutoria enim a qua non appellatur transit in
rem iudicatam quo ad partes ⁊ inter eas facit ius per.c. cum dile⸗
cti.de elec.⁊ not.per glo.et doct.in.l.ꝙ iussit.ff.de re iudica.et pro⸗
pterea videtur ꝙ ex quo super dicta exceptione censetur pronun⸗
ciatum non possit amplius per partem instari: ⁊ allegare ꝙ obstet
vel debuerit obstare non facta discussione principalis debitoris.
Nec predictis videtur obstare si dicatur ꝙ sup emergenti questio⸗
ne est pronunciandum ⁊ super ea requiritur cause cognitio: ideo si
non est de ea cognitum non censeatur super ea tacite pronuncia⸗
tum seu processum ad vlteriora non habeat repellere: prout cõclu⸗
dit Ange.in.l.ij.ff.si quis in ius vocã.non ie.vbi si opponitur exce
ptio declinatoria iudicis debet primo iudex de ea cognoscere alias
processus videtur nullus per illum tex.et facit.c.exhibita. de iudi.
ideo processus ad vlteriora nõ videtur releuare si de incidenti que⸗
stione non est cognitum: ⁊ hoc idem cõsuluit idem Ange. in consi.
numero.cc. ẜm ordinem informis incip. in ciuitate Lucane.co.ij.
versi.super eo autem expresse cõcludit ꝙ si super exceptione incom
petentie non fuerit disputatum inter partes omnis processus est
nullus: quia iudex debuit primo cognoscere de iurisditione et ea
cognita pronunciare prout voluit Inno.in.c. preterea. de dila.in
glo.j.versi. sed tamẽ cognoscere ẜm eundẽ Ange. qui idem tenuit
in cõsi.ccxvij.ẜm eundẽ ordinem informis ꝙ incipit in causa accu⸗
sationis producte.col.iiij.allegãs id qđ no.Inno.in.c.ceterum.de
rescrip.dicens ꝙ ita est intelligendus. Sed in casu isto super dicta
exceptione declinatoria nõ videtur fuisse disputatũ inter partes:
quia in replicationibus nihil allegatur ꝙ nõ debuerit fieri discus⸗
sio vel quod facta fuerit: ideo nõ censeatur super dicta exceptione
pronunciatũ neqꝫ ipsa reiecta cum nõ videatur ꝙ de ea fuerit co⸗
gnita per iudicẽ per dictam theoricam Ang.ꝙ ⁊ videtur fuisse de
mente Bal.in.l.non eo minus.C.de procu.vbi singu.dixit. Quod
licet iudiciũ cum minore vel eius administratore minus legitimo
fuerit agitatum si respicit fauorẽ minoris valeat: ideo cautum est
ꝙ aduersarius opponat de minori etate et de illegitima persona
administratoris quasi sentiat ꝙ tunc per processum ad vlteriora si
non fuerit cognitum de dicta exceptione nõ censeatur iudex reie⸗
cisse exceptionem per processum ad vlteriora. Ad predicta enim
respõdetur ꝙ immo glo.⁊ doc.simpliciter tenent ꝙ per processum
ad vlteriora censeatur tacite pronunciatũ super exceptione emer⸗
genti nec distinguũt fuerit super exceptione disputatũ inter par⸗
tes vel cognitum per iudicem necne. Nam Anto.de but.in.c.ij. de
iuramento calũ.no.simpliciter illum tex.ꝙ per processum ad vlte⸗
11 riora videtur iudex tacite pronũciare super exceptione.† Et simi
liter Bal.in.l.pactũ procuratoris.C.de pac. dicens ꝙ licet al's tu⸗
tores ⁊ curatores non possint exp̃sse renũciare exceptionibus decli
natorijs vel peremptorijs cum donare nequeãt ⁊ renũciare esset do
nare.⁊.l.cõtra iuris.§.fi.ff.de pac.cum si.tamẽ possunt tacite renun
12 ciare.† Ideo per ꝓcessum ad vlteriora excluditur exceptio declina
toria cum censeatur tacite pronũciari per iudicẽ ⁊ nisi tutor vel cu
rator seu procurator appellet: transit illa pronũciatio in rem iudi
catam ẜm eum qui allegat.d.c.ex parte.M. Similiter gl.in.d.§.si
dubitetur simpliciter loquitur nõ distinguens: vtrũ iudex sup exce
ptione cognouerit necne.⁊ hãc partẽ simpliciter sequũtur.d.Ant.
de bu.⁊ Imo.in.c.sup literis.de rescrip.pro quo allegãt tex.in.d.c.
ex parte.M.cum ad id sit melior tex. qui sit in iure ibi enim iudex
nõ denegabat exceptionẽ admittere nec etiam expresse reijciebat:
sed prout dicit tex.ꝙ ea exceptione neglecta procedebatur in cau⸗
sa.⁊ sic aperte probat: ꝙ iudex procedendo ad vlteriora cõtra vim
exceptionis censetur tacite pronũciare exceptionem non obstare:
nec distinguit tex.an iudex cognouerit vel non cognouerit immo
innuit ꝙ super exceptione nõ cognouit cum dicat hac exceptione
neglecta proprie enim negligere est nõ curare. ⁊ sic innuitur absqꝫ
cause cognitione iudex procedebat ad vlteriora. et ita etiam sim⸗
pliciter transeunt docto.in.d.c. ex parte.M. ⁊ idem etiam simpli⸗
citer firmat Bal.in.l.j.circa finem.C.de ordi.cogni.dicens per tex.
notabilem in dicto.c.ex parte.M.ꝙ licet glo. alias voluerit quod
super emergentibus esset necessario pronunciandum per iudicem
al's in causa procedit non posset vt in.d.l.a procedente. et in.d.l.j.
tamẽ tex.notabilis ⁊ clarus est in contrarium in.d.c. ex parte.M.
quia

quia licet iudex procedat omissa expressa pronunciatione sup legitimatione personarum tutoris vel curatoris valet processus nisi appelletur: quia ipso facto censetur pronũciasse super exceptione impediente processum quando iudex procedit ad vlteriora: ita qđ omissio expresse pronũciationis in emergentibus non vitiat processum ẽm eum qui non facit vim an iudex examinauerit vel nõ cognouerit de exceptionibus. ꝛ ita etiam simpliciter ꝛ generaliter loquitur Inno. in. c. j. de ordi. co. Et sic doc. cõmuniter volunt quod per processum ad vlteriora censetur pronũciatum super exceptionibus emergentibus qđ et clarius voluit Bar. in. d. l. a procedente querens. An si iudex promiserit pronũciare super emergenti exceptione vitietur processus allegat speculatorem ꝙ nõ vitietur ipso iure sed potest appellari ab eo qui exceptionẽ vel cõtradictionem non admisit: vt in. c. ex parte. de offi. deleg. subdens aduerte quandoqꝫ iudex non obstante contradictione partis procedit in causa nulla facta examinatione de eius cõtradictione tunc habet locũ. c. interposita. extra de appel. quia si exceptio erat legitima ꝛ opponens obtulit se probaturum eoipso ꝙ iudex eum non admisit eum grauauit sed si non obtulit se probaturum tunc haberet opponẽs a grauamine appellare et in causa appellationis veritatem exceptionis docere vt ibi patet. et sic vult qđ etiam vbi nulla est facta examinatio requiritur appellatio ꝛ quod processus non est nullus prout ꝛ innuitur in. d. c. interposita. licet aliqualiter sequentia verba Bar. innuant ꝙ quãdo nulla est facta examinatio non censeatur tacite pronunciatũ cum in illo membro quando de causa emergenti cognouit dicat ꝙ per processum ad vlteriora censeatur tacite pronũciasse. Et id non dixit in precedenti membro. Sed solum qđ grauauit tamen ex quo in precedenti membro vult qđ habeat locum. d. c. interposita. et illud. c. requirat appellationẽ satis videtur velle qđ processus ad vlteriora preiudicet nisi appelletur. Et ideo possumus dicere ꝙ Barto. ibi potius concordet cum cõmuni

13 opi. s. relata quã discordet. † Nec obstant glo. que dicunt ꝙ super emergenti exceptione est pronunciandũ quia satis censetur pronũciatum si tacite pronunciatur per processum ad vlteriora. Et licet subdant ꝙ alias procedi non potest debeat intelligi ꝙ non potest licite procedi sup principali nisi cognoscatur et pronũcietur super emergenti. Non em̃ dicimur posse ꝙ licite non possumus. l. nepos proculo. ff. de verb. signi. Non autem dicunt ille glo. ꝙ procedẽdo ad vlteriora non censeatur pronunciatum et ꝙ si non pronũciatur expresse processus non valeat nec loquuntur de pronunciatione expressa nec similiter Inno. in. d. c. preterea. requirit pronũciationem expressam prout ꝛ dicit ipse Ange. in. d. cõsi. ccxvij. Nec dicte glo. nec Inno. in. d. c. preterea. et in. d. c. ceterum. distinguit prout distinguit Ange. Nec est verum ꝙ dicta distinctio Ang. videatur fuisse de mente Bal. in. d. l. non eo minus. licet enim dicat ꝙ cautũ sit ꝙ aduersarius minoris opponat de minori etate vel de illegitima persona administratoris. Non propterea sentit ꝙ si ad vlteriora proceditur non censeatur iudex pronunciasse rejiciendo exceptionem per processum ad vlteriora: et maxime quia non ponderat vtrum iudex cognouerit necne. Sed ideo cautũ est opponere quia verisimiliter iudex de ea cognoscet et ꝙ iustũ erit determinabit: quia pro iudice presumitur. c. in presentia. de renun. ꝛ. l. herennius. §. gaia. ff. de euic. Et si secus faceret poterit appellare merito cautum est opponere ꝛ non sub silentio pertrãsire: quidam tamen pro concordia opinionum distinguũt ꝙ aut iudex statim ꝙ opposita fuit exceptio declinatoria pronũciauit procedendum ad vlteriora vel ad vlteriora processit. et sic constat ꝙ de ea non cognouit. et tunc procedat opi. Ange. s. ꝙ processus non valeat: quia requiritur cause cognitio super emergenti que constat ꝙ non fuit adhibita: ideo non valeat processus per no. in simili per Bar. in. l. prolatam. C. de sententijs. ꝛ per no. per enm in. l. hec autẽ. §. j. ff. ex quib. causis in pos. ea. Si vero iudex non processit ad vlteriora incontinenti. Sed inter obiectum exceptionis et processum ad vlteriora est tanta distantia temporis in qua verisimiliter iudex potuit vidisse ꝛ cognouisse exceptionem oppositam. ꝛ tunc procedat cõmunis opi. s. relata que simpliciter et generaliter vult qđ per processum ad vlteriora censeatur sup exceptione emergenti tacite pronũciatum ꝛ talis pronũcia. tunc non sit nulla ita al's Imo. ꝛ Panor. in. c. tum ex literis. de in integ. resti. limitat per illum tex. dictum Bar. in dicta. l. prolatam. in casu autem nostro inter exceptionem oppositam ꝛ mandatum iudicis ꝙ lis contestaretur elapsi fuerunt ꝙplures dies in quibus iudex potuit cognoscere ꝛ deliberare. An dicta exceptio esset admittenda vel repellenda ꝛ forte putauit esse rejiciendam ex quo in exceptionibus dicebatur ꝙ ꝓpter inopiam debitoris fuerat dos restituta constante matrimonio quasi ad hoc redderetur certum ipsum non esse soluendo: ideo eam tacite reiecerit. potest etiam dici ꝙ Ang. in. d. l. ij. ꝛ in. d. suis cõsi. loquitur exceptione incompetentie iudicis ꝛ non loquitur generaliter in qualibet exceptione emergenti seu declinatoria dicens qđ iudex debet cognoscere an sua sit iurisditio quasi velit ꝙ si processit non aliter cognito an esset iudex competens tanꝙ ignarus an sua sit iurisditio non valeat eius processus posset etiã dici et ratio suaderet ꝙ si esset talis exceptio que etiam si nõ esset opposita redderet iudiciũ nullum vt est exceptio incõpetentie iudicis. C. si a non cõpe. iudi. per totũ tunc si opponitur ꝛ de ea non cognoscitur processus non teneat. Et ita procedat opi. Ang. aut est talis exceptio que si non fuisset opposita processus nõ vitiaretur tunc si opponitur et de ea non cognito proceditur ad vlteriora per iudicem tunc censeatur reiecta exceptio et processus teneat. Et hoc casu loquitur. d. c. ex parte. M. per quẽ tex. potissime fundatur dicta cõmunis opi. hoc

14 etiam casu loquitur dicta glo. d. §. si dubitetur. † Et ad hũc casum applicatur hec disceptatio. ꝙ vꝫ omissio discussionis non reddit iudicium nullum vt notat Bar. in. l. ij. C. cõmuni diuidũdo. et in. l. si mancipium. §. cõmuni diuidundo. ff. de euic. ꝛ in. l. si queramus. ff. de testamen. ꝛ in. l. prolatam. C. de sententijs. ꝛ Bal. in aut. cõtra rogatus. C. ad trebellianum. in fi. dicens ꝙ nulla omissio vel ordinis preposteratio ante litem cõtesta. vitiat nisi sola libelli oblatio. et idem Bala. in. d. l. si rem. §. si de pigno. acti. post Albertum Galeotti in sua margarita: dicit ꝙ discussio fieri potest pendente iudicio et ꝓdest acsi facta esset ab initio ꝛ plura allegat vt ibi per eum. Et ideo dato ꝙ de dicta exceptione excussionis omisse non censeretur cognitum tamẽ censeretur per processum ad vlteriora super ea pronunciatum ꝛ ipsa reiecta et propterea processus valeat et de ea non sit amplius disputandum ex quo nõ fuit appellatũ. Et hoc puto intrepide tenendum licet cautius putarem ꝙ pendente hoc iudicio fieret discussio vel ẽm formã iuris cõmunis vel ẽm formam statuti de materia loquentis. Nec supradictis obstat. c. exhibita. de iudicijs qđ quidam ad propositum adducunt: quia ibi non fuit tacite vel expresse pronunciatum super exceptione emergenti: sed fuit pronunciatum quod super ea ꝛ super principali simul cognosceretur qđ fieri non potest in illis terminis. Et ita etiam possunt intelligi glosse que dicunt ꝙ non potest procedi super principali

15 nisi pronuncietur super emergenti. ¶ † Nec etiam obstat ꝙ secũdo loco in contrarium allegabatur scilicet ꝙ oblatio per posteriorem creditorem fieri non potest quando dos est constante matrimonio restituta mulieri pretendenti anteriorem hypotecam propter inopiam mariti: quia dato ꝙ illa opinio procedat a qua nõ esset cautum recedere in decisiuis ex quo doctores cõmuniter concordant: licet probabiliter teneri posset contrarium prout et dicit Rapha. tamen ratio docto. quia tex. in dicta. l. vbi adhuc ait qđ ipsa bona mulieri cõcessa pro restitutione dotis retinenda sunt vt ex fructibus subueniatur oneribus matrimonij. Que ratio cessat soluto matrimonio ratio cesset dicta docto. opinio. argu. c. cum cessante. de appellationibus. ꝛ. l. quod dictum. ff. de pactis. cum similibus. et ideo remaneat tunc regula. d. l. j. C. si antiquior creditor pro quo optime facit tex. d. l. j. vbi adhuc ibi: sed ita eam posset easdem res vendicare vel a creditoribus posterioribus vel ab alijs qui non potiora iura legibus habere noscuntur vt potuisset si matrimonium eo modo dissolutum esset quo dotis et ante nuptias donationis exactio ei cõpetere poterat per que verba ostenditur ꝙ non consequitur efficaciora iura propter illam vendicationem que fit cõstante matrimonio propter inopiam mariti quã si facta fuisset soluto matrimonio: sed si facta fuisset solu. matri. sine dubio competeret posterioribus creditoribus offerre anteriori creditrici et abuocare ab ea res sibi cõcessas pro dote per generalitatem. d. l. j. a qua non reperitur exceptuatus iste casus nec eum doc. exceptuant. Nec est nostrum. d. l. limitare saltẽ in casu in quo cessat ratio doct. que fundatur in. d. l. vbi adhuc que ratio non militat nisi constante matrimonio: quia vbi lex non distinguit nec nos distinguere debemus. l. iij. ff. de offi. presi. cum cõcor. ꝛ in dubio standum est regule per ea que habentur in rub. de reg. iur. in. vj. ꝛ ꝙ per Bar. in. l. quotiens. ff. si quis cau. Nec etiam ob. d. l. non potest videri: quia limitatur per. d. l. si rem. §. fi. de pig. act. ꝛ per. d. l. si mãdauero tibi. ff. man. sub qua limitatione cõprehenditur casus noster prout superius apparet. Ex quibus remanet conclusio ꝙ partes iudicis sint in pronunciando bene appellatum ꝛ male iudicatũ ꝛ condemnando partem conuentam ad tradendũ bona petita parti agenti. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. lxxxvj.

1 ☞ Expensas vtiles ꝛ necessarias ac volũtarias quas fecit maritus in rebus vxoris an possint heredes dicti mariti repetere ab ipsa vxore. vsqꝫ ad. nu. 9.

2 Expense facte in re aliena quando non repetantur.

3 Expense facte ab ascendente in rebus descendentis quando possint repeti.

4 Usufructuarius petit expensas a proprietario quas fecit in re qua vsumfructum habebat si dicte expense pertinent ad perpetuam vtilitatem.

5 Expense facte per aliquem in re aliena que repetũtur qua actione possunt repeti.

6 Usufructuarius ad quas expensas teneatur.
Expense necessarie que sint.

7 Libellus debet continere nomen actionis.

8 Possessor bone fidei vel male fidei an possit repetere expẽsas quas fecit in re possessa.

Fructus rei an lucretur possessor bone fidei ex benignitate an vero ex iuris rigore.
9 Heredes mariti an possint ab vxore repetere.cccc. florenos solutos pro restitutione cuiusdā dotis de pecunia propria dicti mariti qui ad dictam restitutionē erat procurator in vita et post mortem patris vxoris non obstante ꝙ fuerit dictū in instrumento dictam pecuniam solutam de pecunia vxoris.vsqꝫ ad fi.consi.
Confessio recepti inter virū ⁊ vxorem dicitur suspecta tanꝙ facta inter personas prohibitas.
10 Aditio hereditatis presumitur fructuum recollectione et possessione rerum hereditariarum.
11 Mandatum quod est collatum post mortem an expiret post mortem mandantis.
Expense facte a negotiorū gestore habente vel non habente mandatum an presumantur facte animo donandi.nu.seq.
12 Dos extraneo administratore rerū mulieris an constituta dicatur animo donandi vel repetendi.

¶Consilium.lxxxvj.


N nomine dñi nostri Jesu
1 christi. ¶†Circa primum dubium videtur prima facie dicendum ꝙ dictus ser Bernardus nequeat repetere dictas impensas ea ratione quia dictus ser Antonius habebat verisimiliter notitiam ꝙ dicta bona erant dicte dñe Cilie et non erant sua.arg.l.quisquis.C. depositi iuncta.l. de tutela.C. de in integrū resti.mi.⁊ in.l.octaui.ff.vnde cog.⁊ ꝙ per Barto.in.l.j.ff.si certum
2 peta.†Et expendens scienter in rem alienā non repetit impensas insti.de rerū diui.§. ex diuerso.in fi.⁊.ff.eo.ti.l. adeo.§. ex diuerso. in fi.ꝙ maxime videtur dicendum attento ꝙ ser Antonius impendens erat maritus dñe Cilie: adeo ꝙ de facili presumitur donatio inter virū ⁊ vxo. propter mutuū amorem.ar.l.j.⁊.ij.⁊.l.si seruus.ff. de dona.inter virum et vxo.Preterea dato qđ ipse ser Antonius ignorauerit bona fuisse dñe Cilie ⁊ illa bona fide possideret:tamen bone fidei possessor expensas non repetit: sed solum sibi cōsulitur per retentionē si possidet rem in qua impendit.ff.de cōdi.inde.l. si in area.⁊ dictis.§§.ex diuerso.versi.certe. Si itaqꝫ dicta dña Cilia possidet dicta bona in quibus facte sunt impense nō videtur ꝙ dictus ser Bernardus possit dictas impensas extorquere a dicta Cilia cum nō habeat beneficium retentionis.Et dato ꝙ possideret ⁊ vellet vti beneficio retentionis: tamē videtur ꝙ dicte impense sint compensande cum fructibus perceptis per dictum ser Antonium in bonis donatis dicte dñe Cilie: quia impense facte in re aliena per bone fidei possessorē quantūcunqꝫ vtiles vel necessarie vsqꝫ ad cōcurrentē quantitatē cōpensantur cum fructibus per eum perceptis adeo ꝙ per viam retentionis sibi non cōsulitur quatenus fructus percepit vt est tex.in.l.sumptus.ff.de rei vendi. ¶His tamen non ob.contrariū puto de iure respondendū.Donatio enim regulariter nō presumitur quādo potest verisimiliter subesse alia causa. l.si cum aurum.ff.de solu.l.cum.de indebito.ff.de proba.Et ex quo inter virū ⁊ vxo. est donatio prohibita similiter nō debet in dubio presumi causa donationis subsistēte alia verisimili probabili causa prout videtur ꝙ possit cōiecturari ꝓbabilis ⁊ legitima causa in terminis nostris ex quo maritus sciebat bona predicta esse dñe Cilie maxime cum interuenerit in donatione dicte dñe Cilie facte de dictis bonis censeri pōt fecisse dictas impensas tanꝙ gerens vtiliter negotia sue vxoris.Solent eñ mariti negotia vxorū gerere.et arg. a solitis bonū est in iure.ar.l.si.C.de fideius.⁊.l.ꝙ si nolit.§. qui assidua.ff.de edili.edic.⁊ ꝙ no.glo.in.l.j.C.de arbi.⁊ glo.et Bald.in.l. neqꝫ natales.C. de proba. Ideo actione negotiorū gestorū dictas impēsas repetere possit per tex.in.l.alimēta.secūdo responso.C.de
3 nego.gest.†Ubi etiam ascendens repetit a descendente expensas factas in bonis descēdentis: qꝛ presumitur facta animo repetendi prout no.ibi glo. ⁊ cōmuniter doct. pari ratione idem dicendū est in expensis factis per maritū in bonis vxoris.Et maxime si negotia vxoris administrabat prout fieri solet:preterea et fortius.d.ser Antonius in dictis bonis erat vsufructuarius pro parte vna cum dicta sua vxore ex forma statuti sub rubrica de acquisitis per vxorem viuente marito per quod statutum disponitur ꝙ si vxor alicuius aliquid acquisiuerit vel ad ipsam quocunqꝫ iure deuenerit talis vir etiam vxore in vita possit vna cum tali vxore toto tempore vite sue vti ⁊ frui prefatis bonis sic acquisitis et fructus ⁊ prouentus percipere exceptis certis casibus qui non pertinent ad casum nostrum. Et insuper disponitur quod ipsa vxor dicta bona nullo modo possit alienare sine consensu sui viri. Et per consequens vigore dicti statuti ad maritum pertinebat vsusfructus dictorū bo-
4 norum prout etiam demōstrant verba sequentia dicti statuti.†Et quando vsufructuarius facit impensas in re in qua habet vsumfructum si pertinent ad perpetuam vtilitatem hoc est vltra quam duraturus sit vsusfructus illas repetit a proprietario vt est tex. in.l. eum.C.de vsufruc.⁊ notant glo.et docto.in.l. hactenus.ff.eo.titu. dūmodo non sit modica impensa:quia illa pertinet ad vsufructuarium:vt dicta.l.hactenus. Jta quod clarum est ꝙ vsufructuarius
5 impensas repetit a proprietario.† Licet sit dubium quo remedio repetat. Nam glo.vult ꝙ repetat per actionē negotiorū gestorū.⁊ Bar.per actionē in factū per.l.in venditione.§.his verbis.alias.l. pretor.§. his verbis.ff. de bon.auctoritate iudi. possiden. vel per vtilem actionē mandati:prout hec dicunt glo.et Bar.in.d.l.eum. et ponit Ange.in.d.l.hactenus.qui videtur sequi opi.Bar.Uidetur ergo vsufructuarius gerere negotium cōmune suum scilꝫ quia artatur ad faciendum ꝫm opi.Bar.⁊ Ange.⁊ proprietarij:quia ad eum principaliter pertinet vtilitas prout in simili dicit tex.in.d.§. his verbis.in fi.posset tamē dici pro cōcordia glo.⁊ Bar. ꝙ impensas necessarias prout sunt impēse refectionis repetat vsufructuarius per actionem in factū per rationem Bar. qui in expensis refectionis loquitur ⁊ in eis loquitur tex.quem allegat.s.l.damni infecti stipulatio cōpetit.§.ei cuius.⁊ potest dici ꝙ etiam tunc competat vtilis actio negotiorū gestorū.arg.l.iij.§. hec actio.ff.de nego. gest.⁊.l.curatoris.C.eo.titu. et ita potest saluari opinio glo.prout et dicunt Bal.⁊ Rapha.in.d.l.eum.⁊ cōstat ꝙ in his cessat presumpta causa donationis.quia in necessitatibus nemo liberalis existit. l.rem legatam.ff.de alimē.leg.⁊.l. fideicōmis.§.si rem.ff.de lega.iij.
6 ¶†Ad expensas autē vtiles nō necessarias nullatenus videatur dicendū ꝙ vsufructuarius teneatur: quia iure nō cauetur: nec ratio id suadet ⁊ ꝓpterea videtur ꝙ cessat ratio Bar.⁊ Ange. ⁊ hoc videtur sentire Bal.in.d.l.eum.dicens ꝙ non est verum qđ vsufructuarius teneatur ad aliam impēsam nisi que est ex natura vsusfructus.l.si pendentes.§.si quid.ff.de vsufr. ⁊ qđ notatur in simili in.l. nec stipendiū.ff.de impēsis in rebus dotal.fact.ꝫm eum et ideo tūc videtur qđ procedere possit opinio glo.s.ꝙ cōpetat directa actio negotiorū gestorum.obstat tamen generalitas.d.§. his verbis per quem tex.:potest dici qđ censeatur negotiū cōmune quia impensa concernit etiam vtilitatē ipsius expēdentis et sic in terminis.d.§. his verbis vtilitatē immissi in possessionē qui sperat ex ipsa re vel eius venditione cōsequi suum creditum ⁊ similiter vsufructuarius sperat cōmodū pro tempore sui vsusfructus: ideo censeatur cōmune negotiū.⁊ propterea cessat actio negotiorū gestorū: saltem directa ⁊ quia censetur negotiū cōmune cessat presumpta causa donationis ⁊ quicquid sit circa dictam difficultatē que actio competat
7 cuius inuestigatio non est multū necessaria.†Cum actionis nomē non sit necessario exprimendū in libello vt notant glo.⁊ doc.in.l.j. in prin.ff.de eden.⁊ in.l.edita.C.eo.titu. Satis est ad propositum nostrum ꝙ vsufructuario ⁊ sic heredi dicti ser Antonij cōpetit facultas repetendi impensas.s.necessarias vel vtiles:ex his igitur cōcludo qđ dictus ser Bernardus vt heres dicti ser Antonij: potest repetere dictas impensas necessarias vel vtiles factas in dictis bo-
8 nis donatis dicte dñe Cilie. ¶†Nec obstant adducta in cōtrariū. Non enim ob.presumpta causa donationis:quia patet responsum per iam dicta. Nam immo cessat presumptio donationis per dicta.s.Nec etiā obstant dicti.§§.ex diuerso: quia loquūtur in male fidei possessore qui expendit tanꝙ in re sua. Nam tunc censetur in culpa prout dicit tex.dictorū iurium. Non autē procedit in eo qui bona fide impendit in re aliena tanꝙ in re aliena per.d.l. alimēta. cum ibi no. Nec in eo qui habet aliquod ius in re prout est vsufructuarius per.d.l.eum.⁊ in simili ꝙ in marito habetur in marito habetur in titu.de impensis in rebus dot.fact.et in feudatario in.c.j. §.si vasallus.in titu.hic finitur lex corradi ⁊ incipiūt cōsuetudines Specu.in vsibus feu.quē tex.dicit Bal. ibi locū habere in emphyteosi: igitur in terminis nostris non militant dicti.§§. ex diuerso. Sed in eo qui possidet mala fide in quo recurrendū est ad id quod habetur in.l.domū.C. de rei vēdi. Nec ob.d.l.sumptus.ff.eo. titu. Et qđ per eam dictū est.s. in contrariū.s. ꝙ impense sunt compensande cum fructibus: quia respōdetur ꝙ.d.l. sumptus loquitur in bone fidei possessore qui possidet rem tanꝙ suam ⁊ sic facit impensas nō animo repetendi credens facere in re sua.Et fructus lucratur solū propter bonā fidem.Nam tunc nō lucratur illos de rigore sed de equitate.Et propter eādem equitatem statuitur vt expense cōpensentur cum fructibus. Non autē procedit in eo qui fructus lucratur de rigore iuris prout hoc dicit Pau.de ca. in cōsi.incipiēte quidā Jaco. testator alias in causa que vertitur in vlti. colū.in ordine.xvij. ꝫm nouam impressionē et alias in simili dicit Bal. in dicto.§.si vasallus.in auc.excipitur.C.de bonisqꝫ libe.quem refert et sequitur Pau.de cast.in cōsilio qđ incipit quidā possidebat.col. fi.in ordine.cccxxv.ꝫm eandem impressionē ꝙ.l. in fundo.ff. de rei vendi.procedit in bone fidei possessore qui nullam habet causam a dño non autē in eo qui habet causam a dño. ita etiam dici potest ad propositū nostrum ꝙ.d.l. sumptus loquitur in bone fidei possessore qui nullam habet causam a dño secus in vsufructuario ⁊ in alijs qui habent causam a dño et hoc quantū ad impensas necessarias vel vtiles circa voluntarias aūt dicendū est ꝙ repeti nequeūt. arg.d.l.in fundo.⁊.l.pro voluntarijs.ff.de impensis in rebus dota. factis.debet tamen dña Cilia pati qđ ser Bernardus vt heres ser Antonij illas remoueat de ipsis predijs si sine lesione remoueri possunt per dicta iura al's si non vult ꝙ remoueantur debet ipsas impensas reficere per.d.l.pro volūtarijs.et arg.d.§.si vasallus.nec videtur

videtur q hoc casu permittatur dicte dñe Cilie offerre dicto ser Bernardo sibi dare tantũ q̃tum habiturus esset ex ipsis reb9 ablatis prout permittitur in terminis.d.l.in fundo que loquitur in bonefidei possessore qui non hʒ cãm a dño ⁊ non procedat in vsufructuario qui habet cãm a proprietario qui videtur magis assimilãdus marito vel feudatario qui habent cãm a dño q̃ bonefidei possessori per ea que dixit Bal.in.d.§.si vasallus.⁊ in.d.aut.excipitur
9 et post eum Pau.de ca.vbi.s. ¶ †Circa secũdum aũt quesitũ videtur dicendum q dicti.cccc.flo.non repetantur per dictum ser Bernardũ:q2 videt̃ q dictos.cccc.flo.quibus fuerunt vendita dicta duo predia dicto Joanni exposuerit dicta dña Cilia pro qua fuerunt empta dicta predia s̃m noiationẽ q̃ fecit dictus Joães attento eo quod asserit dictus Joães:dum noiauit dictã Ciliam dicendo quod preciũ predictũ fuit solutũ de pecunia dicte Cilie et lʒ ipsa Cilia remiserit dicta predia dicto ser Antonio asserẽdo precium predictum fuisse solutũ de pecunia dicti ser Antonij:tamen videt̃ q dicta remissio ⁊ dicta cõfessio sibi non preiudicet q2 inter eos est p̲hibita donatio vt in ti.de dona.inter virũ ⁊ vxo.ff.⁊.C.q̃ si per totos ⁊ confessio facta inter personas p̲hibitas est suspecta tanq̃ facta in fraudem:ideo non probat.l.qui testm̃.ff.de proba.⁊ l.cum quis decedens.§.titia honestissima.ff.de lega.iij.p̲terea dato q fuerint soluti dicti.cccc.flo.p dictum ser Antoniũ de propria eius pecunia pñt censeri fuisse solutos ex causa donationis.⁊ licet donatio inter virũ ⁊ vxorem non valeat:tamẽ confirmat̃ morte donantis per.l.donationes quas.C.de dona.inter virum ⁊ vxo.cuz s̲.alios autem centum flore.videt̃ q repetere non possit dictus ser Bernardus a dicta Cilia pari ratione:q2 presumatur causa dona
10 tionis. ¶ †Tamen his non obstantib9 contrariũ puto apta fronte concludendũ.Nã in puncto p̃supponitur qd̃ dicti.ccccc.flo.fuerũt soluti de proprijs pecunijs ipsi9 ser Antonij pro soluẽdo credi tum dicte dñe Spinete creditricis olim dicti petri ⁊ successiue ei9 heredis:⁊ consequenter dicte dñe Cilie sue neptis que possidendo bona hereditaria dicti Petri ⁊ fructus ex eis recolligendo vt in puncto presupponitur censetur adiuisse eius hereditatem per ea que habentũ in.l.pro herede.⁊.l.gerit.ff.de acqui.here.Jdcirco soluendo dictos.ccccc.flo2.soluit creditum dicte dñe Cilie.⁊ cõsequẽter liberauit dictam Ciliam.l.soluendo.ff.de neg.gest.⁊.l.sol.⁊ iudicium.ff.de solu.⁊ soluens debitum alterius repetit a debitore.l.siue pro fratre.de neg.gest.⁊.d.l.soluendo cum sua glo.ideo.d.ser Bernardus heres dicti ser Antonij videtur absq3 dubio qd̃ possit repetere dictam quantitatem.ccccc.flore.⁊ quãtitatem expensarũ solutã vt in puncto cum dicta quãtitas in effectu soluta fuerit i vtilitatẽ dicte Cilie p̃supposito q dicta predia vendita dicto Joanni pertineant ad dictã dominam Ciliam ⁊ non ad dictum ser bernardum vt heredem dicti ser Antonij de quo.s.ad quem pertineãt di
11 cta predia ad presens nõ discutitur nec in themate queritur.†Nec obst.adducta in contrarium q2 donatio nõ presumitur maxime in tanta quãtitate ⁊ maxime cũ sit prohibita per dicta.s.in p̲cedenti quesito ac etiã q2 dictus ser Antonius fuerat a dicto Petro originali debitore dicte spinette relictus p̲curator generalis ⁊ in specie ad soluendũ⁊ satisfaciendũ cuicũq3 creditori dicti peri:⁊ consequẽter ad soluendũ dicte dñe spinette creditricis dicti Peri.Et lʒ mãdatum soleat finiri morte mãdantis.l.inter causas.in p̃in.cum si.ff.man.Tamen fallit quãdo mandatũ fuit post mortẽ mandatoris collatum vt est expressum in.l.si vero non remunerandi.§.si.ff.man.idcirco cum dictum mandatũ fuerit collatum etiã post mortem peri mandantis:ideo durabat mandatum ⁊ cõsequẽter dict9 ser Antonius qui mandatũ acceptauerat censetur soluisse vt procurator non vt donator:q2 etiã vbi al's presumeretur gestum animo donandi si geritur a gerente negotia alterius cum mãdato vel sine censet̃ gestum non aĩo donãdi:sed repetẽdi ⁊ sicut administra
12 tor.vt patet ex his que habent̃ in.l.fi.C.de dotis promi.†Ubi habetur q licet si extraneus dat simpliciter dotem cẽseatur dare animo donandi mulieri regulariter.vt.l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo.acti. ¶ Tamen fallit si ipse extraneus qui dedit dotẽ gerebat al's negotia mulieris:nam tunc non censetur dotare animo donandi sed vt administrator ⁊ sic animo repetendi ⁊ repetere poterit p̲ut volunt in.d.l.fi.Jac.de are.Cy.⁊ Bar.qui intelligit id velle gl.ibi super verbo officium q ⁊ vult ibi Sal.Et est cõmunis opi.vt dicit ibi Bal.idem tenens.Confirmantur predicta ex postea gestis iter dictam Ciliam ⁊ ser Antonium:q2 Cilia recognouit dictam quantitatem quatuor centorum florenorũ esse solutam de pecunia dicti ser Antonij.Et non animo donãdi.Et si precessisset animus donãdi non perseuerauit in eodem proposito dictus ser Antonius et etiam dicta Cilia vt demonstrat dictus contractus seu actus post ea agitatus inter eos.Facto enim datur voluntas intelligi vt.l.reprehẽdẽda.C.de insti.⁊ subst.cum concordantijs:ideo donatio nõ valeret:⁊ subseq̃ẽter esset locus repetitioni etiã si soluisset animo donandi:licet re vera non censeatur soluisse animo donandi p supradicta. ¶ Non ergo obstat q cõfessio inter virum ⁊ vxorem: vt suspecta non probat:q2 dictus ser Bernardus nõ se fundat in ipa confessione tanq̃ probet.Sed negari nequit quin adminiculetur.

Et ostendit non durare animum donãdi si ab initio fuisset.Principaliter autem se fundat in alijs medijs prius adductis q nõ presumatur animus donandi.Nec obstat q dictus Joães recognouerit dictos quadringentos florenos fuisse solutos de pecunia dicte Cilie:quia non preiudicat ser Antonio res inter alios acta.C.res inter alios acta in rubro ⁊ nigro.Preterea satis poterat Joãnes dicere fuisse pecuniam mulieris si soluta fuit per suum administratorem pro ea ⁊ ipsa haberet eam reddere.Et in themate presupponitur pecuniã solutam fuisse ser Antonij:prout ⁊ in dubio presumitur per.l.quintus.ff.de donationi.inter virum.et.l.etiam C.eodem titulo. Laus deo.

¶ Summariũ super consilio.lxxxvij.

1 ☞ Substituti pupillariter si non curauerint tutorem dari pupillo in annum an ab hereditate pupilli decedentis post annum excludantur.vsq3 ad.nu.7.
2 Tutorez petendi pupillo olim erat soli matri imposita necessitas dari suo filio impuberi.
3 Testamenti sciẽtia an p̃sumatur in heredib9 vel substitutis.nu.seq.
4 Negligentiam facit cessare iusta ignorantia.
Restitutionis in integrum petende non currit tempus ignoranti.numero sequenti.
5 Jgnorans non dicitur negligens.
6 Reus qui non habet ius in re quandoq3 illud potest obtinere ex non iure actoris vt etiam possit ex duplici capite victoriã obtiere.
7 Tutorem non petentis negligentia an omnibus noceat vt si substituti illum non petant pupillo an videantur etiã exclusi auus et auia a dicta hereditate.

¶ Consilium.lxxxvij.



N nomĩe domini nostri
1 Jesu christi. ¶ †Circa primum videtur presupponere domini consulentes quod dicti substituti censeantur exclusi si non fuit constituta tutrix dicto pupillo.Et clarum est in iure quod substituti pupillariter priuantur successione si fuerunt negligentes in petendo tutorem.per annũ post mortem patris per.l.sciant omnes.C.de leg.here.⁊ not.Bar.in.l.ij.ff.qui petant tutores.Et in sua disputatione que incipit pupillus et etiam clarum quod si fuerunt negligentes venirent priuandi successione ex dicta pupillari substitutione.Tamen puto quod non sint priuati dicta successione ex his que reperio in actis deductis:q2 ad hoc vt successurus pupillo propter non petitum tutorẽ excludatur a successione requiritur negligentia ipsi9 successuri pupillo in non petendo tutorem.vt probat tex.in dicta.l.ij.ibi expellitur a legitima filij hereditate quasi existens indigna accipere hereditatem legitimam negligens ⁊ constituit tutorem.ad idem tex.institu.ad senatuscon.tert.§.pe.ibi vltra annum petere neglexerint. ¶ Et p̲pterea impeditus aliquo impedimento excusat̃.Nec currit sibi tempus ad petendum pupillo tutorem per.l.ij.§.confestim.ff.ad tertu.Et licet dicta iura loquãtur in matre:tamen eadem ratio.Et maior viget in alijs cui incumbit necessitas petendi tutorem:quia in matre imminet duplex ratio scilicet matris pietas et spes successionis ab intestato in alijs non ascendentibus ipsius pupilli viget solummodo ratio causata ex spe successionis ab intestato vt deprehenditur ex dictis Barto.in dicta.l.ij.qui petãt
2 tutores. ¶ †Jtem de iure antiquo solum matri erat imposita dicta necessitas petendi tutorem non autem alijs successuris ab intestato nisi forte descendentibus ex linea materna de quibus est varatio inter docto.qui de transuersalibus ⁊ substitutis concordãt.scilicet quod de iure antiquo non priuabantur successione p̲pter non petitum tutorem: et sic eis non iniungebatur necessitas petẽdi tutorem prout concludit ⁊ pro claro presupponit Barto.in dicta sua disputa.⁊ in.d.l.ij.qui petant tuto.⁊ Salyce.in.l.nepotib9.C.de leg.here.⁊ Rapha.in dicta.l.sciant omnes.Jtaq3 si matri imputatur sola negligentia:ita nec imputari debet alijs successuris ab intestato si non fuerũt negligentes in petendo tutorem:licʒ lapsus fuerit annus post mortem patris ⁊ non fuerit petitus tutor cum militet eadem ⁊ maior ratio ⁊ vbi eadem ratio idẽ ius.l.illud ad.l.aqui.⁊.l.a titio.de verbo.obli.⁊ de similibus idem est iudiciũ l.non possunt.ff.de.ll.⁊.c.inter ceteras.de rescript.cum si.Si ergo substituti non fuerunt negligentes non veniunt priuandi successione eis competente ex pupillari substitutione quod autem non fuerint negligentes deducitur:quia non reperio probatum q dictus Petrus re9 cõuentus habuerit notitiam dicte substitutiõis.Et scientia non p̃sumitur sed ignorãtia.l.verius.ff.de proba.et.c.
3 presumitur ignorãtia.de regu.iur.in.vj.⁊.l.fi.ff.pro suo.†Et q nõ presumatur sciẽtia testamenti probatur ex dictis Bart.in.l.is põt de acqui.here.⁊.l.qui rome.§.duo fratres.ff.de verb.obli.⁊ sic non apparet quod dictus Pet.substitutus habuerit notitiã dicte substitutionis in vita dicti pupilli.⁊ consequenter non apparet qd̃ ipse habuerit notitiam q sibi incumberet onus seu necessitas peten
4 di tutorem.†⁊ consequẽter videtur quod non appareat q ipe fuerit negligens in petendo dictum tutorem:q2 ignorantia iusta fa

cit cessare negligentiam: prout dixit Panor. in. c. j. de prescript. dicens ꝙ tempus ad petendum in integ. resti. non currit ignoranti ponderando tex. in. c. j. de in integ. resti. li. vj. dum dicit si quis ne
5 gligenter omiserit. † Quoniam ignorans non est negligens. c. ij. ⁊ c. qr diuersitatis. de cõces. preben. qr allegat etiã glo. in verbo distulerit in. §. item mixta quod ⁊ voluit Bar. in suo ↄsi. incip. carissime dñe. Isti nostri nucerini in ordine mihi. cxij. ⁊ secundũ ordinem in formis. cij. ⁊ probatur ex glo. super verbo negligentia in cle. qr cõtingit. de religi. do. ⁊ probatur in. l. si ex plagijs. in prin. ff. ad legem aqui. negligentia sonat in vitiũ tex. ⁊ glo. in. c. ea que. de offi. arch. et per Joan. an. post Archi. in. c. ij. de re. non alie. lib. vj. ad idẽ tex. in cle. j. de vi. ⁊ hone. cle. ⁊ Zab. in cle. j. de eta. ⁊ quali. Sed ignorantia facti alieni est iusta ignorantia merito ignorans non dicit negligens. vt. s. dixi. Si itaqꝫ dictus Petrus ignorabat se substitutum dicto pupillo per cõsequẽs ignorabat sibi incũbere onus petẽdi sibi dandi tutorẽ cum ipse non esset successurus ab intestato: qa auus ⁊ auia superstites sibi preferebantur ab intestato et etiã mater que decessit pauloante mortẽ dicti pupilli: ideo non est sibi imputanda negligẽtia petendi tutorem. ⁊ ꝑ cõsequens nõ videtur exclusus a successione licet tutor nõ fuerit petitus si ipe ignorauit dictã substitutionẽ ꝑut ignorasse presumit vt dictũ est: ⁊ dato ꝙ forte sciuerit: tamẽ de hac sciẽtia ex his que vidi non apparet ⁊ paria sunt non esse ⁊ nõ apparere. l. duo sunt titij. de testa. tu. ⁊. l. in lege. de contrahen. emp. ⁊ maxime in iudicijs: qr iudex debet iudicare secũdum acta. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. presi. ⁊. c. pastoralis. §. qr vero cũ ibi no. de offi. dele. ⁊ dato sine preiudicio veritatis ꝙ. d. petrus fuerit a successione exclusus ꝑpter negligentiã in non petẽdo tutorem: tamẽ non debet censeri exclusus eius frater qui vna secuz fuit dicto pupillo substitutus pupillariter. ⁊ continuo fuit absens prout presupponitur ⁊ in longinquis partibus. ita ꝙ satis videt constare de illius ignorantia ⁊ de iusta excusatione si tutorẽ pupillo non petijt cum dicitur fuit absens in longinquis partib⁹ ita ꝙ forte ignorauerunt mortẽ patris ⁊ forte superexistentiã pupilli ita ꝙ multo fortius euitatur eius negligentia ⁊ iniquũ esset ꝙ stante eius legitima absentia debẽt priuari successione. Et licet dicta absentia non sit probata neqꝫ deducta in actis tamen poterit deduci ⁊ probari in causa appellationis. Et cautum erit id probare: quia licet absentia dicti fratris ⁊ eius non exclusio non excusat dictum Petrum reum conuẽtum: tamen si dictus alter consubstitut⁹ nõ
6 excluditur venit dictus Petrus absoluendus. † Nam reus conuẽtus obtinet victoriã ex duplici capite quoruz quolibet sufficit. s. ꝙ ex iure suo si illud habet ⁊ si ipse illud nõ habet obtinet ex non iure actoris. l. fi. C. de rei ven. ⁊. c. cum ecclesia sutrina de causa possess. et proprieta. ⁊. l. qui accusare. C. de eden. cuz si. Si eñ neuter ius hꝫ in re de qua agitur: neqꝫ reus neqꝫ actor sunt in pari causa: ita ꝙ potior est conditio possidentis regula in pari causa in. vj. cum cõcor. ⁊ cum fundamẽtum partis agentis sit ꝙ hereditas dicti pupilli sit delata ab intestato ⁊ appareat testamentũ in quo cõtinetur pupillaris substitutio que cẽsetur testm̃ pupilli. l. ij. in prin. ⁊. §. interdũ. ⁊. l. patris ⁊ filij. ff. de vulg. ⁊ pupil est necesse per eos probari ꝙ ambo substituti sint exclusi ab hereditate pupilli. qr donec potest esse locus successioni ex testamẽto cessat successio ab intestato. l. anteꝙ̃ C. cõmunia de succes. ⁊. l. ꝙ̃diu la. ij. de acqui. here. ⁊. l. ꝙ̃diu. C. qui admitti nisi ergo probetur ambos substitutos fore exclusos deficit fundamentũ agentiũ. ⁊ per ↄñs debent succũbere per. l. qui accusare. C. de eden. cum vulga. ⁊ hoc mediũ sufficit dicto petro pro obtinenda victoria in causa appellationis. ⁊ per hoc tollitur quicquid adductũ fuit per consulentẽ pro parte agentiũ qui non tangit su
7 pradicta nec etiã tangunt per cõsulentẽ pro dicto petro. † Aliud antẽ mediũ quod respicit ꝰm consultationis articulũ reputo satis dubiũ pro vtraqꝫ parte: nam licet videatur cõmunis opinio glosarum et doctorũ ꝙ regulariter nõ priuetur hereditate propter non petitũ tutorem nisi is ad quẽ pertinebat prima causa successionis ⁊ Bar. videatur variasse: quando successio deuoluit ad alios ꝙ̃ ad matrẽ vel auiam seu auum maternũ ⁊ ita loquitur glo. in. d. l. nepotibus ⁊ hoc casu potest verificari cõmunis opinio ⁊ etiã hoc casu videtur loqui. l. ij. §. fi. ff. ad tertul. per quã se fundat dicta gl. ⁊ est precipuum fundamentũ cõmunis opinionis: tamẽ in matre ⁊ auo materno seu auia Bar. nõ variauit: sed semper tenuit ꝙ etiã si super sint plures habentes succedere in diuersis gradibus omnes excludantur omnibus negligẽtibus petere tutorem super quo plurimũ instat consulẽs pro parte rei cõuenti: nec videtur dictã differentiã considerare consulens pro parte agentium: ⁊ quidem permaxima est auctoritas Bart. nihilominus pro nunc non intendo decidere dictã difficultatẽ nec expedit stãte ꝑmo fundamẽto de quo supra.

Laus deo.

Summarium super consilio. lxxxviij.

1 ☞ Emens dãnum datum in pertinẽtijs castri portus ⁊ ciuitatis firmi si facit abolitiones de dãnis datis in alijs locis an debeat puniri pena statutaria non obstante quadã consuetudine de qua per totum consil. ⁊ presertim in numerro quinto.

2 Contractus in dubio censentur celebrati scdm morem regionis.

3 Penam ne quis dicatur incurrisse consuetudine ꝙ̃tumcũqꝫ reprobata alijsqꝫ medijs de quibus infra potest excusari.

4 Prescribi an possit merum ⁊ mixtum imperium.

6 Consuetudo populi consensu fundatur qua potest quis a pena excusari numero tertio.

7 Delinquens palam an puniatur acrius ꝙ̃ qui occulte delinquit.

Delinquẽs nõ solũ si dolo sed etiã si culpa delinquit est puniend⁹.

Consilium lxxxviij.



1 In nomie domini nostri Jesu xp̄i. † Viso supra scripto themate ⁊ copia cõtractus initi inter magnificũ cõmune firmi ⁊ dictum Felicem ⁊ copia statuti sub rubrica. xxxiij. de abolitione concedẽda ⁊ copia alterius statuti sub rubrica. xxxviij. de pena cõmittentis baratariam vel fraudẽ videtur prima facie dicendum ꝙ dictus felix non veniat puniendus: quia ipse emit oĩa dãna data ciuitatis firmi cum vno. c. qd bestie inuente in dãno per patronos possessionũ debeãt assignari emptori vel suis officialib⁹ et pene ⁊ abolitiones sint dicti emptoris qd capitulum generaliter ⁊ indefinite loquitur ergo videtur generaliter intelligẽdũ arg. l. j. §. et generaliter. ff. de lega. presta. ⁊ cañ. si romanorũ. xix. dis. cum indefinita equipolleat vniuersali. l. si plurib⁹ de leg. ij. ⁊. c. vt circa de elec. lib. vj. ⁊. c. qr circa de priui. ideo videtur ꝙ ex tenore dicti cõtract⁹ pene exigende a dominis animaliũ que fuerunt inuenta dare dãnum pertineant generaliter ad dictum emptorem ⁊ sibi bestie debuerint assignari ⁊ abolitio per eum concedi. Nec videtur obstare ꝙ dictũ dãnũ datũ non fuit datum in pertinentijs ciuitatis firmi ⁊ castri portus vsqꝫ ad riueriam maris. Et dicto Felici non fuerunt vẽdita dãna data in comitatu ciuitatis firmi q̃ dãna data in comitatu habent alium exactorẽ ⁊ officialẽ propter qd allegatur ꝙ dãnum datum de quo agitur nõ venit in venditione facta dicto Felici quia fuit factum in comitatu ⁊ non in pertinentijs ciuitatis vel dicti castri portus: ⁊ propterea non pertinebat ad dictum Felicem se intromittere de dicto dãno dato in dicto comitatu. Et inde pecuniã recipere prout recepit. Et per ↄñs dicatur ꝙ fecit illicitũ lucrum in officio ⁊ fraudem cõmisit ⁊ sic veniat puniẽdus pena dicti statuti. xxxviij. quia ad ista videtur posse responderi ꝙ ipse felix nõ emit dãna data in ciuitate vel pertinentijs ciuitatis. Sed dãna data ciuitatis firmi hoc est dãna data que pertinent ad ciuitatem firmi. Et quorum abolitio ⁊ exactio penarũ alias pertineret ad ipsaz ciuitatem. Et idcirco cuz dicte bestie dãnum dantes fuerint ducte ad ciuitatem firmi prout mihi presupponitur ꝙ duci poterãt pene exigende verisimiliter spectabant ad ciuitatem firmi. Et etiam abolitio per ipsam ciuitatem vel eius officiales verisimiliter erat concedenda. Et per consequẽs videtur ꝙ ea que spectant ad dictũ dãnum datum venerint in dicta venditione oium dãnorum datorum dicte ciuitatis: ille enim genitiuus ciuitatis firmi videtur habere dictam significationem ꝙ dãnum datum dicatur ciuitatis firmi quãdo cognitio ipsius dãni dati ⁊ que ex ea depẽdent pertinẽt ad ciuitatem firmi: babet enim genitiuus in iure multas varias significationes de quib⁹ per doc. in rubrica. ff. de no. ope. nun. ⁊ sparsim in multis alijs locis q̃ breuitatis causa omitto. Et propterea videtur ꝙ dictum dãnum datum licet nõ fuerit datum in pertinẽtijs ciuitatis distinctis a pertinentijs comitatus qui comitat⁹ habet separatos officiales a ciuitate: tamen censeatur pertinere ad ciuitatem: ex quo bestie inuente dãnum dare in comitatu possunt duci ad ciuitatem firmi vt ibi de damno dato cognoscatur et puniatur vel abolitio concedatur: alias frustra ad ciuitatem ducerentur si predicta per officiales comitatus fieri non deberent. Idcirco videatur ꝙ dictum dãnum datum comprehendatur sub illis verbis vniuersalibus venditionis omnia dãna data ciuitatis firmi. et per consequens videtur ꝙ abolitio pertineret ad dictum emptorẽ ⁊ nulla fraus vel illicitum lucrum per eum factum fuerit: ꝙ maxime videtur dicendũ si probat per duos testes cõsuetudo ꝙ similes
2 emptores soliti sunt facere similes abolitiones. † Quia contract⁹ in dubio censentur celebrati ꝰm morẽ regionis. l. lꝫ. C. de loca. et. l.
3 semper in stipulationib⁹. ff de reg. iur. cum si. † Preterea cõsuetudo lꝫ reprobata adeo ꝙ censeatur corruptela excusat a pena vt est glo. sing. ꝰm Panor. ibi in. c. cum venerabilis extra de consue. quã ad hoc no. ⁊ sequitur ibi Panor. ⁊ idem tenet ibi Pe. de anch. dicens ꝙ eam no. Oldra. in cõsi. suis. ⁊ facit ꝙ no. Archi. in. c. eũ qui de preben. lib. vj. ꝰm eundem Pe. de ancha. qui super hoc dicit se de facto defendisse apud ariminum quendã rectorem cuiusdã ville qui fecerat poni plures in compedibus ꝙ non teneretur pena pri
4 uati carceris. † Nam licet allegaretur merum imperium non posse prescribi vt plene habetur in. l. imperium. ff. de iurisdi. om. iudi. tamen excludebatur a pena propter illam consuetudinem ꝰm eum: pariter ergo videtur ꝙ dictus felix veniat excusandus a pena propter dictam consuetudinem dato ꝙ non debuerit abolitionẽ concedere seu lucrum inde percipere maxime cum concessio abolitionis non videatur de genere prohibitorum saltem prout priuatus carcer ⁊ prout de genere prohibitorum erat act⁹: de quo in. d. c. cũ venerabilis.

venerabilis.vnde prout ibi cõsuetudo excusat a pena multo forti⁹ videtur ꝙ consuetudo habeat excusare in istis terminis per predicta: facit etiã quia pene sunt odiose et in dubio interpretatio fieri debet in mitiorem partez regula in penis in.vj.ꝛ.c.statutũ de elec. eo.lib.ꝛ.l.si preses.ꝛ.l.interpretatione de penis.Et potius deueniri ad absolutionẽ ꝙ̃ ad condẽnationem.l.absentẽ.ff.de penis facit regula cum sint partium et regula fauorabiliores in.vj.cum cõcor. Sed licet predicta videantur multum obstare ꝛ reddiderint me perplexum in ingressu cõsultationis: tamen tandẽ puto cõtrariũ concludendũ.Nam principaliter pondero ꝙ fuerunt vendita non solũ dãna data ciuitatis firmi.Sz dãna data ciuitatis ꝛ castri port⁹ vsq̃ ad riueriam maris.Et dicta verba genitiui casus ciuitatis firmi ꝛ castri portus reguntur ab eisdem verbis precedentibus:vnde debẽt pariter terminari ꝛ pariter intelligi:q2 quando plura determinabilia determinantur ab eodem determinabili illa debent pariter terminari.l.fi.C.de sententijs ꝛ interlocut.om.iudi.ꝛ.l.hoc iure.ꝛ.l.lutius.ff.de vulg.ꝛ pup.ꝛ.l.hereditatẽ.ꝛ.l.ꝙ̃uis.C.eo.tit.ꝛ.l. in testamẽto.C.de tes.mili.sed illa verba dãna data castri port⁹ necessario intelliguntur in damnis datis in pertinentijs dicti castri vsq̃ ad riueriam maris: quia non pertinet cognitio damnorũ datorum ad dictum castrum neq̃ ad riueriã maris: sed damna data in locis castri portus in riueria maris cognoscuntur ꝛ deciduntur in ciuitate firmi prout mihi dicit̃:ideo quo ad illa verba castri portus vsq̃ ad riueriã maris non cadit dicta interpretatio ꝙ intelligatur de damnis datis pertinentibus ad cognitionẽ ꝛ punitionẽ seu concessionẽ abolitionis:quia nulla ex predictis pertinẽt ad castrũ portus:neq̃ ad riueriam maris.vnde necessario dicta venditio interpretatur facta de damnis datis in pertinentijs castri portus ꝛ riuerie maris ꝛ non de damnis datis in pertinentibus ad cognitionem dicti castri.ideo similiter intelligat̃ facta venditio de damnis datis in pertinentijs ciuitatis firmi ꝛ nõ de alijs:lz deuoluerentur ad ciuitatẽ firmi quo ad cognitionẽ ꝛ forte penarum exactionem ꝛ abolitionũ concessionẽ vt sic illa verba ciuitatis firmi que possunt pati varias interpretationes pariter interpretẽtur ꝛ pariter determinẽtur:prout sequentia verba castri portus vsq̃ ad riueriam maris per iura preallе.ꝛ successiue verba sequentia dicti contract⁹ intelligantur de dãnis datis in pertinentijs ciuitatis firmi vel castri portus ꝛ non in damnis alibi datis:quia per precedentia sequentia declarantur.l.si seruus plurĩũ.§.fi.ꝛ.l.heredes palã.§.sed ꝛ si non tam.ff.de test.ꝛ dicta in prefationibus censentur repetita in sequẽtibus.l.titia respondit.§.idem respondit.ff.de verbo.obli.ꝛ.l.itez quia cum sua glo.ff.de pac.Ideo verba dicti.c.contract⁹.Itẽ quãdo se trouassero le bestie trouate in dãno per li patroni delle possessione se debbia assignare a dicto compratore o ali suoi officiali ꝛ le pene o abolitione sia desso cõpratore:intelligi debẽt de bestijs inuentis in dãnis datis in pertinẽtijs ciuitatis firmi ꝛ castri port⁹ ꝛ sic in dãnis vt.s̃.venditis . Et non in omnib⁹ dãnis vbiq̃ datis: ꝙ illa indefinita in dãnis ꝛc.nõ potest vniuersaliter intelligi de omnibus dãnis:quia dictũ capitulũ esset absonũ:vnde necessario est restringenda ſm precedẽtia ꝛ sic ad dãna.s̃.vendita ꝛ cõcessa dicto emptori ꝛ cõsequenter dictum capitulũ in quo se fundat dict⁹ emptor nõ potest intelligi in bestijs inuentis dare dãnum extra pertinentia ciuitatis firmi ꝛ castri portus merito nõ pertinebat ad euz cõcedere abolitionẽ de dicta inuentione.Et per ꝯñs lucrũ exinde exactũ censeatur iniustũ lucrum ꝛ exactor veniat puniendus pena

5 dicti statuti.xxxiij.†Nec puto ꝙ obstat dicta allegatio cõsuetudinis:lz enĩ duo testes ꝓbẽt se fecisse sĩles abolitiões tpe quo ipi emerunt non propterea vt puto ꝓbant generalem cõsuetudinem ꝓut de generali consuetudine loquitur.d.c.cũ venerabilis.Nec verisĩr cõcessio dictarũ abolitionum ꝓuenit in notitiã populi ita quod cẽ

6 seatur populũ consensisse.†In quo cõsensu populi fundatur consuetudo.l.de quibus in fine.ff.de legibus Nec forte dicte exactiones ꝛ abolitiones de quibus deponunt dicti duo testes ꝓuenerunt in notitiam dicti Felicis tempore quo dictam abolitionem cõcessit ꝛ lucrũ ex ea ꝑcepit que notitia non ꝓsumit̃ sed ignorantia.l.verius.ff.de ꝓba.ꝛ.l.fi.ff.pro suo.ꝛ.c.presumit̃ ignorãtia.de re.iur.in vj.Et si ignorauit non videt̃ ꝙ ex dicta cõsuetudine potuerit se excusare:q2 gñalis cõsuetudo excusat a pena:eo q2 ille q gessit actum punibilẽ censet̃ credidisse sibi licere gerere talem actum ex quo ita est cõsuetũ.ꝓut sumitur ex dictis Petri.de anch.in.d.c.cũ venerabilis post Archi.ꝛ Oldra.vbi.s̃.ideo non arbitror esse ꝓbatam taliter cõsuetudinẽ ꝙ per eam dictus felix veniat excusandus a pena attento qđ ꝓut ꝓsupponitur dicti testes nõ ꝓbant nisi de abolitionibus factis ꝑ eos nõ aũt vidi dicta testium ꝓpterea loquor.vt s̃.per verba vt arbitror ꝛ vt puto:sed cõsidero qualitatem actuũ qui vt audio non cõtingunt multũ frequẽter ꝛ non fiunt aliter. vt ꝓueniant in notitiam multorum.Et ꝑ hec concludo qđ ꝑtes iudicis sint in condẽnando dictum Felicẽ in pena dicti statuti.xxxviij. tanꝙ̃ ꝑcipiens iniustum lucrum vtrum autem debeat puniri pro vna exactione dicti lucri an pro pluribus a me non queritur.ꝛ pro parte communitatis videtur adduci quod debuerit fieri vna abolitio ꝛ non plures.Et sic innuitur quod fuerit vnum delictũ si aũt debuissent fieri plures abolitiones in ꝙ̃ partem inclino per.l.scire debemus.de verbo.obli.ꝛ in.l.ij.de leg.ij.super quo vlterius me nõ

7 extendo.†Nec supra dictis obstat ꝙ palam fecit dictam abolitionem:quia iure non cauetur quod quis excusetur a pena: ex eo q2 palam committit illicitum immo quandoq̃ magis delinquit ꝛ acrius punitur qui palam delinquit ꝙ̃ qui occulte.vt per Cy.in.l. nemo.C.de summa trini.ꝛ per Barto.in.l.pretor.§.generaliter.ff. vi bono.rap.licet non ita presumatur dolus in eo qui palam gerit actum non licitum prout in eo qui occulte eum gerit vt probatur in.l.fi.ff.de ritu nup.ꝛ in ca.fi.de clandesti.desponsa.ꝛ in.l.cum ipse.C.de contrahen.emptio.Tamen punitur regulariter non solũ qui dolo delinquit:sed etiam qui culpa lata vel leui immo etiã qui leuissima culpa delinquit.vt no. Bart.in.l.respiciendum.§.delinquunt.ff.de penis per tex.ꝛ glo.ibi licet in leuissima culpa quidaz contrarium teneant ꝛ non bene secundũ eum:sed error iuris non censetur esse alienus a culpa non solum leui sed plerũq̃ lata vt habetur in.l.late culpe.de verbo.signifi.facit.l.leges sacratissime.ꝛ.l. fi.C.de.ll.Nec iurĩ error presumitur quinimmo potius presumitur dolus ꝙ̃ iuris error prout notant Bart.ꝛ Angel.in.l.sed ꝛ si lege. §.scire.ff.de peti.here.facit.l.quemadmodum.C.de agrico.ꝛ cen.libro.xj.ꝛ.c.qui contra iura mercatur.de reg.iur.in.vj.ideo non debet excusari dictus felix ex ignorantia.Et maxime cum esset in ciuitate insigni habẽte copiã peritorũ ita ꝙ potuit ꝯsulere peritiores.arg.l.in bonorum.ff.de bono.pos. Laus deo.

Summariũ super consilio.lxxxix.

1 Substitutionis ius an ad filios transmittatur substituta prima decedente ante conditionis euentum ita ꝙ dicti filij excludãt pia loca substituta stante testõ heredis instituti.ꝑ totum.

2 Filij positi in conditione an videantur tacito iudicio testatoris inuitati.nume.1.

3 Uoluntates captatorie an valeant quo ad dispõnes ad pias cãs. Legata ad pias causas conseruantur iure canonico que al's iure ciuili inutilia essent.

Consilium.lxxxix.



1 N nomĩe domini nostri Iesu christi.†Multa allegãtur in themate ꝓ parte liberorum domine libere quod ipsi preferantur dictis ecclesijsque non oportet aliter in consilio repetere.Pro quibus etiam facit:quia multi tenẽt quod filij positi in cõditione censeantur iure fideicommissi inuitati prout tenet origialiter Oldra.in.l.j.de conditio.inser.prout refert ibi Salyce.q putat hanc opinionem veriorem in filijs testatoris.argu.l.cum acutissimi.C.de fideicom.ꝛ idem tenuit Pet.de ancha.in consilio incipiente contra Philippum.hanc etiam opinio.dicit esse verissimam Pont.in.l.si cum dotem.in prin.ff.so.ma.item Pau.de ca. in.l.filiusfamilias.§.cũ quis.de leg.j.refert Bal.in.d.l.j.de condit. inser.in lectu.antiqua tenuisse hanc opinionem per pulchras rationes ꝛ dicit ꝙ hec opinio semp sibi placuit ꝛ ꝙ si haberet consocium consuleret ꝓ hac parte pro qua recusauit cõsulere:q2 dicta lectura Bal.cõiter non habetur ſm eum qui in.d.l.cũ acutissimi. dicit ꝙ pluries fuit requisitus pro cõtraria parte ꝛ noluit consulere et hanc partem dicit tenuisse Bal.in quodam suo consilio incipiẽte Petrus heredem.item Imo.in.d.§.cũ quis ꝛ in.l.lucius lutia de heredi.insti.dicit plures idem cõsuluisse ꝛ ego vidi consiliũ dñi Anto.de prato veteri qui tenebant hanc ꝑtem dicens ꝙ alias cõsuluit ꝛ obtinuit cũ subscriptione Pau.de cast.ꝛ Jo.de ana.ꝛ dñi Ant.de rosel.Item vidi aliud consilium in quo dicebatur ꝙ Rapha.Ful.ꝛ Pau.de ca.ꝛ multi doc.moderni cõsuluerãt ꝓ hac pte. Item aliud consilium in quo dicebat̃ ꝙ Bal.ꝛ collegiũ florentinũ ꝯsuluerãt ꝓ hac parte:ꝛ in alio cõsilio allegabatur ꝙ idem tenuit Paul.de ca.in consi.cccxxxiij.incipi.dubitatio vertitur de bonis dñi Francisci.vj.Item Benedi.de plũ.in repe.l.si cum dotẽ.in ꝑn. so.mat.tenet filios positos in cõditione esse inuitatos ex.l.disposi tiõe ex cõiecturata mente testatoris sicut in termis.l.si cum anus. ff.de condi.ꝛ demon.ꝛ.l.generaliter.§.cũ aũt.C.de insti.ꝛ subst.sub ꝯdi.fac.ꝛ multa ꝓ hac pte adducunt̃ que breuitatis cã omitto.Jõ cum dicta dña Libera fuerit filia testatoris:ꝛ cõsequenter liberi ipsius sint descẽdentes testatoris:ideo vidẽtur inuitati ꝛ succedãt iure fideicõmissi tanꝙ̃ substituti vel saltem tanꝙ̃ inuitati ex dispõne l.ex ꝯiecturata mẽte testatoris ſm opi.Bene.de plũ.tanꝙ̃ magis dilecti ꝙ̃ pia loca inuitata sub cõditione si dicta dña Libera decesserit sine liberis.Ita ꝙ ex his ꝛ alijs adductis per consultantes in themate videtur concludi posse ꝙ dicti liberi dicte dñe Libere admittantur ad.d.bona.d.xpofori testatoris ꝛ dato ꝙ dicti liberi nõ admitterentur videtur ꝙ dicta pia loca excludant̃ ab eis:quia faciunt deficere conditionem sub qua inuitãtur dicta Pia loca substituta in testamẽto.d.xpofori.Nam positi in conditione dato qđ non succedant tamen excludunt substitutum per id qđ habetur in aut̃.licet.C.de na.libe.ꝛ in.d.l.cum filiussa.§.cum quis iuncta sua gloss.prout not.Bartol.in.l.j.ver.quinto quero.ff.de contratab.

2 †Tamen non obst.predictis et que deducũtur in themate pu

In nomine dñi nostri iesu christi. ¶ † Licet in hac consultatione videatur prima facie dicendum casamentum non veniat in dicta fideicommissaria substitutione ⁊ ꝯsequenter in nulla sui parte veniat per dictam Agnetem Francisci restituendum dicto Bartholomeo sed portiones Bonaventure ⁊ Petri que pervenerunt ad dictum Franciscum pertineant ad dictam Agnetem in totum non obstante dicta substitutione fideicommissaria quātūcūqꝫ dicta substitutio sit purificata in ꝑsona dicti Bartholomei: adeo ꝙ eidem veniat fideicommissum restituendum prout per me superioribus diebus consultum fuit. constat enim ꝙ dictum cassamentum fuit dictis Anzeline Bonaventure Petro ⁊ Bartholomeo relictum iure legati particularis. item constat ꝙ dictum fideicommissum vniversale comprehensum in dicta compēdiosa substitutione fuit relictū sub nomine hereditatis. nam primo disposuit ꝙ hereditas Bonaventure Petri ⁊ Bartholomei perveniret ad hospitale et postea subdit in versicu. non preiudicando sub verbis portionem hereditatis disposuit ꝙ perveniret ad predictos nominatos ⁊ eorum filios. Et quando fideicommissum vniversale fit sub nomine hereditatis non veniunt prelegata. casus est in. l. marcellus. §. quidam liberis. ff. ad trebel. et ibi per omnes. et non solum prelegata singularia prout videtur loqui dictus. §. quidam liberis sed etiam non veniunt prelegata vniversalia. l. si titius. ff. de leg. iij. vbi tex. ad hoc singularis prout dicit Imo. in dicto. §. quidam liberis. merito dictum singulare prelegatum domorum non veniat in dicto fideicommissi vniversali: et per consequens dictus Bartholomeus non possit quicꝗ̄ petere de portionibus dictarum domorum pervenientis ad dictam Franciscam et dictam dominam Agnetem vigore prelegati et vigore donationis facte per dictum Bonaventuram dicto Petro per iura preallegata. et etiam videtur idem dicendum vigore divisionis facte inter dictum Bartholomeum et dictos Franciscum et Agnetem: per quam divisionem videtur remissum fideicommissum conditionale quatenus adversaretur dicte divisioni per tex. in. l. qui rome. §. duo fratres. de verborum obligatio. scdm vnam lectu. pro quo facit quia divisio vicem emptionis obtinet. l. j. et. l. si fratres. C. communia vtriusqꝫ iur. et est similis permutationi. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de legatis
2 secundo. † Et permutatio est similis emptioni. l. ij. C. de rerum per
3 mutatio. et. l. j. ff. de cōtrahen. emptio. † et ideo si res divisa evincatur tenetur dividens de evictione. d. l. j. cum sua gl. et. d. l. si fratres et quem de evictione tenet actio eundem agentē repellit exceptio
4 l. vendicantem. et. l. se. ff. de evictio. ¶ † His tamen non obst. contrarium arbitror de iure respondendum: videlicet ꝙ licet tota portio prelegata Bonaventure et Petro super dicto casamento nō veniat in dicto fideicommisso prout venit residuum hereditatis ei relictum iure hereditario per supradicta: tamen venit in dicto fideicommisso certa portio de portionibus prelegatis dicto Bonaventure et Petro: nam est advertendum ꝙ dicti Petrus et Bonaventura erant heredes ⁊ legatarij: ita ꝙ ipsi pro portionibus hereditarijs cēsentur onerati sub ipsis: quia quilibet heres censetur obligatus ad prestandum legata pro portione hereditaria. l. pro hereditarijs. C. de hereditari. acti. ⁊. l. j. C. si certum peta. iuncta. l. j. et. ij. C. cōmunia. de lega. et quia non potest quis obligari sibiipsi. l. vranius. de fideius. et. l. frater a fratre. ff. de condi. inde. et. l. debitori. C. de pac. cum similibus. idcirco prelegatum factum heredi pro sua hereditaria portione est inutile: vt est tex. in. l. et quidem. ff. de legatis primo. et facit. l. quesitum. §. si duobus a contrario sensu. eo. titu. ita ꝙ rem prelegatam habet pro sua portione hereditaria vt heres non vt legatarius vt. l. eum qui. §. penulti. de his quibus vt indig. et. l. titia. ff. ad. l. falci. nam vt legatarius habet rem prelegatam tantum pro portionibus hereditarijs coheredum vt habetur in. l. qui filiabus. §. fina. de lega. j. et infertur ex supradictis: et ꝑ consequens ratio suadet qd illam partem quam heres habet iure hereditario in re prelegata cum illam partem habeat eo iure quo residuum hereditatis teneatur restituere fideicommissario vniversali prout residuum hereditatis non obstante ꝙ fideicommissum vniversale sit relictum sub nomine hereditatis vel portionis hereditarie cum illa portio rei prelegate sit pars portionis hereditarie: et sic ratio vrget ꝙ veniat appellatione hereditatis vel portionis hereditarie: et cōsequenter cessat ratio. d. l. si titius. et. d. l. marcellus. §. quidam liberis. que adducte sunt in contrarium: et consequenter cesset dictum ar. l. qd dictum. ff. de pactis. et. l. adigere. §. quāvis. ff. de iure patrona. et. c. cum cessante. de appella. et pro dicta conclusione est tex. apertus in. l. in fideicommissaria. §. fin. ff. ad trebel. et vbi est casus legis non est disputandum: vt. l. ancille. C. de fur. et. l. illam. versi. de modo. C. de colla. et. l. qd labeo. ff. ad carbo. et ita tenent Barto. et communiter docto. ibi et in. l. cum virū. C. de fideicommissis. et licet Dyn. et Ray. sumant illum text. d. §. fina. in computatione in trebellianicam: tamen nullatenus convenit illi litere: non enim cadit in fideicommissum id quod imputatur in trebellianicam. preterea supra eadem lege aliter disposuerat circa id quod in fideicommissum cadebat ⁊ circa quod imputatur in trebellianicam ita ꝙ nullatenus est verisimile qd immediate dixisset qd cadat in fideicommissum id quod imputatur in trebellianicam ⁊ non venit in fideicommisso: preterea premittit quod solum illud non debet restituere qd capit a coherede: ergo agitur de restitutione eius quod capit a seipso non de imputatione in quartam. preterea et fortius ponam quod esset heres pro dimidia et valeret hereditas. 1000. prelegatur predium valoris. dccc. rogatus restituere hereditatis portionem profecto retinet solam dimidiam prelegati et residuum restituit quod ascendit ad quātitatem. cccc. vbi trebellianica non ascendit nisi ad. l. et tamen tex. dicit qd solum illud non debet restituere qd a coherede accepit: et ꝑ consequens generalitas illius tex. non patitur illum intellectum queꝫ sequitur ibi Imo. Nec ob. d. l. si titius. et. d. §. quidam liberis. quia debent intelligi qd non veniant in fideicommisso vniversali legata et fideicommissa facta heredi rogato quatenus illa habet heres rogatus in re legati vel fideicommissi non quatenus illa habet iure hereditario: ⁊ sic dicta iura limitantur per rationem supra adductam. et per tex. in dicta. l. in fideicommissaria. §. fina. nec est novuꝫ qd vna. l. distinguat et limitat alteram: sive sit anterior sive posterior. l. non est novum. et. l. nam et posteriores. ff. de leg. nec etiam obstat. d. §. duo fratres. quia licet ibi sententia fuerit lata contra fideicommissarium: tamen fuit iniusta quia per divisionem non impeditur petitio fideicommissi. l. cum pater. §. hereditatem. de leg. ij. et not. Barto. et magis communiter docto. in dicto. §. duo fratres. et in. l. qui cum tutoribus. ff. de transactio. ex quo enim condi
5 tione pendente res erat cōis non poterat impediri divisio. † Et pactum de non veniendo contra intelligitur rebus sic se habentibus. l. continuus. §. cum quis. ff. de verborum obligatio. et. c. quēadmodum. de iureiurando. et canone ne quis. xxij. questio. ij. et. l. quod servius. cū sua glo. ff. de conditio. ob causam. et quia res evincitur ex dispositione testatoris quem heres representat ⁊ censetur eadem persona cum testatore: vt in autentico de iureiurand. a mo. presti. §. j. ideo dividens non tenetur de evictione: ⁊ qd divisio et pactum de non veniendo contra non preiudicet huiusmodi fideicommisso consului superioribus proximis diebus pro dicto Bartholomeo: et etiam qd pactum de communicando similiter non preiudicet: idcirco vlterius non insisto: sed ex predictis concludo qd attento qd dicti Banaventura et Petrus fuerunt heredes dicte testatricis pro duobus sextis: ⁊ sic pro duabus vncijs de. xij. et pro quatuor vncijs fuerunt eis prelegate dicte domus. vj. pars dictarum. iiij. vnciarum censetur venire in dicto fideicommisso vniversali: ita ꝙ si totum dictum casamentum omnibus heredibus prelegatum est valoris. Mdccc. florenorum portiones prelegate dicto Bonaventure et Petro essent valoris. dc. florenorum de quibus sexta pars veniret in fideicommisso: ⁊ per consequens portio valoris centum florenorum de dicto casamento veniret per heredes dicti Francisci restituenda dicto Bartholomeo.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cvj.

1 ☞ Gabellam dotium ꝙ solvere teneatur statuto burgi qui vxorem accipiet extra territorium. si quis forensem accepit ⁊ in domicilio dicte vxoris cum ea matrimonium consummat ibiqꝫ gabellā dotium solverit an solvere iterum teneatur dictam gabellam in proprio domicilio postꝙ̄ ibi vxorem transduxit. per totum.
2 Loquendi vsus communis an debeat attendi etiam in interpretatione statutorum. nu. i. circa medium.
3 Interpretatio statutorum per quem fieri possit. nu. i.
4 Gabella pro eadem re ⁊ contractu non debet pluries solvi.

¶ Consilium.cvj.



In nomine dn̄i nostri iesu

1 christi. ¶ † Quā̄uis in hac cōsultatione videatur prima facie dicendū ꝙ dictus Martinus debeat soluere dictam gabellam: nam statuti verba videntur verificari in casu isto. nam dictus Martinus est de terra burgi. et accepit in vxorem mulierem alterius districtus ⁊ postea eam adduxit in terram burgi: ita ꝙ omnia verba dicti statuti verificata videntꝛ: et cōsequenter videtur qd̄ dictum statutum vendicet sibi locum qꝛ verbis standū est vbi de mente non constat. l. non aliter. ⁊ l. ille aut ille. §. cū in verbis. ff. de lega. iij. ⁊ vbi casus legis nō est locus disputationi. l. ancille. C. de furtis. ⁊ l. illam. versiculo de modo. C. de collatio. nec videtur obstare ꝙ gabella fuerit alibi soluta: quia statutū non distinguit fuerit alibi soluta vel non: ⁊ vbi lex non distinguit nec nos distinguere debemus. l. iij. de offi. presi. ⁊ l. de precio. de publi. ⁊ lex generaliter loquens est generaliter intelligenda. l. j. §. ⁊ generaliter. ff. de lega. prestan. ⁊ can̄. si romanorū. xix. distinc. cū concor. nec etiam videtur obstare qd̄ allegatur in themate de cōmuni vsu loquendi. Quia cōmunis vsus loquendi vulgarium non videtꝛ ꝙ sit attendendus interpretatione statutorum que fiunt a peritis prout dicit Bal. in. l. ij. C. de succe. edic. ⁊ in. c. j. de successio. feu. ⁊ in consilio qd̄ incipit simplr̄ extat vel non extat. pro quo Pōta. in. l. generaliter. in prin. C. de insti. ⁊ substi. sub condi. fac. allegat. l. si dictum. in prin. ff. de euic. ibi. non vt vulgares opinantur. ⁊ l. idē prętor. ff. de suis ⁊ legi. ⁊ glo. in. l. quid si nepotes. ff. de testa. tute. et in l. quotiens. C. fami. herci. ꝫm eum. facit etiam vltra eū qd̄ no. Bar. in. l. si quid earum. de leg. iij. vbi dicit ꝙ differentia que ibi fit inter emere ⁊ comparare nō cadit in sermone vulgarium: idcirco subdit ꝙ in dictis testium ⁊ vulgarium non debet attendi dicta differentia: sed in legibus ⁊ statutis cōditis a peritis fieri debet dicta differentia ꝫm eum: ⁊ propterea videtur ꝙ dicta gabella sit soluenda. ⁊ si qua dubitatio resultat in interpretatione dicti statuti videtꝛ qd̄ declaratio ⁊ interpretatio pertineant ad maiorem officialem gabelle ⁊ eius interpretatio sit obseruāda: qꝛ statutū sub rubrica. cxx. id expresse disponit: ergo ei standum est per supradicta. ¶ His tamen non obstantibus cōtrarium puto rn̄dendū: vz ꝙ dictus martinus nō teneatꝛ soluere dictā gabellā i terra burgi ex pluribꝰ. ⁊ primo quia verba statuti non videntur verificari in casu isto: qꝛ illa verba statuti ad tāto che la menasse in essa terra o vero nel suo destrecto videntur intelligenda quando mulier ducitur ad maritū causa permanendi cum eo ⁊ consummandi matrimonium nō qn̄ fuisset ducta in alio territorio ⁊ postea incederent in territoriū burgi maritus vt vxor prout sumitur ex sequenti capl̄o eiusdē statuti qd̄ imponit simile onus gabelle eis qui mittunt extra territorium burgi mulieres ipsius territorij disponens ꝙ soluant ille persone que de districtu burgi mitterent mulierem ad maritum extra territorium et sic istud statutum ponderat casum qn̄ mulier mittitur ad maritum: non autē qn̄ mulier fuerit ducta ad maritum in terram burgi et postea inde discederent ambo. s. maritus ⁊ vxor. tunc enim mulier non ducitur ad maritum: sed ducta incedit cū marito in aliud territoriū: ⁊ ita videntur intelligenda verba precedentis capituli in quo disponitur ꝙ similem gabellam soluat ducens vxorem de alieno territorio in districtu terre burgi non quādo duxit eā in domū suam ⁊ matrimonium cum ea consummauit in alieno territorio et postea per notabile interuallum simul vel separatim accesserunt in territorium burgi: quia tunc non dicitur ducere eam ad maritum prout videntur intelligenda ipsa verba ad tanto che la menasse in essa terra ⁊c. nam per sequentia declarātur precedentia. l. si seruus pluriū. §. fi. de leg. j. l. heredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. pre. presupponitur in thema. ꝙ ita se habet cōis vsus loquēdi. s. ꝙ maritus dicitur ducere vxorem qn̄ eam ducit causa consummandi ma-

2 trimonij. † Et cōis vsus loquendi est attendendus vt. l. librorū. §. qd̄ tn̄ cassius. de leg. iij. ⁊ l. labeo. §. idem tubero. de suppel. leg. qd̄ ⁊ voluit Bart. in. l. oēs populi. ff. de iusti. ⁊ iure. dicens ꝙ verba duplicia que habent proprium ⁊ improprium significatum intelligūtur ꝫm proprium nisi de alia mente constet. l. non aliter. de lega. iij. cum si. de mente autem apparet si proprius significatus continet absurditatem. item si aliter se habet communis vsus loquendi ꝫm eum quem refert ⁊ sequitur Pet. de ancha. in repe. c. j. de consti. in antiquis. xiiij. q. principali. colū. cliij. ⁊ silr̄ Bal. in. d. l. omnes populi. dum loquitur de interpretatione passiua statutoruz dicit ꝙ ipse communis vsus loquendi dicitur proprius intellectus. i. ipsius vocabuli propria passio. allegat. d. l. labeo. prout eum refert Pe. de ancha. in. d. c. j. d. xiiij. q. col. clv. d. l. librorum. §. qd̄ tamen cassius, et ad idem qd̄ notat Imo. in repeti. l. si vero. §. de viro, ff. so. ma, in materia extēsionis statutorum correctiuorum. col. ix. volens ꝙ ex cōmuni vsu loquendi extendatur statutum correctiuum: multofortius ex communi vsu loquendi debet restringi statutum odiosum prout est statutum imponens gabellam. Attēto ꝙ in dubio interpretatio fieri debet contra Gabellam vt no. Bart. in. l. pupillus. ff. ad legem falci. ⁊ maxime hoc dicendum videtur fauore dotis cum dos sit multum fauorabilis cui iura dant infinita: vt ita dixerim priuilegia que solent poni in rubrica seu in. l. j. ff. solu. matrimo. et propterea statutum qd̄ pro dote soluatur gabella videtꝛ plurimuz restringendum: ⁊ per consequens stetur communi vsu loquēdi ad

3 restringendum dictum statutum. † Nec obstat qd̄ in contrariū dicebatur de communi vsu loquendi ꝙ non habeat locuz in statutis conditis a peritis: quia illud dictum non transit sine dubio per generalitatem. d. §. qd̄ tamen cassius. et. d. §. idem tubero. et qd̄ not. Bar. in. l. j. in prin. ff. de suis ⁊ legi. nec ipse ⁊ alij doctores supra relati in locis preallegatis qui generaliter loquuntur. preterea si dictum illud procederet militaret quando appareret ꝙ alius esset cōmunis vsus loquendi peritorum ⁊ alius cōmunis vsus loquēdi imperitorum vt cōtingit in terminis. d. l. si quid earum. ⁊ in terminis glo. d. l. quid si nepotes. ⁊ glo. in. l. quotiēs. C. fami. herci. Preterea non apparet ꝙ statutum de quo agitur fuerit conditum a peritis immo cōtrarium suadetur ex quo est compositum sermone vulgari: ita qd̄ verisimile est ꝙ a vulgaribus fuerit compositum: ⁊ sic ꝫm communem vsum loquendi vulgarium ⁊ imperitorum. insuper ex alio dicendum est ꝙ dicta gabella solui non debeat per dictū martinum quia in themate presupponitur ꝙ ipse Martinus ꝓ dicta dote soluit gabellam in ciuitate Fossombronij vbi duxit vxorē matrimoniū cum ea consummando vbi coactus fuit soluere gabellam

4 ex forma statuti. † Ideo dictam gabellam iterum soluere non tenetur: quia pro eadem re seu pro eodem contractu non debet pluries solui gabella vt notat Bar. in. l. interdum. §. quotiens. ff. de publica. ⁊ idem tenent ibi Imo. ⁊ Ponta. idem vult Bal. in. l. cuz dotē. C. solu. matri. ⁊ in. l. cum per eos. C. si quis alteri vel sibi. ⁊ Pau. de ca. in consi. lxxxiiij. incipiente punctus quistionis super hoc. quibꝰ omnibus concludo ꝙ dictus Martinus non tenetur ad dictā gabellā nec dictus potestas maior officialis gabelle licite pōt aliud declarare attentis rationibus preallegatis. permittitur enim sibi vt iudici facultas declarandi: ⁊ si male declararet vel interpretaretur competeret beneficium appellandi per ea que habentur in. c. vt debitus. de appella. et in. c. cordi. et. c. concertationi. eo. ti. lib. vj. et non obstant adducta in contrarium: quia patet responsio ꝑ supra adducta pro hac parte.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cvij.

1 ☞ Falsi pena nemo punitur nisi falsitas sit alicui nociua.
2 Statutum vel lex noua loquens simpliciter de donatione verificatur etiam in donatione causa mortis. nu. 9. fallit tamen vbi etiam statutum disponit ꝙ donatio debeat insinuari. de quo supra nume. 1. et. 6.
3 Aliquis aliqua aliquod est dictio ampliatiua: fallit tn̄ vbi adijcit verbo portioni vel parti. nu. 8.
4 Notarius asserens in instrumento ꝙ fuit facta donatio causa mortis et testibus probatur facta inter viuos punitur de falso extante statuto ꝙ donatio debeat isinuari. de quo. s. nu. 1. et. 2. ⁊ ꝑ totū ↄsi.
5 Donatio causa mortis etiam excedens summam legitimam insinuationem non requirit.
6 Donationis appellatione non venit donatio causa mortis in materia insinuationis.
7 Donatio simplex intelligitur facta inter viuos et nō cā mortis.
10 Inditia que sint etiam ad torturam sufficientia: ⁊ quot testes probent inditia. nu. seq.
11 Falsum committit qui veritatem tacet.
Inditia quando probari non debeant.

¶ Consilium. cvij.



In nomine domini nostri

1 Iesu christi. ¶ † Videtur in hac consultatione dicendum qd̄ dictus notarius non possit de falso condēnari quia non punitur quis pena falsi nisi falsitas sit alicui nociua. l. damus. C. ad. l. cor. de fal. prout no. post glo. ibi Bart. ⁊ doc. sed videtꝛ dicta falsitas non est nociua heredibus donātis nec alteri ex eo: qꝛ siue dicta donatio fuerit donatio cā mortis siue inter viuos nō videtur ꝙ valuerit ex eo quia dictum statutum annullat donationē que infra quindecim dies post contractum publicum instr̄m non fuerit in concilio generali lecta ⁊ publicata: ⁊ cum loquatur generaliter de donatione non exprimendo de donatione inter viuos magis q̄ de donatione causa mortis videtur dictum statutum generaliter intelligendum. argumento. l. j. §. ⁊ generaliter. ff. de lega. prestan. et. c. quia circa. de priuileg. et canon̄. si romanorum. xix. di-

2 stinctio. † Prout al's videmus in silr̄ ꝙ lex noua loquēs simplr̄ de donatione verificatꝛ etiā in donatione cā mortis ꝑ notata per glo. cōiter singularē in. l. cū pater. §. meuio. de leg. ij. que vult ꝙ lex si qs argentū. C. de dona. de nouo disponēs ꝙ ex nudo pacto donationis oriatur actio seu ꝓpter nudū pactū donationis cōpetat cōditio ex. d. l. si quis argentū. lz sit exorbitās: qꝛ ↄtra regulā iuris antiqui dictantē ꝙ ex pacto nudo actio nō oriatur. l. legē. C. de pac. et l. iurisgētiū. §. sed cū nulla. ⁊. §. sequētibꝰ. ff. e. ti. tn̄ militat etiā i donatiōe cā mortis: ita ⁊ i terminis nr̄is statutū disponēs ꝙ donatio debeat

debeat legi et publicari in concilio generali trahatur ad donationē
3 causa mor.†Et maxime cū sit adiecta dictio aliqua p quā videtur ampliari dictio seques cui adiūgitur argumēto notatorū per glo. in cle.j.in princ.de foro cōpe.in verbo parte.quā allegat et sequitur Pon.in.l.si vt certi.et in.l.si cū vel in vtero.C.de testa.mili. ad intellectum.l.si vnq̄.C.de reuocā.dona.et ex his vr qd ex quo etiā donatio cā mortis non lecta nec publicata in generali consilio videtur qd sit nulla et ɔsequēter nemini preiudicet: ideo notarius dato qd falso addiderit suo instrō illa verba cā mortis non sit puniēdus de
4 falso.¶†His tñ nō ob.cōtrariū puto de iure rñdendū vcz qd presupposito prout in puncto presupponitur q fuerit donatio simplex seu donatio inter viuos:ostenso instrō qd cantat de donatione causa mortis notarius de falso inquisitus veniat puniēdus pena falsi ex quo falsum publicū instrm confecit.l.j.in princ.ff.de fal.
5 et.l.qui falsas.C.eo.ti.†Nec hz obstare nullitas dicte donationis et cōsequenter qd habetur in.d.l.damus.Quia est aduertendū qd de iure cōi donationes cā mortis non requirunt insinuationem:lz excedāt legitimam summā.ccc.seu.cccc.flore.vt est tex.in.l.fi.C.de donatio.cā mor.et ɔsequēter iura simplr loquētia q donationes insinuētur prout est lex data.l.sancimus.et.l.si quis pro redēptione. C.de dona.non verificantur in donatione causa mortis ex quo patet in materia insinuationis differt donatio cā mortis et donatio
6 inter viuos.†Et in materia insinuationis appellatione donationis non venit donatio causa mortis:ideo lex noua loquens q donatio sit insinuāda intelligi debet de donatione inter viuos nō de donatione cā mortis:qr lex noua etiam municipalis recipit interpretationē passiuā et restrictiuā a iure cōi et a iure antiquo.l.si serui vestri.C.de noxa.et.l.non est nouum.cū.l.seq.ff.de le.et qd notatur per glo.et doc.in.l.sciendū.in prin.ff.qui satisda.cog. et ppterea dictum statutum loquens de donatione non intelligatur neq verificetur in donatione cā mortis:cū dictū statutū loquatur de insinuādo donatione in cōcilio generali.dicta enī publicatio et lectio in cōcilio generali est quedam insinuatio seu saltē similis insinuationi. et de silibus idem est iudicium.l.non possunt.ff.de legi.et.c.inter ceteras.de rescrip.pro quo facit quia dictū statutū loquitur per verba indefinita:et indefinita locutio non equipollet vniuersali ex vi verbo.sed ex humana interpretatione:vt est tex.et doc.ibi in.l.si ser uitus.ff.de serui.vr.predio.et no.Pet.Bar.et Imo.in.l.si pluribꝰ. ff.de leg.ij.et dicta interpretatio qn est eadem ratio et conditio eorum que sub vniuersali cōprehendūtur locū hz vt no.glo.et doc.in.c.generali.de elec.lib.vj.et Bar.et doc.in.d.l.si pluribus.ideo cū in terminis huius statuti non sit eadē rō et conditio donationis cā mortis et donationis inter viuos p.d.l.fi.C.de dona.cā mor.et dicta.§. propterea vba indefinita dicti statuti non intelligantur in qualibet donatione:sed solū in donatione īter viuos in qua viget maior ratio vt patet ex dispōne iuris cōis qua disponit q donatio inter viuos insinuetur et non donatio cā mortis:et que magis proprie venit appellatione donationis q̄ donatio cā mortis.ar.l.j.ff.de dona.et patet qr in titulis de donationibꝰ.ff.et.C.tractat materia donationis inter viuos.et leges in dictis titulis situatis loquūtur de dictis donationibus inter viuos et non de donationibꝰ cā mortis: sed de eis ponūtur diuersi tituli:ex quo suadetur q ppie appella
7 tione donationis venit donatio inter viuos.†Pro quo etiam facit qr qn quis simplr donat censetur donare inter viuos non causa mortis nisi sit facta mentio mortis vt habetur in.l.seia.ff.de dona. causa mortis.et in.l.seia.de dote prele.et per Bar.in.l.que dotis.ff.
8 solu.matri.†Nec obstat verbum aliqua positum in dicto statuto: quia licet adiectum verbo portioni vel parti vnius rei alteret interpretationem verbi portionis vel partis:non tamē semper alterat interpretationem aliorum verborum vt recedamus a propria vi verborum vel vt recedamus a iure communi prout contingeret in terminis nostris:quia non est eadem ratio:nam quando adijcitur verbo portioni vel parti non potest aliquid operari verbū aliqua nisi vt dicta verba portio vel pars non restringantur ad partem dimidiam:ideo vt aliquid operetur censeatur adiectum vt nō restringantur ad partem dimidiam:attento etiaz q propria significatio verbi ita adaptetur ad tertiam vel quartam partē prout ad dimidiam que non cadunt in terminis nostris in quibus verbū aliqua potest censeri appositum vt comprehendat non solum donationē quātitatis excessiue sed etiam donationem parue quātitatis: et in hac parte non recipiat interpretationez a iure cōmuni.Preterea etiam in terminis.d.l.si vnq̄.Bal.in.l.j.C.de inoffi.dona.vult qd
9 non ponderetur q sit adiecta dictio aliqua.†Nec etiam predictis obstat qd notatur per glo.in.d.§.meuio.quia.d.l.si quis argentū. loquitur in materia fauorabili:et propterea extendenda iuxta regulam odia.in.vj.sed non minus immo magis fauorabilis est donatio causa mortis q̄ donatio inter viuos cum donatio cā mortis assimiletur vltime volūtati:vt.l.illud.de dona.causa mor.vt.l.j.in princ.de tute.et ratio.distra.et donatio inter viuos assimiletur contractui et vltime voluntates regulariter sunt magis ampliande q̄ contractus.c.cum dilecti.in fi.extra de dona.item.d.l.si quis argētum.producit actionem vbi est pactum nudum ex quo regulariter non oritur actio:et tamen ex nuda vltima voluntate actio oritur. l.j.et.ij.C.communia.de leg.ideo ratio suadet qd ex donatione causa mortis inita nudo pacto competat actio fortius q̄ ex donatione simplici:ideo non mirum si lex si quis argentum.simplr et indefinite loquens de donatione intelligatur etiam in donatione causa mortis que rationes cessant in terminis nostri statuti per supra dicta.nec ob.l.apud celsum.in.§.j.ff.de exceptio.doli. nam respondet allegans post pūctum supra formatum cuius respōsiones placent:et poterat esse ratio dubitandi in donatione inter viuos:quia non donauerat maritus vxori:sed spopōderat consobrino vxoris vt ad mulierem perueniret:et sic videbatur q nō esset donatio seu stipulatio prohibita ex quo non emanauerat inter virum et vxorē. Nec etiā obstat q donatio inter virū et vxorē expectat confirmationem mortis vt donatio causa mortis:et ideo videatur assimilanda donationi causa mortis que non requirit insinuationem: quia licet quo ad quid assimilentur: tamen non sunt similes quo ad insinuationem:quia donatio inter virum et vxorem insinuationem requirit:vt.l.donationes quas parentes.C.de donatio.inter virum. vbi est casus.ex quibus omnibus remanet conclusio q dictus notarius veniat puniendus de crimine falsi:stantibus presuppositis
10 de quibus in themate.†Presupposito autem q aliter non appareret q fuisset simplex donatio inter viuos nisi quia testes deponunt q maritus dixit do et dono et non declarant an fuerit donatio causa mortis an simplex donatio:dubitatur an attentis dictis testium resultent inditium et inditia sufficientia ad ponendum ad torturam dictum notarium:super quo quia in materia inditiorū non potest dari certa doctrina vt notat Bart.in.l.fi.ff.de questio. Sunt enim inditia quedam suspitiones et coniecture vt pbat tex. in.d.l.fi.que possunt esse vrgentes coniecture et leues: ideo remittitur iudicis arbitrio.arg.l.iij.§.eiusdem.ff.de testibus.et quia vbi lex non declarat regulariter remittitur arbitrio iudicis.l.j.ff.de iure delibe.et.c.de causis.de offi.delega.Ideo breuiter rem absoluam tandem remittendo ad arbitrium iudicis.Licet enim inditiū probari debeat per duos testes no.glo.in.l.fi.C.fami.hercis. quam sequuntur ibi doc.et Barto.idem tenet in.d.l.fi.ff.de questio.adeo q vnus testis probans inditium non sufficit ad torturam per predicta:licet qn deponeret directe super maleficio sufficeret ad torturam:quia vnus testis facit semiplenam probationem et semiplena probatio est plusq̄ inditium.not.glo.in.l.cum proba.ff.de proba. ideo dictum vnius testis sufficit ad torturam si directo probat delictum vt not.Bar.in.l.maritus.ff.de questio.et propterea dictum testis deponētis q dictus notarius conuenit cum parte de faciendo dictam falsitatem recepta certa mercede et eam pro parte recepit:quia non probat directo falsitatem:sed magnam coniecturam commisse falsitatis non videtur qd sit sufficiens ad torturam cū sit singularis non deponens directo super delicto nec etiam testes deponentes q dictus maritus dixit do et dono videntur sufficienter deponere:adeo q deducant falsitatem vel suspitionem falsitatis vrgentem ad torturam:quia non deponunt q non subiūxerit illa verba causa mortis.si enim dixisset do et dono causa mortis vel post mortem meam verum deposuissent dicti testes deponētes q dixit do et dono ex quo non deponunt nihil vlterius dixisse.Item alius testis qui deponit q vidit certam scripturam factam de dicta donatione et qd fuit requisitus q dictaret instrumentum donationis inter viuos.similiter est singularis non deponens super delicto:ideo non videtur q releuet quia testibus singularibꝰ fides nō adhibetur.c.tam literis.de testi.c.cum dilecti.de electio.et.l.iurisiurandi.C.de testibus.tamen negari nequit quin ex dictis attestationibus immineat magna suspitio et vrgens coniectura falsitatis aduersus dictum notarium.licet enim non probetur negatiua q nō fuerit dictum causa mortis:tamen est multum verisimile qd aliqui ex dictis testibus deponentibus de dicta donatione fuissent recor
11 dati de dictis verbis causa mortis vel similibꝰ si dicta fuissent.†Et si recordati fuissent et illa tacuissent incidissent in crimē falsi per.c.j. de crimi.fal.vbi est expressum q prout testis dicēs falsum committit crimen falsi:ita etiam testis qui scienter tacet verum:quod non est verisimile in tot testibus.Et ideo satis est vrgens coniectura q dictus donator fecerit donationem inter viuos et non causa mortis:et adminiculatur dictum illius testis deponentis quod fuit requisitus quod dictaret instrumentum donationis inter viuos:ita quod cum reperiatur instrumentum donationis causa mortis ex dictis attestationibus imminet suspitio falsitatis:et maxime concurrente depositione alterius testis deponentis de conuentione facta de committendo falsitatem predictam et traditione certe partis mercedis conuente ex qua depositione videtur resultare vrgens suspitio falsitatis commisse: ita quod negari nequit quin ex omnibus supradictis simul iunctis sit vehementer suspicandum quod dicta falsitas fuerit commissa et immineat non leuis: immo maxima coniectura falsitatis: prout ratio naturalis id suadere videtur quam solam sufficit allegare.l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excusatione tutorum.ideo cum nil aliud sint inditia nisi rationabiles suspitiones et coniecture.videtur quod

iudex possit arbitrari dictum notarium subijciendum esse tortu-re. et que non prosunt singula multa iuuant. l. excusantur. cum ibi notatis. ff. de excusatio. tuto. † Et quādoq; sunt inditia adeo vrgē-
12 tia ⁊ indubitato q̄ probata p̄ duos testes sufficiunt nedum ad tor-turā sed ad condēnationē: puta si quis est visus exire de domo cum gladio sanguinolento ⁊ aufugere ⁊ in domo illa fuit repert⁹ homo interfectus: lz non probetur q̄ ille qui de domo exiuit cū dicto gla-dio sanguinolēto interfecerit: tn̄ dictus talis poterit cōdēnari per dictum inditium prout voluit Spec. in ti. de proba. §. iij. v̄si. xiij. ⁊ ibi Joā. an. in addi. ⁊ Bal. post Nico. de mat. in. l. sciant. j. col. C. de proba. ⁊ facit qđ ipse not. in. l. neq; natales. in. j. col. eo. tit. De quo etiā per Pau. de cast. in consi. cxcvj. vbi dicit q̄ inditia indubitata sufficiūt ad cōdēnationē pecuniariā ad hoc etiā qđ habet in. c. ter-tio loco. extra de presumptio. ⁊ in. c. afferte. eo. tit. ⁊ prout tale indi-tium probatum p̄ duos testes inducit sufficientem probationem ad condēnationē: suadet ratio q̄ probatū per vnū testem inducat semiplenam probationem: ⁊ ꝯsequēter plusq̄ inditium ad tortu-ram: ex quib⁹ oībus puto rem saluo iudicio saniori q̄ iudex possit arbitrari dictū notariū subijciendū esse torture: nihilominus hoc totum subijciendū est iudicis arbitrio prout supra premissum est.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cviij.

☞ Donatio omnium bonorum facta cum iuramēto per patrē filio in potestate an per testamētum dicti patris postea factū reuo-cetur. nu. seq. per totum.

2 Donatio facta per patrem filio in potestate morte patris con-firmatur.

3 Confessio debiti inter socerum ⁊ generum an teneat iuramento in-teruueniente.

4 Sequestrum an impediat petitionem seu executionem via ordi-naria. nu. seq.

5 Creditor habens pignus potest contra debitorem agere vt soluat etiam si fuerit in possessione rei missus.

¶ Consilium. cviij.



In nomine dn̄i nostri iesu
1 christi. ¶ † Ad euidentiā huius ꝯsultationis primo discutiendū duxi: an dicta donatio facta per dictum Philippum dn̄e Nicole eius filie cōstitute sub eius patria potestate vallate iuramēto tenuerint necne. circa qđ prima facie dicendum videtur qđ licet donatio inter patrem ⁊ filiam cōsti-tutam sub patria potestate nō teneat. l. secunda. C. de inoffi. dona. et. l. donationes quas parentes. C. de dona. inter virum ⁊ vxo. cū si. Et pluries ꝯsulendo tenui hanc partem s. q̄ donatio facta filio in potestate non firmetur iuramento ⁊ alio anno fuit similis questio ventilata in hac ciuitate ⁊ consilia ostensa hincinde: ⁊ tandem fuit
2 decisum pro hac parte pro qua consulueram. † Et licet donatio fa-cta per patrē filio soleat morte cōfirmari per. d. l. donationes quas parentes. de dona. inter virum. ⁊. d. l. filie cuius. familie herci. tamē illud procedit quādo facta fuerat traditio: al's secus: vt not. Bal. in auth. ex testō. C. de collatio. ⁊ in. l. ij. C. de inoffi. dona. ⁊ Cy. in. l. j. C. de dona. ante nup. in casu autē nostro non videt̄ facta traditio vera vel ficta: nam dominiū remansit apud patrem donantem: ⁊ cō-sequēter reseruatio vsusfructus formalis fuit frustratoria: ⁊ inanis cum vsusfructus non fuerit separatus a proprietate: ⁊ sic fuit vsus-fructus causalis concretus cū proprietate iuxta. l. id qđ nostrum. cū ibi notatis. ff. de vsuf. ⁊ lz videat̄ facta ficta traditio que solet re-sultare ex reseruatione vsusfructus per. l. quisquis. C. de dona. ta-men illud ponderaui ad ostendendum q̄ si valuisset donatio cessa-ret obligatio etiā naturalis ad dandum propter fictam traditionē ita q̄ nō suadet rō q̄ ex quo donatio est inualida causetur ipsa na-turalis obligatio que cessaret in donatione valida. Preterea do-natio facta per patrē filio confirmatur morte patre perseuerāte in eadem voluntate vt habetur in iuribus preallegatis que perseue-rantia in dubio presumitur: quia non presumitur mutatio volun-tatis. l. eum qui mutatā. ff. de pbatio. in casu aūt nostro satis videt̄ mutata voluntas donatoris saltē in casu quo bona alienarētur cū voluerit in dicto casu bona sua ad fraternitatem deuenire: nā si vo-luisset donationem valere inanis fuisset dicta dispositio fideicom-missaria. s. q̄ bona sua deuenirēt ad fraternitatem ex quo in dona-tione fuerunt deducta omnia bona presentia ⁊ futura exceptis cē-tum ducatis: ⁊ fraternitati fuerant relicti octuagintaquinq; duca-ti: ita q̄ restarent solum. xv. ducati: dato q̄ illa conuentio inita cū ser Victorio non impediret illam reseruationē centū ducatorum nec est verisimile q̄ ipse Philippus voluerit facere institutionem vniuersalē solūmodo in. xv. ducatis: nec q̄ voluerit prohibere solā alienationē quindecim ducatorū: ⁊ q̄ facto datur volūtas intelli-gi. l. reprehendenda. C. de insti. ⁊ substi. sub condi. fac. cū concor. ibi adductis satis videtur apparēs mutatio volūtatis: hoc est q̄ dict⁹ Philippus noluerit q̄ dicta dn̄a Nicola haberet generaliter bo-na sua titulo donationis saltem casu quo bona alienaret: et ex his videtur elicienda conclusio q̄ dominium dictorum bonorum dicti Philippi fuerit apud ipsum Philippum tēpore mortis ⁊ trāsie-rit in hereditatem ⁊ successiue post aditam hereditatem in eius he-redem ex his etiam dicendū videtur q̄ dicta dn̄a Nicola censeatur habuisse animum immiscendi se hereditati paterne saltem ex quo alienauit vt presupponitur omnia bona dicti Philippi que alie-nare non poterat fieri non reseruando quātitatē cētum florenorū qui non venerant in donatione cū illa licite alienare non poterat citra ius ⁊ nomen heredis: merito animus immiscendi deprehēdi-tur ⁊ ꝯsequenter resultauit immixtio hereditatis si habuit noti-tiam testamenti. si autem ignorasset testamētum inanis fuisset im-mixtio per ea que habentur in. l. si is ad quem. et in. l. heres institu-tus. in princ. ff. de acqui. heredi. lz autem tunc non censeatur se im-miscuisse hereditati: non tamen tolluntur supradicta. item licet su-pra deduxerim q̄ iuramentum forte obligauerit ad non reuocan-dum: tamen iuramentum non ligat heredem per. c. veritatis. de iu-reiu. nec inualidat reuocationē secutam per supradicta. ⁊ ex supra-dictis infertur ad decisionē vltimi quesiti. s. q̄ dicta bona sint de-uoluta ad dictam fraternitatem vigore dicti testamēti saltem si di-cta domina Nicola habuit notitiam dicti testamēti tpe alienatio-
3 nis predicte. ¶ † Circa scōm autē quesitū non insistā: q̄ lz si non in-teruenisset iuramētum concludendum fuisset q̄ dicta confessio cē-seretur fraudulenta ⁊ non preiudicaret confitenti per ea que habē-tur in. l. qui testā. ff. de probatio. ⁊ in. l. cū quis decedēs. §. titia ho-nestissima femina. ff. de leg. tertio. vt latius deduxit dominus alle-gans. Tamen quia interuenit iuramentum qđ validat donationē factā inter virū ⁊ vxorē ⁊ socerū ⁊ generū vt concludūt Bart. ⁊ doc. cōiter in. d. l. si quis pro eo. de fideiusso. ⁊ in. d. c. cū cōtingat. ⁊ in. d. auth. sacramēta puberū dicta confessio iuuata iuramēto ꝯfitētis nō videtur facta inter psonas prohibitas ex quo non est phibita do-natio iurata inter socerum ⁊ generum prout nec inter virum ⁊ vxo-rem. ideo super dicta simulatione nō me intromitto relinquendo
4 iudicio habentis iudicare. † Circa tertium autem quesitum breui-ter me absoluam concludendo q̄ licet fuerit factum sequestrum ad petitionem dicte fraternitatis: non propterea impediri debet via executiua seu ordinaria petēdi debitum cuius pretextu fuit factū dictum sequestrum: quia sequestrum non fit ad alium finem nisi vt creditor liquidato credito possit consequi suum creditum. est enim sequester tanq̄ depositarius vt. l. si oleum. ff. de dolo. ⁊ habetur i. l. interesse puto. de acquirē. pos. ita q̄ sequestre habet tenere rem se-questratam in depositum donec inter sequestrantem ⁊ assertū debi-torem discutiatur de veritate ⁊ virtute crediti vt. d. l. si oleum. sua-det etiam ratio qđ sequestratio non impediat petitionē et cogni-tionem debiti inter creditorem ⁊ debitorem: nec impediat execu-tionem seu executionis petitionem: attento q̄ sequestrum non fit ad alium finem nisi vt deueniatur facilius ad executionem crediti ideo non debet impedire ipsam petitionem executionis. arg. l. qđ fauore. C. de legi. ⁊. c. qđ ob gratiā. de reg. iur. in. vj. ⁊. l. legata inuti-liter. de leg. j. cū si. ⁊ hoc in terminis decidit Bal. in. l. qui legati. C. vt in pos. leg. arg. illius tex. adducens etiam. c. ij. extra de dolo ⁊ cō-tuma. et bene facit glo. que incipit quid si pignus. in. §. j. in auth. de fideius. fm̄ eūdem Bal. facit qđ in simili notant Raph. ful. ⁊ Pau.
5 de cast. notanter ex illo tex. † Qđ lz creditor habeat pignus preto-rium vel conuentionale: tamen potest petere debitum sibi solui a debitore: nec potest debitor dicere tu es securus: incumbas pigno-ri ⁊ de illo tibi satisfacias vendendo ⁊ recipiendo insolutum: hinc etiam Pau. de cast. ibi subdit q̄ immissus in possessionem bonorū debitoris potest nihilominus facere capi debitorem prout prius potuisset. argu. l. j. §. qui verbo. de ven. inspi. ⁊ quod notat Barto. in. l. consentaneum. C. quomodo et quando iudex. et Archi. in ru-brica de eo qui mittitur in possessio. et facit quod not. Gui. ⁊ Bar. in. l. quāuis. C. de pigno. fm̄ eūdem Pau. de cast. pariter ergo nō impeditur petere executionem debiti propter factum sequestrum vel immissionem in possessionem.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cix.

1 ☞ Pecunia si deterioratur post debitum contractum an cedat dāno debitoris vel creditoris. nu. seq.

2 Solutione dilata in alium locum q̄ in locum contractus an videa-tur esse contractum in loco solutionis.

3 Dotis restitutio an sit fienda de currenti pecunia tempore con-tractus vel confessionis dotis non obstante qđ dos fuerit postea promissa et soluenda in diuersis temporibus. nu. 1. per totum.

4 Solutio debiti debet fieri de pecunia currenti tēpore contractus.

¶ Consilium. cix.



In nomine dn̄i nostri iesu
1 christi. ¶ † Viso puncto et eleganter super eo dictis per honorandum fratrem dominum Hieronymum baldoli fulginatem. V. J. docto. cum fuerim de sola subscriptione requisitus paucis rem absoluam. Et circa primum quesitum claram puto decisionem domini consulentis per iura et auctoritates per eum adductas. Est enim trita questio que po-nitur per

nitur per doc.in multis iuris partibus de quibus per dominum consulentē ⁊ per Bal.in.l.acceptam.xvij.q.C.de vsu.⁊ in.l.si quis argumentum.in princ.C.de dona.⁊ per Jo.an.in spe.de cōces.pre ben.super rubrica ad finē.⁊ p Jmo.in.l.in rōne.§.diligēter.ff.ad.l. fal.⁊ p Pe.de ancha.in regula peccatum.in.vj.⁊ per canonistas in c.quanto.de iureiur.⁊ in cle.si beneficiorum.de deci.⁊ per Bal. in l.ij.in prin.C.cōia.de leg.⁊ in.l.quicūqꝫ.vltima col.C.de ser.fugi.et cōis quasi omniū snia est ꝙ si pecunia post debitum contractū de teriorātur in bonitate intrinseca dꝫ solui ſm tps debiti contracti etiā circūscripta mora prout concludit dñs cōsulens non repeto.⁊ ita als consulendo conclusi.

2 †Sed dubium aliquale restat circa secundum quesitum:quia prima confessio ⁊ conuentio videtur facta spe future numerationis collate post tempus.qđ deprehendi videtur ex sequenti promissione immediate facta eodē die loco ⁊ testibus propter quā satis apparet qđ in veritate licet pater mariti cōfessus fuerit se recepisse.cccc.flo.pro dote:tamen illos non recepit: et propterea satis apparere videtur ꝙ dos non fuit tūc recepta sꝫ confessio facta fuisse videtur spe future numerationis vt deprehēditur ex dictis Bal.in.l.pe.§.mulier.ff.solu.matrimo. ad hoc etiā nota.per Bal.in.l.si voluntate.C.de dona.promis.⁊ p Ang.in cōsilio.cxlvj.incip.in primis.de quo etiam per Bald.in.l.si absentis. in fi.iij.col.C.si cer.peta.⁊ per Pau.de ca.in.d.l.penul.§.si vir.qui dicit ꝙ tunc mulier cui maritus cōfessus fuit recepisse dotem que incōtinēti postea fuit sibi promissa non potest postea eam repetere si postea non apparet solutam:licet maritus eam restituere promiserit.qđ et vult Bald.in.d.l.si voluntate.ex quibus videtur deprehendi qđ ex quo quantitas dotis tunc soluta non fuit nō attendatur illud tempus:sed tempus quo soluta apparet vel saltem tēpus in quod collata fuit promissio soluendi dotem:nam tunc censetur facta promissio in tempus in quod collata fuit solutio.arg.l. in tempus.ff.de hered.insti.⁊.l.j.⁊.l.qđ sponse.C.de dona.propter nup.in quibus iuribus habetur qđ paria sunt aliquid fieri in tempore ⁊ in illud tempus conferre.ad idem.l.contraxisse.ff. de actio. et obliga.vbi probatur ꝙ si contrahitur in vno loco ⁊ solutio confertur in alium locum contraxisse censetur in locum destinate solutionis.⁊ idem habetur in.l.exigere dotem.ff.de indi.et de loco ad tempus bonum est argu.notatur in.l.vinum.ff.si cer.pe.⁊ in.l.fi.ff. de tritica. et secundum hoc videtur perinde ac si promissio dotis fuisset facta pro parte tempore contracti matrimonij ⁊ pro parte per tres annos postea in que tempora fuit collata solutio ꝓmissionis dotis:⁊ consequenter illa tempora videtur ꝙ attendi debeāt quo ad intrinsecam bonitatem monete:quia equum videtur quod prout soluta fuit dicta dos eodem modo ⁊ in eadem intrinseca bonitate reddatur:et maxime respectu primi temporis cum dos ante contractum matrimonium esse non possit.l.fi.C.de dona.propter nup.et ideo quelibet promissio dotis quātūcūqꝫ simpliciter facta habet tacitam conditionem.l.dotis promissio.⁊.l.promittendo.et l.stipulationem.ff.de iure dotium.⁊.l.si donaturus.ff.de conditio. ob causam.

3 ¶†Tamē his non ob.veram puto conclusionē supra factam per dominū cōsulentem ad quā probandā vltra adducta per dñm consulentem adduco theoricam Bar.in.d.l.pe.§.si vir.solu.ma.qui vult ꝙ qñ maritus vel eius pater fuit cōfessus habuisse dotem ⁊ eam promisit restituere:⁊ statim non obstante confessione predicta pater vel extraneus dotans promisit marito illā dotē soluere censetur confessio facta non spe future numerationis: sed spe future promissionis:adeo ꝙ maritus vel socer cēsetur illud nomē debitoris recepisse insolutū ꝓ illa quātitate confessata ⁊ tantūdem videtur estimasse illud nomē debitoris adducit.l.pretiū cā.C. de rescin.vendi.dicens ꝙ in hac opinione videtur inclinare Jacobus de are.⁊ se dixisse in.l.meuia.in princi.⁊ eādē opinionē approbat ibi Jo.de imo.reprobata opinione Bal.in.d.§.mulier. adducit in arg.l.inter causas.§.abesse.ff.mā.⁊ idē vult ibi Pau.de ca.secus dicens si ipsamet mulier cui esset dos restituenda promitteret quo casu iniquum esset ꝙ ipsa mulier exigeret id qđ non soluit. et idem in effectu sumitur ex dictis Bal.in.d.l.si voluntate.nec Bal. in.l.si absentis.clare se firmat ⁊ videtur se remittere ad Jac. de are. et Bar.in.d.§.si vir.⁊ quicquid velit ipse Bal.verior videtur sententia Bar.⁊ sequaciū:nec Ang.vult contrarium in.d.consilio.cxlvj. quia concludit ꝙ si mulier succedit socero promittenti dotem non potest dotem petere nisi probet solutionem qui casus non hꝫ dubitationem ſm eum:nec Barto.dixisset contrarium.presuppono etiam ꝙ lꝫ dos non possit esse sine matrimonio:tamē si aliquid datur in dotem vel pro dote potest incontinenti sequi dominium et in dubio censetur datum vt dominium transeat in recipientem vt est tex.no.in.l.dotis fructus.in fi.cum.l.seq.ff.de iure do.⁊ sic solutio facta pro debito conditionali causat translationem dominij licet liberationem inducat demum conditione veniente.l.sub conditione.ff.de solu.⁊ propterea prout pater mariti cui habebat solui dos poterat recipere pro solutione dotis debende quantitatē connūeratam.ita etiam potuit recipere insolutū nomē debitoris ꝓmittētis sub conditione.⁊ ideo per predicta videtur quo ad ipsam mulierem cui competit repetitio dotis esse perinde ac si tpe ꝯfessionis predicte ⁊ promissionis de restituendo dictam quantitatem dotis fuisset actualiter soluta dicta quantitas.

4 †Et ex his vna cū dictis per dñm consulentem confirmo conclusionē factā per eūdem dñm consulentē ꝙ attendatur qualitas monete que erat in vsu tempore dicte confessionis et primi contractus: nec agit dicta mulier vigore promissionis facte per eius patrem que collata est in tempora suprascripta:sed vigore promissionis facte per eius socerū ⁊ vigore supradicte confessionis ⁊ receptionis dicti nominis insolutū. et propterea nō obstat ꝙ dicta promissio sui patris fuit collata in tēpus futurū:nec vꝛ ꝙ attēdi debeat tps quo solutio fieri debet:sꝫ tēpus cōtractus ex quo agiꝛ vt videꝛ probari p text.d.c.olim cām. et.d.c.cum canonicis.de cēsi.⁊ exac.in quibꝰ iuribꝰ non consideraꝛ tēpus solutionis fiende:sed tēpus contracti debiti.et silr in.l. cum quid.si cer.pe.⁊ qđ notāt doc.in materia ista in dote recepta: que licet sit per maritum soluēda so.matri.tñ non attenditur illud tēpus:sed tempus cōtractus dotis per que ptꝫ rñsum ad adducta in contrarium.

Laus deo.

¶Summarium super consilio.cx.

1 ☞Testari patrem filiꝰ prohibēs an teneaꝛ dānū passis.nu.seq.
2 Actio ex delicto defuncti vel actio ꝑsonalis non trāsit in successorem vniuersalem seu singularem.
3 Testamentum factum seu prohibitum dolo vel metu an vitietur ipso iure vt ex eo impedita videatur hereditatis aditio.nu.7.
4 Aditio hereditatis an presumatur per donationem factā de parte rei hereditarie.
5 Testari vel donare an videatur prohibitus captus pro crimine capitali pro quo fuit testō vel donatione facta suspensus.
6 Dominium rei ex quibus translatum videatur.

¶Consilium.cx.

In nomine dñi nostri iesu

christi.

1 ¶†Licet ꝓhibens aliquē testari teneaꝛ dānū passo oliꝫ ad simplū p.l.lucius.§.sempronia.ff. de le. ij.⁊ de iure nouissimo ad duplū p.§.sed hoc ꝓuenit.in auc.vt nulli iud.prout voluit Pau.de ca.in.l.ij.C.si quis aliquem testa.ꝓhi.ita concordās opi.Pet.⁊ Cy.qui volūt ꝙ incidēs in crimen tituli si quis aliquē testari ꝓhi.teneaꝛ leso solū ad simplū p.d. §.sempronia.⁊ opinionē glo.in.d.l.ij.que vꝛ ꝙ teneaꝛ ad duplum per.d.§.sed hoc ꝓuenit.quā opinionē glo.approbāt Bar.Ang.et Saly.verificaꝛ eā.d.§.sed hoc ꝓuenit.non solū in officiali publico prout intelligunt Pet.⁊ Cyñ.sed etiam in homine priuato dicāt Pet.⁊ Cy.quicquid volunt ſm Rapha.⁊ Benedic.de plum.in.d. l.ij.

2 †Tamē cū teneaꝛ ex delicto non transit in alium etiā si sit vlis successor.l.j.C.ne ex deli.defunc.fortius non trāsit in singularē successorē cū actiones ꝑsonales non trāseāt in singularē successorē.l.j. §.si heres.ff.ad treb.⁊.l.fi.ff.de contrahē.emp.⁊ p ꝯñs non videtur ꝙ transeat in dictū hospitale donatariū.⁊ iō hospitale non vꝛ artari ad resarciendū dictū dānum lesis ex illa ꝓhibitione.

3 †Et dolus et metus illatus p cogentē testari vel prohibentē non vitiat actuꝫ ipso iure nec impeditur adiri hereditas per ipsum dolosum vel inferentem metum prout volunt Raph.⁊ Pau.de ca.in.l.j.C. si qs ali.testa.ꝓhi.per illum tex.pro quo facit qꝛ fiscus aufert a crimino so vt ab indigno.l.j.in prin.ff.si quis aliq.te.prohibu.⁊ in.l.ij.C.eo. ti.fiscus autē nō aufert ab incapace:sed vt auferat requiritur ꝙ ius succedendi sit fundatum in ꝑsona eius a quo aufert prout concludit Bal.in.l.hereditas.C.de his quib.vt indi.in vlti.col.qđ ⁊ vult Bar.in.l.fi.ff.eo.ti.ad idē qđ post glo.dicit Bar.in.l.eius qui delatorē.§.fi.ff.de iure fisci.ideo relictum factum incapaci fiscus non aufert per dictā rationē prout voluit Bal.in.l.j.C.de secū.nup. ponderās tex.ibi dū dicit expers.qđ ⁊ volunt Bar.Ang.Saly.et Rapha.in.d.l.hereditas.⁊ communiter tenetur:cum ergo fiscus auferat vt dictum est:ergo ius est delatum compellenti vel impedienti alium testari:⁊ non impeditur facultas adeūdi:ideo non obstante dicto impedimento ⁊ prohibitione testandi dictus prohibens habuit ius adeūdi hereditatem patris pro quarta parte prout ceteri filij licet fiscus potuisset auferre:sed cum non abstulerit nullus potest de iure fisci opponere ante sententiam super indignitate pro fisco latam.l.his consequenter.in principio. et ibi glo. singu.ff.fami.hercisců.ideo dictus prauus filius potuit adire hereditatē patris per predicta.

4 †Et dato qđ prius non adiuerit censetur adiuisse donando quartam partem bonorum paternorum:et sic partem suam per.l.si auia.C.de iure delibe.

causam a dicto Francisco sententia lata pro dicto Frācisco: ꝓdest
etiam ipsi Benedicto quo ad exceptionē rei iudi. ꝑ tex. in. l. si a te.
§. iulianus. ff. de excep. rei iudi. ꝛ ibi Barto. in fi. ꝛ in. l. cū vir. ff. de
vsuca. vbi latius per eum cū quo trāseūt cōiter doc. Et per hoc me
dium iuuatur etiam Benedictus de cicciaporcis ꝛ si qui alij sunt
habentes causam a dicto Benedicto. Nec obstat q꜠ septimo loco
in contrarium deductum fuit. s. ꝙ dictus Franciscus non fuit ad
missus pro dicto Benedicto de cicciaporcis tanq̄ defensor animo
nouandi iudicium: q꜠ rn̄detur ꝙ dato q꜠ id verum sit: tamen non
refert: quia pro eo fuit admissus ser Symon tāq̄ procurator vt su
pra dictum fuit. ꝛ forte fuit admissus pro Francisco defensorio no
mine dicti Benedicti: lꝫ non iure nouationis. Et insup supra pro
xime dictum fuit ꝙ exceptio rei iudicate prodest habenti causam
a dicto

a dicto Francis. etiā si nō interuenerit in iudicio: prout fuit dictus Benedictus de bilioctis: ideo pariter prodest benedicto de ciccia porcis dato q super prioritate iuris sui nihil fuerit iudicatū: lz supra deductū fuerit z probatū ex vbis sententie q etiā super potioritate iuris ipsius Benedicti de cicciaporcis fuerit pronūciatum:
13 vt deducitur ex verbis ipsius sententie. ¶ †Nō obstat vltimū argumētum: qr rñdetur q prout presupponitur vtrūq iudicium est summarium: z sic non militat illud argumētum. Preterea quādo in iudicio summario plenarie est cognitū obstat exceptio rei iudicate etiam in ordinario per ea que not. Jaco. bu. in. l. ab hostib᷒. §. sed qd simpliciter. ff. ex quibus cau. ma. et per dñm Anto. Jmo. et Panor. in. c. veniens. extra de testi. qui volunt q tunc pbationes facte in iudicio summario probant in ordinario. Et si probāt z nocent probationes pariter nocet res iudicata: quia non nocent acta cui non nocet snīa per no. per Jnno. in. c. causam que. de testib᷒. et Bar. in. d. l. sepe. in fi. z Bal. in. l. ij. C. de edē. z in. l. gesta. de re iudi.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxxvij.

1 ¶ Dotis partem dimidiā qd vir lucretur vxore predecedēte statuto an procedat si vir accepit vxorem nulla dotis promissione sibi facta: sed bene vxori facta promissione de soluendo sibi suā portionem hereditatis ex causa transactionis. per totum.
2 Mulier non presumitur dare in dotem bona sua.
3 Actio sine cessione non transfertur de vno in alium.
4 Sententia valida ferri non potest super libello inepto.
5 Libello si vnum deducatur z alind probaṫ habet sequi absolutoria sententia.
6 Confessione si quis nitatur actor dz ei stare prout iacet.
7 Sententia certa ferri nō potest nisi probeṫ certa debiti quātitas.
8 Testes vt probent debent idoneam scientie causam reddere: nec deponentes per verbum credit probant.
9 Juris dispositio potest ex longa consuetudine induci.
10 Testis vnicus z singularis non probat.
11 Fama vt probari possit testibus que requirantur.
12 Fama iuuat alias probationes et semiplene qnq probat.

¶ Consilium. cxxvij.



1 In nomine dñi nostri iesu christi. ¶ †Licet in hac consultatione videatur prima facie dicendū q dicti heredes ser Joānis foueant iustitiam: qr videtur ad eos pertinere dimidia dotis dicte dñe Mariotte vigore statuti clare disponētis q vxore predecedente maritus lucretur dimidiam dotis. Jdcirco cū dicta domina Mariotta vxor dicti ser Joānis decesserit sine liberis superstite dicto ser Joāne eius viro. ppterea dicto ser Joanni fuit quesita dimidia dotis dicte Mariotte: que dos videṫ fuisse. ccc. flo. qui. ccc. flo. fuerūt ex cā transactionis promissi dicte Mariotte p eius fratres reos in hoc iudicio cōuentos. z in dictis. ccc. flo. videtur fuisse dos dicte Mariotte: prout deprehēdi vr ex cōfessionib᷒ dictorum reorū qui in scđa exceptione videnṫ fateri se debitores in dote predicta detracta quātitate certorū pānorū. Jtem in rñsione ad sextū articulū offertur dari residuū cōputatis pānis z alijs rebus habitis per dictum ser Joānē. Preterea allegatur z nōnulli testes deponūt esse cōsuetudinē q vbi cōtrahiṫ matrimoniū non facta mētione dotis censeṫ mulier dare in dotē oīa sua bona. Et tenuit Aristoteles in thopicis: vt refert glo. in. l. mulier. ff. de iure dotium. et Bar. in sua disputatione incipiēte mulier habēs magnū patrimonium. ¶ His tñ minime refragantib᷒ cōtrariū puto de iure rñdēdum. Nā premittendū est q dicti. ccc. flo. fuerūt promissi dicte dñe Mariotte z non dicto ser Joāni p dictos reos nūc cōuētos: et nō fuerunt promissi pro dote: sed simplr ex cā transactionis. Et in petitione dictorū heredum ser Joānis: nō asseritur q dicti rei conuēti promiserint aliquid ser Joanni: sed q promiserunt dicte Mariotte: z se referūt ad instrm manu ser Gasparis de factorib᷒. in quo instrō non cōtinetur q promiserint pro dote. Et lz in dicto libello subdatur q dicta Mariotta promiserit sibi dare in dotem dictam
2 quātitatem. ccc. flo. tñ dicta pmissio nō probaṫ ex actis. † Nec presumitur mulier dare in dotē bona sua: qr matrimoniū sine dote esse potest. l. fina. C. de dona. propter nup. Nec iure caueṫ dicta presumptio: prout concludit Bar. in dicta sua disputatione dicēs qd non curat de opinione Aristo. z habetur in. l. mulier bona. ff. de iure dotium. z in. l. nulla. C. eo. ti. z Bal. in. l. fi. C. de sen. que sine cer. quāti. refert Aristo. loqui qñ mulier tradidit bona sua marito: dicens q tunc eius dictū est equum si maritus est dignus dicta dote. Si autē non tradidit videṫ secus presupponere: immo subdit q tunc non potest cogere vxorē ad dādū dotē: licet dicat q possit eā expellere. Ideo nō pbata dicta pmissione dotis deficit fundamentū dictor agentium. Et insuper dato q probarentur deducta in libello: nō propterea concluderetur q dicti rei conuēti venirent condēnādi: quia lz dicta dña Mariotta promiserit dicto ser Joāni dare in dotem dictam quātitatē. ccc. flo. nō propterea dictus ser Joānes habuisset actionē aduersus dictos fratres Mariotte qui promiserāt Mariotte dare quātitatem. ccc. flo. Fuisset enim satisfactum dicto ser Joāni si dicta dña Mariotta dedisset. ccc. flo. aliūde habitos q a dictis suis fratribus vigore dicte promissionis. Vñ dicta pmissio dñe Mariotte obligauit ipsam Mariottā et nō eius fratres eius debitores: maxime cum non deducitur in libello q promitteret dictos. ccc. flo. sibi debitos: sed q promisit dare dictā quantitatē. ccc. flore. Et insuper dato sine preiudicio veritatis q verba libelli intelligantur q promiserit dare illos. ccc. flo. sibi promissos. nō propterea videtur q dicto ser Joāni cōpeteret actio aduersus dictos debitores Mariotte cum non deducatur in libello q dicta domi-
3 na Mariotta cesserit actionem. † Et actio sine cessione regulariter de vno in alium non transfertur vt habeṫ in. l. j. C. de acti. z obli. et in. l. possessio. §. z si possessio. ff. de acquirē. pos. Prout enim non transit dominium sine traditione possessionis. l. traditionibus. C. de pac. ita nec actio sine cessione. Nam ita se habet cessio circa incorporalia prout traditio circa corporalia. vt no. glo. in. l. fi. C. quādo fiscus vel priuatus. z in. l. ad eū. ff. de dona. z per Bart. in. l. non quocūq. §. gaium. de leg. j. Et maxime cū in libello dicatur qd dicta Mariotta promisit dare ser Joāni dictā quātitatem z nō promiserit q dicti sui debitores sibi darent: nec pmiserint dare actionem que cōpetebat aduersus suos debitores. Et ex his cōsequēter deducitur q etiam probatis his que in libello dicta sunt non deberēt obtinere heredes dicti ser Joānis: immo libellus predictus videtur ineptus: quia non concludit actionē competere aduersus dictos reos conuentos. † Et sup libello inepto non potest ferri vali-
4 da sententia. c. cum dilecti. de emp. z vendi. z no. gl. i verbo ƀm insti
5 tu. de oblig. titulo generali. † Et si vnum deduciṫ in libello z aliud probatur habet sequi absolutoria z non condēnatoria. c. examinata. de iudi. z in. l. habebat. ff. de institoria. idcirco dato sine preiudicio veritatis qd probaretur q dicti rei conuenti essent debitores dicti ser Joānis: q ei promisissent dare predictam dotem: non propterea venirēt condēnandi in hoc iudicio ex quo nō fuit deductū in libello q ipsi promiserint aliquid dicto ser Joāni nec q promiserint dicte Mariotte pro dote. Jtem licet procurator dictorū cōuentorū in scđa exceptione asserere videatur dotem esse cōstitutā dicendo q principales ipsius procuratoris scire nō possent in quāta quātitate remaneāt debitores vel creditores in dote predicta: tamen non videtur q eis preiudicet: qr videtur intelligendum in casu quo esset dos: attento q in prima exceptione ipse procurator non appellat dotem: sed dicit occasione asserte dotis. Et sic noluit fateri esse dotem. vnde immediate ponendo illa verba in dote predicta non debet censeri q voluerit confiteri esse dotem: sed debet intelligi de dote asserta: nam per precedentia sequentia declarātur l. si seruus pluriū. §. fi. ff. de leg. j. z. l. qui filiabus eo. tit. et. l. heredes palā. §. sed si notam. ff. de testa. Preterea illa verba videntur verba enunciatiua propter aliud prolata: et verba enunciatiua propter aliud prolata nō probāt. vt no. Bar. z doc. in. l. ex hac scriptura. ff. de dona. z Bal. z doc. in. l. his verbis. C. de testa. mili. Preterea dato q censerentur fateri dotem constitutam non fatentur in quanta quantitate: z sic confessio non est certa et consequenter nō pro-
6 bat. l. certum. in prin. ff. de confes. † Preterea si dicti actores volūt niti dicta confessione debent ei stare prout iacet iuxta no. p Bart. in. l. aurelio. §. idem quesijt. ff. de libe. lega. z qñ nō facta declaratione de certis pānis z bonis de quibus in dicta exceptione nō po-
7 test sciri in quāta quātitate remaneāt debitores vel creditores. † z si non potest haberi certa quātitas debiti nō potest ferri certa snīa prout certa ferri dz. insti. de actio. §. curare. sententia enim incerta regulariter non valet. C. de sen. que sine cer. quāti. l. iij. quasi p totū. Et insuper nō dicitur in dicta exceptione cuius remanerent debitores vel creditores. vnde potest intelligi de debitoribus dicte mariotte cui promiserant. Nec ob. rñsio facta per alterum ex reis conuentis. vj. articulo vel per ambos non curo quatenus offerūt dare residuum computatis pānis zc. quia nō dicunt q offerant dare ser Joanni: sed pōt intelligi qd offerunt dare residuum cui debetur. et sic heredibus dicte Mariotte. Preterea non apparet qd sit istud residuum: ideo non possunt dicti actores niti dicta confessione et obligatione tanq incerta. Et illi ablatiui absoluti quibus cōputatis faciunt conditionē. l. a testatore. ff. de condi. z demon. z. l. victis agris. ff. de vsuris. que conditio non est purificata: quia dicti pāni annui z alie plures res non sunt computate: ideo dicta responsio non releuat dictos actores: et per consequens clare remanet q dicti actores debent succumbere. Et tanq temere ligitantes in expēsis condēnari iuxta. l. eum quem temere. ff. de iudi. z. l. properandū. §. sinautem alterutra. C. de iudicijs. z. c. finem litibus. de dolo z cō-
8 tuma. † Nec obstat qd quidam testes deponunt super consuetudine. quia non probant cōsuetudinem. Tum quia interrogati de cā scientie non reddunt idoneam causaz scientie prout requiriṫ iuxta no. in. l. solam. z in. l. testium. C. de testi. z in. c. causam que. extra eo. ti. Tum quia non asserunt consuetudinem nisi per verbum credit vel iudicio suo. propterea non probant per ea que habenṫ p Bar.
9 in. l. j. de ventre inspi. † Tum etiam quia non deponunt de longa consuetudine prout requiritur ad inducendum iuris dispositionē

10 l. de quibus. ff. de legi. ⁊ C. que sit long. cōsue. per totum. † Nec ob. ꝙ vnus testis deponit ꝙ audiuit dici a dictis fratribꝰ Mariotte reis cōuentis: qꝛ est vnicus ⁊ testi singulari nō creditur. l. iurisiurā. di. C. de testi. ⁊ c. tam literis. ⁊ c. licet ex quada. cū ſi. extra eo. tit. Et insuper nō deponit ꝙ illi asseruerint presente parte ⁊ confessio facta absente parte non probat. l. certum. §. si quis absente. ff. de con
11 fessi. ⁊ l. ſi. ff. de interro. actio. † Nec etiā obstant attestationes triū testium qui deponunt super fama: quia fama per eos nō probatur nam vnus testis vcz Carolus: lz dicat ꝙ audiuerit dici a ser Joāne ⁊ a duobꝰ alijs ꝙ dicti fratres. d. Mariotte ꝓmiserunt dare sibi ser Joāni ⁊ dn̄e Mariotte flore. ccc. pro dotibus et nomine dotis ipsius dn̄e Mariotte: tñ nihil deponit de publica voce ⁊ fama. itē dn̄s Almericus: lz deponat ꝙ audiuit publice dici: tamē nō deponit ꝙ audiuerit a maiori parte populi: prout requiritur ad esse fame iuxta no. per Bar. in. l. de minore. §. tormenta. ff. de questio. Et si vnus publice coram eo dixit: verificatur eius dictum qđ publice dici audiuit: ⁊ tñ non propterea resultat fama etiam si audiuerit a tribus vel quatuor vel pluribus: ⁊ maxime qꝛ potuit a pluribꝰ audire ⁊ non publice. Et ideo lz dictus testis subdat ꝙ audiuit a tali et a pluribus alijs non propterea probat famam: ex quo non dixit ꝙ audiuit a maiori parte vt. s. ⁊ non repetijt ꝙ audiuit publice dici a pluribus: ⁊ propterea ipse non probat iuxta no. per Bar. in. d. §. tormenta. al's. §. si plurium. cuius opinio cōiter tenet̄ prout dicit
12 Jmo. in. l. heredes palam. in prin. ff. de testa. † Itē Benedictus tertius testis in hac parte laborat eodem morbo: ⁊ fortius qꝛ interrogatus in causa scientie dicit ꝙ dici audiuit ⁊ non ꝙ publice audiuerit dici. item non facit mentionem de dote ⁊ per consequens fama non est probata. Et dato sine preiudicio veritatis ꝙ fama esset probata non tamen plene probaret promissionem dotis: quia fama iuuat alias probationes. l. iij. §. eiusdem. ff. de testibus. ideo cuz alijs probationibus probat non sola not. glo. in. c. veniens. el. j. extra eo. ti. Et nonnulli volunt ꝙ faciat semiplenā probationem vt habetur in dictis iuribus. et. l. admonendi. ff. de iureiurā. et in. l. in bone fidei. C. eodem titulo.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxxviij.

1 ☞ Solutio in dubio an presumatur facta in antiquius debitū.
2 Appellationis causa an possit probari ius actoris qđ in prima instantia non fuit probatū. vsq3 ad fi. consi.
3 Suorum appellatione non venit id quod vendicari non potest.
4 Hypothecari non potest res aliena sine domini consensu.
5 Possessio sola an probet dominium quod incidenter deducitur.
6 Diuisio est quedam permutatio similis emptioni probans titulū habilem ad vsucapiendum.

¶ Consilium. cxxviij.



N nomine dn̄i nostri iesu
1 christi. ¶ † Quoniam agitur de parua quātitate ⁊ ꝑ tenui mercede idcirco rem breuiter absoluam. Et circa primum quesitum dico ꝙ vsq3 ad cōcurrentē quātitatē censetur facta solutio pro primo debito septuagintaquinq3 florenorū ⁊ residuum cēsetur solutū pro debito. xxix. flore. quia ex quo cause sunt pares: quia quodlibet debitum est ex causa depositi: quia vt arbitror quodlibet sub obligatione bonorum debitoris. Jdeo solutio cedere debet in dubio in antiquius debitū vt est tex. in. l. in his. in princi. ⁊ in. l. si ex pluribus. in fi. ff. de solu. ⁊ in. l. vbi si deinssor. eo. ti. vbi est tex. ꝙ vsq3 ad cōcurrentem quātitatē solutio accedit in antiquiorē causam. ⁊ si quantitas soluta excedit quātitatem primi debiti id qđ excedit cōputatur in vltimum debitum: et ita formaliter dicendum est in casu isto. s. ꝙ solutio. lxxvij. floreñ. extinxerit primū debitū. lxxv. flo. et duo flo. qui restant censeātur
2 soluti pro dicto debito. xxix. flore. ¶ † Circa scđm vero quesitum non insistam: quia petitur consilium in fauorē dicti Frācisci agentis ⁊ pro eo non videtur posse recte rn̄deri cū vt presupponitur dictus marcus debitor obligauerit generaliter omnia bona sua ⁊ nō in specie domum ad quam agitur. Jdeo oportebat probare ꝙ dicta domus fuerit ipsius Marci vt dicta domꝰ venerit in dicta obligatione: nec sufficit probasse ꝙ dictus Marcus dictam domum
3 possederit. † Nō enim venit appellatione suorū id quod vendicari nō potest vt dicit tex. in. l. quintus. §. argento. ff. de auro ⁊ arg. leg. licet qn̄q3 veniat in legato id qđ bonafide possessum fuit dūmodo probetur qđ testator illud habuit appellatione suorū vt ꝓbat tex.
4 in. l. suos. in prin. ff. de leg. iij. qđ nō est ꝓbatū in casu isto. † Et maxime cū res aliena non possit hypotecari sine domini voluntate. l. res aliena. ff. de pigno. actio. ⁊. l. si rem alie. in prin. eo. ti. ita ꝙ etiaz si fuisset spāliter hypotecata dicta domus agēs hypotecaria haberet necesse probare ipsam domū fuisse sub dominio venditoris ex quo al's non potuerit eam hypotecare. Et propterea debuit dictꝰ actor in casu isto probare ꝙ dictus Marcus qui hypotecauit fuerit dn̄s dicte domꝰ: ⁊ maxime quia prout mihi dicitur ita asseruit in suo libello: licet etiam si id nō asseruisset idem dicendū esset: nec sufficit ꝓbare solam possessionem prout concludit Bar. in. d. l. res
5 aliena. † Et licet quādoq3 ex sola possessione probetur dominium qđ incidenter deducitur. ff. si seruitus vendicetur. l. sicuti. §. si queratur. ⁊ tex. cū glo. in. l. j. ff. fami. hercis. ⁊ glo. in. l. quidam in suo. ff. de condi. insti. ⁊ ibi Bar. ⁊ facit qđ not. Cyn. in. l. j. in. iiij. q. ⁊ in fi. ij. q. C. que sit long. cōsue. secus autem si probat̄ possessio de preterito non de presenti vt no. Bar. in. d. l. quidaz in suo. per. l. et que nōdū sunt. §. qđ dicitur. ff. de pig. ⁊ notata per glo. in. l. j. C. de salui. inter. et facit qđ solet dici per doc. in. l. cū res. C. que res pigno. obli. po. ⁊ qđ no. per doc. in. §. item seruiana. insti. de actio. ꝭm eūdem Bart. Licet autem dictus actor non probauerit dominium dicti Marci super dicta domo. Et propterea videatur ꝙ iuste succubuerit: tamen quia non probatur in prima causa vel secunda potest probari in causa appellationis siue sit scđa causa siue sit tertia per. l. ꝑ hāc. ⁊ ibi per glo. ⁊ doc. C. de tēpo. appella. ⁊ in. c. fraternitatis. extra de testi. ⁊ in cle. testibus. eo. ti. ⁊ dūmoddo non agatur de probando ꝑ testes super articulis antiquis in quibus attestationes fuerint in priori causa publicate vel super articulis directo contrarijs vt probat̄ in. d. cle. testi. ⁊ in. d. c. fraternitatis. sup eisdē autē articulis vel directo ꝯtrarijs pōt fieri in causa appellationis probatio ꝑ instra iⁱ qbꝰ nō cadit timor subornationis ꝑꝑ quē timorē subornationis inductū fuit ꝙ testes nequeāt examiari post didicita testificata sup eisdē articulis vel directo ꝯtrarijs vt in aut. de testi. §. Uo. ⁊ i aut. at qui semel. C. de ꝓba. et habet̄ in. d. c. fraternitatis. ⁊ in. d. cle. testibus. ideo cum mihi dicatur ꝙ possit probari ꝑ testes ꝙ dictus marcus possederit dictam domum per. xxx. annos et vltra et per possessionem bone fidei. xxx. annorum queritur dn̄m. l. si quis emptionis. C. de prescrip. xxx. vel. xl. annorum. ⁊ bona fides presumitur vt per glo. ⁊ doc. in. l. penul. C. de euictio. maxime vbi probat̄ possessio tanti tēporis per. no. per Bar. in. l. celsus. ff. de vsuca. ⁊ in. l. fi. C. vnde vi. † Et prout mihi presupponitur non fuit articulatum in pri-
6 ma causa ꝙ dictus Marcus possederit dictam domū per. xxx. annos: ⁊ sic nō fuit articulatum de tempore dicte possessionis: sed solum fuit articulatum ꝙ dictus Marcus possederit dictam domū potest in causa appellationis probari etiā ꝑ testes dicta possessio dicte domus. xxx. annorū. et per ꝯn̄s ꝙ dictus Marcus habuit dominium dicte domus: ⁊ cōsequēter dicta domus fuerit hypothecata pro dicto. debito. xxix. flo. cum dictus articulus non sit idē articulus cū primo nec directo cōtrarius. Et maxime hoc procederet si probaretur de titulo dicti Marci. prout dictus consultans pretendit se posse probare. Et inter cetera titulum diuisionis: nā diuisio cū sit quedam permutatio seu similis permutationi. l. cum pater. §. hereditatē. de lega. ij. et vicem emptionis obtinet. l. j. C. communia vtriusq3 iudicij: cum permutatio sit similis emptioni. vt. l. ij. C. de rerū ꝑmu. ideo re euicta agitur de euictione. l. si familie. C. fami. hercis. et. l. si fratres. C. communia vtriusq3 indi. ideo diuisio pro dimidia prebet titulum habilē ad vsucapiendū prout emptio et permutatio per dicta iura ⁊ per. l. si per errorem. ff. de vsuca. ⁊. l. si ancillā. §. si pater. ff. pro suo. Et ideo si ipse consultās ꝓbabit dictā possessionē. xxx. anno. vel possessionē cum titulo saltem. xx. anno. debebit obtinere in dicta causa appellationis.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxxix.

1 ☞ Fructus bonorum parafrenalium extantes an cedant lucro mariti vel debeant vxori restitui per heredes mariti.
Fructus naturales ⁊ industriales qui sint.
2 Oleum est de fructibus industrialibus.
3 Fructus naturales vel industriales rerū vxoris quos maritus restituere tenetur. nu. seq. per totum.
4 Bona mariti sunt tacite obligata ꝑ administratione rerū vxoris.
5 Usuras rerum parafrenalium vel dotis an maritus restituere teneatur heredibus vxoris quas percepit vxore viuente.
6 Emptio facta per maritum bona vxoris administrantem tāq3 heredem patris vxoris sue an facta intelligatur noīe sue vxoris. vsq3 ad fi. consi.
7 Contractus gestus cum herede putatiuo valet quo ad ipsos contrahentes.
8 Tanq3 dictio denotare solet improprietatem.
9 Administratorio nomine gestum quando administrator actū gerit qui pertinet ad eum cuius negotia gerit.
10 Dominium an possit transferri in emptore absq3 traditione virtute legati.
11 Heres verus potest petere omne id quod ad petitorium heredem peruenit.
12 Uendita re hereditaria an teneatur venditor ad precium actione petitionis hereditatis.

¶ Consilium. cxxix.



N nomine domini nostri
1 Jesu christi. ¶ † Ad euidentiā primi quesiti est premittendum ꝙ qualiter fructus bonorum parafrenalium debeant cedere lucro mariti doc. sunt varij: quia text. l. fina. C. de pac. conuen. loquitur in vsuris ex actis ex pecunia parafrenalia

parafrenalia debita vxori et decidit ꝙ maritus potest consumere
illas vsuras pro se ⁊ pro vxore sua: ⁊ glo. ibi querit quid in fructib⁹
dicens secus esse q̄r in vsura exigenda interuenit labor ⁊ industria
exigentis non ita in fructibus: verū q̄r in fructib⁹ industrialib⁹ in-
teruenit opa ⁊ industria recolligētis: prout in vsura: ideo appellan
tur fructus industriales: ideo videt̄ eadē ratio in illis militare, put
est illa quā glo. allegat in vsuris. Et ꝓpterea doc. cōiter illam glo.
intelligūt loqui in fructib⁹ naturalibus ⁊ velle ꝙ idem sit in indu-
strialibus qđ ibi dicitur in vsuris prout refert ibi Saly. ita trāseū-
do: ⁊ ita illā glo. allegat Bar. in. l. penul. ff. ad legē falci. ⁊ in cōsilio
suo qđ incipit questio talis est titius habēs vxorē. in ordine mihi
xlj. ꝑm ordinē perusinū nō informis. vbi dicit nō esse dubiū in fru-
ctibus industrialibus allegando. d. glo. ⁊ Cy. in. d. l. fi. dicit Bar. ꝙ
maritus lucratur fructus industriales bonorum parafrenalium: ⁊
constat ꝙ granū ⁊ vinum sunt fructus industriales: quia exigitur
2 magna industria. † De oleo autē videtur magis dubiū: q̄r oliua vi
detur fructus naturalis: nihilominus Barto. in. d. l. pe. tenet ꝙ sit
fruct⁹ industrialis p. l. antepe. ff. de rei vēdi. vbi idē dicit. ⁊ idē vult
Bar. in. l. ex diuerso. eo. tit. ⁊ Bal. in. l. ancille. C. de furtis. ⁊ in. l. j. in
vlti. colū. C. de vsu. ⁊ fruc. lega. ⁊ in. l. pro oneribus. C. de iure dotiū.
3 et Imo. in. d. l. penul. † Circa naturales autē distinguit ꝙ aut sunt
magni ⁊ tenet̄ maritus eos restituere quatenus est factus locuple
tior secus si sunt parui ꝑm eūdem Bar. in. d. l. pe. referēs ita distin-
guere Martinum sili. in quadam eius disputatione. ipse aūt Bar
to. in consilio. s. recitato refert Martinum sili. idez dicere in dicta
sua publica disputatione in fructibus naturalibus qđ in industria
libus. s. ꝙ maritus nō teneatur dictos fructus restituere: cuius opi
nionē ipse Bar. approbat in dicto consilio: nam ꝑm eū ope seruor
equiparant̄ fructibus naturalibus. l. ij. iij. ⁊ iiij. ff. de operis seruor.
et. l. quesitum. ff. de acqui. re. do. Sed vxor a marito non repetit di-
ctas operas. l. si id quod. §. si quas. ff. de dona. inter virum ⁊ vxorē.
ergo nec naturales fructus repetat vxor a marito ꝑm eum in dicto
consi. Saly. autē in. d. l. fi. C. de pac. cōuen. approbat precedentem
distinctionē inter fructus naturales ⁊ industriales ⁊ inter paruos
et magnos: licet in hoc non sit vis quo ad presentem cōsultationē
quia vt arbitror non agitur de fructibus naturalibus: maxime in
magna quātitate. Bal. autē in. l. si viua matre. C. de bonis mater.
refert Bar. consuluisse ꝙ vir tenetur fructus rerum parafrenaliū
restituere vxori qđ ipse Bald. illud verum intelligit quatenus fru-
ctus consumpti excedunt promiscuum vsum: ⁊ sic vult Bal. quod
consumptos in promiscuum vsum ipsius viri ⁊ vxoris vir nō tenet̄
restituere mulieri vel eius heredibus: sed quatenus cōsumpsit ali-
ter q̄ in promiscuos vsus. teneatur etiā fructus industriales bono
rum parafrenalium restituere vxori ⁊ eius heredibus: ⁊ ita proce-
dat opinio Bart. per eum recitata ⁊ glo. in. l. vbi adhuc. C. de iure
dotium. quatenus dicit ꝙ viro non seruiunt fructus rerum para-
frenalium ꝑm eum. Et idem volunt Ange. ⁊ Imo. in. d. l. penul. ff.
ad legem falci. ⁊ Saly. in. d. l. fina. de pac. conuē. qđ ⁊ sentit ibi Bar.
notans ex illo tex. qđ vir potest consumere vsuras pecunie parafre
nalis in cōmunes vsus quasi a cōtrario sentiat ꝙ non possit eas cō
sumere in vsum proprium nō communem. Idem etiā voluit Bal.
in cōsi. mihi. cccccx. incipiente quedam sunt res. vbi ad propositū
inter cetera sic formaliter inquit quedā sunt res que sunt in domi-
nio vxoris ⁊ administratione viri ⁊ iste sunt res parafrenales quas
4 vir administrat sua diligentia ⁊ periculo. † Et pro tali administra
tione bona mariti sunt tacite obligata. C. de pac. conuen. l. fi. in his
vir non facit fructus suos sed potestatē h₃ consumendi in se ⁊ vxo-
rem ⁊ cōmunem familiam: ⁊ quatenus cōsumpsit non tenetur resti-
tuere: sed quatenus extant vel conuersi sunt in res mariti vel eius
5 patrimonium auxerūt repeti possunt ⁊c. † Itē Pau. de cast. in cō-
silio. clxxxvij. ꝑm nouam impressionem incipiente proponitur qđ
domina Catherina concludit ꝙ l₃ vir vsuras rerum parafrenaliū
et a debitore vxoris exactas possit vir circa se ⁊ vxorem expendere:
et tunc non teneatur de illis rationē reddere: quia in exigendo la-
borem habuit non sic in fructibus ꝑm glo. in. d. l. fi. C. de pac. cōuē.
et glo. in. l. vbi adhuc. C. de iure do. que incipit sic. ergo ꝑm eum ꝑm
quā potest assignari alia ratio in vsuris: quia sunt lucrū inhonestū
et odiosum: ⁊ ideo circa ipsas facilius presumitur remissio. argu. l.
cum post. in prin. ff. de iure do. et. l. qui semisses. in princ. de vsuris.
et. l. cum quidam. §. j. eo. titu. ⁊. l. vsuras. C. eo. ti. ⁊ no. Bar. per illas
leges in. l. que dotis. solu. matri. in prima vel secūda col. ⁊ quia non
habemus tex. qui faciat pro viro nisi tex. illius. l. fi. qui loquitur de
vsuris. Sed pro vxore videtur casus in terminis in. d. l. pe. ad. l. fal.
videtur inter diuersas opiniones doctorum securius in consulen-
do et iudicando sequi opinionem glossatorum propter eorum ma
ximam auctoritatem ꝑm eum qui recitata postea opinione Cy. et
ea aliqualiter confutata subdit formaliter. Preterea posito ꝙ di-
stinctio Cy. esset vera tamen in casu nostro non faceret contra Ja-
cobam petentem: quia Cy. vult ꝙ in fructibus industrialib⁹ sit idē
qđ in vsuris: sed in vsuris pecunie parafrenalis exactis tunc demū
non tenet̄ rationē reddere vxori qū eas expendisset circa se ⁊ vxorē
vel cōmunem vsum ipsorum prout dicit text. in. d. l. fi. Sed si al's in
suam vtilitatem conuertisset secus vt ibi colligitur a contrario sen
su. ⁊ arg. eius qđ in simili habetur in. l. titius rogatus. ff. ad trebel.
Sed ꝙ iste maritus consumpserit in causam vsum sui ⁊ vxoris hoc
non apparet nec presumitur: q̄r vt audio probatur ꝙ erat diues et
non indigebat eis pro substentatione communis familie cum ha-
beret de proprijs: et sic etiam stante dicta opinione Cy. non tollit̄
intentio domine Jacobe petentis ꝑm eum. Qui subdit ꝙ tertia
fuit opinio Marti. sili. qui disputando hanc questionem determi
nauit ꝙ in duobus casibus maritus teneatur restituere. s. si extant
vel si sunt consumpti et fuerunt extra vel preter voluntatem vxo-
ris percepti: al's tenuit indistincte ad restitutionem ipsorum non
teneri siue sint naturales siue industriales per. d. l. si id quod. vbi nō
tenetur restituere operas serui que possunt equiparari fructibus
naturalibus cū in eis nullus labor mariti versetur. Bar. autem ali
ter recitat opi. Marti. in. d. l. pe. ad. l. fal. et ad illam legē vbi videt̄
esse casus in contrarium r̄ndet ꝙ si dicimus eam loqui in fructib⁹
licet illa. l. dicat maritum teneri rationem reddere: non tamē dicit
ꝙ teneat̄ eos restituere si sunt ꝯsumpti: ⁊ subdit formaliter Pau.
de ca. breuiter ista distinctio in primis duobus casibus sine dubio
est vera: sed in tertio ꝙ extra illos nullo modo teneat̄ quicūq₃ sint
fructus videtur omnino falsa: ⁊ contra text. d. l. pe. que simpliciter
loquitur: ⁊ sic tam de extantibus q̄ de cōsumptis: ⁊ querit an id qđ
ex administratione apud maritum resedisse constiterit cum ceteris
bonis restitui debeat ⁊c. Et postea r̄ndet ꝙ illud venit in rōne ⁊c.
Unde vt respōsio adaptetur interrogationi quod fieri debet insti.
de inuti. stip. §. preterea videtur dicere ꝙ sit restituendum. Certū
est enim ꝙ illa verba id qđ ex administratione rerum recedisset pe
nes maritum ⁊c. Possunt optime verificari in fructibus per eum
perceptis et in suam vtilitatem consumptis. verum est enim ꝙ illi
resederint ex quo eos non restituit vxori. Et velle restringere illā. l.
ad res principales ⁊ qđ non loquatur de fructibus nulla lex vel ne
cessitas seu ratio ad hoc nos compellit: sed potius in contrariū vt
statim dicam. Item intellectus quem dat illi legi Bar. vc₃ ꝙ l₃ ibi
dicat ꝙ teneatur reddere rationem: nō tamen dicit ꝙ teneatur re-
stituere est contra illum tex. de directo: quia de hoc ibi queritur an
restitui debeat. Preterea si non debet restitui nec ratio esset reddē
da per. l. iulius paulus. et. l. cum seruus. ff. de condi. ⁊ demon. Pre-
terea ratio suadet vt teneatur: quia de rebus alienis ⁊ quas sciebat
alienas percepit. Unde non potest dici bone fidei possessor vt sic
eos lucretur pro cultura et cura q̄m ille dicitur bone fidei possessor
quo ad hoc ꝙ possidet cogitatione domini. C. de furtis. l. apud an
tiquos. i. credit se dominum: ⁊ sic percepit tanq̄ ex re sua: et ꝑ con-
sequens suo nomine videtur percipere: sed quando scit se non do-
minum ⁊ tanq̄ de re aliena percepit videtur percipere nomine do
mini sicut cum quis vendit rem alienam tanq̄ alienam. C. de neg.
gest. l. ab vno. ⁊ fami. hercis. l. in familie. ⁊ in vtraq₃. per Bar. Et sic
statim fuerunt effecti vxoris sicut si ipsa percepisset: ⁊ extātes pote
rat vendicare consumptos cōdicere iuxta no. in. l. certum. C. de rei
vendi. Nec potest presumi animus donandi in muliere: quia si hoc
esset etiam extantes petere non posset quos passa est eum percipe
re: cuius cōtrarium ipse Marti. sili. vult: nam perceptio fit ea sciē-
te ⁊ patiente: sed consumptio posset fieri ea ignorante. Item quia
circa magnam quantitatem non presumitur animus donādi vt in
iuribus supra allegatis: sed in paruis tantum ne amare ⁊ tanq̄ in-
festos res geratur: ⁊ ita loquitur tex. ille in quo Mart. se fundat in
l. si id quod. §. si quas. ff. de dona. inter virum ⁊ vxo. et sic non est bo
num fundamentum: hec Pau. formaliter qui recitata postea pro
quarta opinione Bar. in consilio relata vt supra per Bal. ⁊ ꝑ quin
ta opinione Bal. in. d. l. si viua matre. subdit: cum igitur in casu no
stro non appareat ꝙ eos consumpserit in promiscuum vsum. Nec
sit verisimile: quia vt dicitur erat probatum qđ erat diues ⁊ nō in-
digebat eis pro sustentatione communis familie cum haberet de
proprijs: siue teneamus opinionē glo. cum qua securius est trāsire
in consulendo ⁊ decidendo: vt supra dixi siue opinionem Bald. et
Ang. siue etiam Barto. in dicto consilio habet hec domina suā in-
tentionem fundatam vt heres mariti sit condēnandus ad estima-
tionem fructuum perceptorum. vt. d. l. penulti. ⁊ quod no. glo. pri-
ma. ff. de leg. iij. l. qđ in verbis. Ex quibus patet qđ ꝯcordant Bal.
in. d. l. si viua matre. ⁊ in dicto suo consilio. ⁊ Ang. ⁊ Imo. in. d. l. pe
nul. et Saly. in. d. l. fi. ⁊ Pau. de cast. in dicto suo consilio. qđ si mari
tus fructus rerum parafrenalium etiam industriales ꝯsumpserit
in non promiscuos vsus sui et vxoris seu communis familie tene-
tur illos restituere vxori: quod etiam concludit dominus Recupe
rus de sancto Miniato in subscriptione quam fecit ad supra rela
tum consilium Barto. incipiens questio talis est titius habēs vxo
rem. vbi concludit qđ ex fructibus rerum parafrenalium tenetur
reddere rationem quatenus consumpsit in proprios vsus: quia de
buit consumere in vsum communem sui ⁊ vxoris. vt. d. l. pe. ⁊ no. in
l. si stipulata. §. j. de donatio. inter virum et vxorem. Reperio etiā
idem consuluisse dominum Francis. de acoltis aretinum in cōsilio
suo ꝑm ordinem informis incipiente longa est ista consultatio
vbi plus dicit ꝙ si consumpsit in alimenta communis familie quā

ipse tenebatur alere: quia habebat proprias facultates ex quibus eam alimentare poterat: tenetur illos fructus restituere: quia censetur factus locupletior ex dictis fructibus ex quo tantūdē de suo expendisset: licet hoc de expensis factis in communem familiā sit dubium propter id quod dicit Bal. in dicto suo consilio qui sentit qđ censeatur conuertisse in communem vsum si consumpsit pro cōmuni familia. si autem conuertisset alias in sui vtilitatem puta in emptionem aut permutationez alicuius rei nomine suo tunc ipse Bal. in. d. l. vbi adhuc. in penul. col. clare concludit qđ teneatur eorum estimationem restituere. et similiter Saly. in. d. l. fina. Applicando itaqꝫ ista ad propositum huius consultationis concludendum est circa primum quesitum presupposito qđ bona de quibus agitur sint parafrenalia si fructus extāt prout aliqui presupponūtur extare: ⁊ isti sine dubio aliquo sunt vxoris: ⁊ si essent apud manus heredum viri tenerentur illos restituere per text. d. l. fi. de pac. conuē. vbi vsure exacte extantes sunt restituende vxori seu eius heredibus: fortius sunt restituendi fructus et naturales ⁊ industriales extantes prout omnes concludunt in locis supra adductis: nec in his est aliqua dubitatio. Fortius ergo si ipsi fructus sunt penes vxorem non potest ipsa in eis molestari ab heredibus viri: circa fructus autem consumptos tenendum est ꝙ si non consumpsit in promiscuos vsus sui ⁊ vxoris: sed al's conuertit in sui vtilitatem teneātur heredes viri dictorum fructuum estimationem reddere. lꝫ em̄ Cy. in. d. l. fi. ⁊ Mar. sili. in dicta disputatione ⁊ Bar. in. d. l. penul. simpliciter velint ꝙ fructus saltem industriales consumptos non teneatur vir restituere: tamen se fundant principaliter in. d. l. fina. de pac. conuen. vnde debent intelligi ẜm illam: quia dicta doctorū intelligi debent ẜm leges quas allegant vt notat Bar. ff. de libe. lega. in. l. non solum. §. si liberationis verba. et. ff. de his quibus vt indig. in. l. cum quidam. et licet indefinite loquātur non inconuenit si verba eorum indefinita non equipolleant vniuersali: sed distinguantur ẜm communem opinionem aliorum qui supra recitantur cum indefinita non semper equipolleat vniuersali per iura vulgaria: ⁊ quia tex. vrget in. d. l. penul. et ad tex. d. l. si id quod. §. si quas. licet satis placeat responsio Pau. de ca. de qua supra: tamen vltra eum potest etiam respōderi ꝙ tex. ibi loquitur in operis prestitis per maritum vxori ⁊ tum ratione subiecte materie tituli: tum etiā ex his que subduntur in tex. loquitur in operis prestitis ex causa donationis et non loquitur in bonis parafrenalibus: quia bona parafrenalia sunt bona vxoris que habent extra dotem que volūtate vxoris administrantur per maritum. Et magna est ratio differentie inter fructus bonorum prestitos per coniugem alteri coniugi et inter fructus rerum quarum administratio est iure concessa. Preterea magis presumitur animus donandi per virum vxori ꝙ̄ econtra: cum magis liberales sint masculi ꝙ̄ femine quaruz genus est auarissimum. dicit glo. in. d. l. si stipulata. ff. de donatio. inter vi. Quatenus ergo dictus maritus fructus pceptos ex dictis bonis non consumpsit in promiscuos seu communes vsus tenentur illorum estimationez heredes ipsius restituere dicte mulieri. Et quia regula est qđ administrator alterius tenetur reddere rationem de administratis per eum ⁊ ostendere quid actum est de rebus alienis et fructibus earum per iura vulgaria a qua regula exceptuatur et exorbitat iste casus fructuum rerum parafrenalium consumptorū in communes vsus. Et qui se fundat in casu exorbitanti a regula incumbit ei onus probandi: vt not. per glo. et doc. in clemē. fina. de rescrip. ad hoc qđ no. Bal. in. l. si quis non dicam rapere. C. de epis. et cle. post Jo. an. in. c. j. de homi. lib. vj. et facit quia pro regula presumitur. dicit Bart. ff. si quis cautio. l. quotiens. qđ ⁊ videtur velle Pau. de cast. in dicto suo consilio. s. allegato. nam dictus maritus habebat bona propria vt dicitur cōmunia cum fratribus ⁊ apparet qđ tempore dicte administrationis ipse emit nonnulla bona. vnde militant similes termini cum illis quos pōderat Pau. de ca. vbi supra. Et ideo saltem quatenus dictos fructus verisimiliter nō consumpsit in communes vsus: heredes viri tenentur illorum estimationem restituere per supradicta. Et posset probabiliter attentari ꝙ pro dicta restitutione fructuum: ⁊ sic generaliter pro reddēda ratione administrationis sint bona mariti hypotecata per tex. d. l. fi. C. de pac. conuen. Et si ita est posset dicta vxor vti retentione bonorum mariti retinendo ipsa bona tanꝙ̄ hypotecata: qđ lꝫ nō displiceat: tamē quia non reperij doc. declarare vtrum dicta tacita hypoteca competat pro sorte tantum: an etiam pro vsuris: ideo nō audeo id firmare. Et alio non reperto minus auderem firmare

6 contrarium. ¶ † Restat modo deuenire ad scđm ⁊ vltimum quesitum: circa quod licet videatur dicendum ꝙ dictus Andreas cēseatur emisse pro se et pro heredibus suis non pro dicta. d. Catherina herede dicti Pauli: quia verba dicti contractus videntur clara. nā venditio fuit facta Andree recipienti pro se ⁊ suis heredibus ⁊ nō recipienti pro Cath. Et vbi verba sunt clara non videtur admittēda voluntatis questio vt dicit tex. in. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de leg. iij. Et licet in alio contractu ipse Andreas stipulatus fuerit et receperit pro domina Catherina: non sequitur ꝙ in isto de quo agitur censeatur recepisse pro ea immo potest induci in contrariū videlicet ꝙ vbi voluit recipere pro Catherina id expressit: ita etiā expressisset in isto contractu si pro ea recipere voluisset prout al's in simili dicit in. c. ad audientiam in fi. de deci. Et licet venditio fuerit facta tanꝙ̄ heredi ⁊ fuerit erratum in dicta qualitate: non propterea infertur ꝙ censeatur voluisse recipere pro Catherina herede: nec videt̄ vitiari vēditio propter dictum errorem ex quo de corpore constat per ea que habentur in. l. in venditionibus cum. ll. se-

7 quentibus. ff. de contrahen. emp. † Et al's contractus gestus cum herede putatiuo valet quo ad ipsos contrahentes. ff. de pac. l. quedam. §. cum possessor. et. ff. de consti. pec. l. si post constitutam: et ex quo dictus Andreas habet titulum emptionis et venditionis nō videtur ꝙ possit conueniri petitione here. que regulariter non datur contra titulo possidentem. l. regulariter. cum legibus sequentibus. ff. de peti. here. Nec videtur competere conditione sine causa seu remedium. l. si ⁊ me ⁊ titium. ff. si cer. pet. ex quo dictum prediū habuit eo quia soluit pretium: et sic non absqꝫ causa. Tamen licet predicta videantur vrgere: nihilominus satis verisimile est qđ dictus Andreas emerit effectualiter ꝑ domina Catherina eius vxore cum eius negotia administraret: et verisimiliter sciret se nō heredem. non enim poterat esse heres ab intestato dicti Pauli cui vt arbitror in nihilo attinebat nisi iure affinitatis quo iure non defertur hereditas: vt. l. victrico. ⁊. l. affinitatis. C. communia. de successio. et hoc est ius notissimum: ita ꝙ non cadit verisimilis ignorantia. Et vir et vxor censentur vna caro. c. gaudeamus. de diuor. et capitulo debitum. de bigamis. ⁊ hoc respectu possunt censeri vna

8 persona. Et dictio tanꝙ̄ solet denotare impropriietatem. l. apud antiquos. et ibi Bal. C. de furtis. et no. Bar. in. l. omnes populi. ff. de insti. ⁊ iur. in articulo an statutum extendatur a contrario sensu et attento ꝙ negotium pertinebat ad vxorem dūtaxat ⁊ ipse admi-

9 nistrabat eius negotia. † Et quando administrator gerit actū qui tantum pertinet ad eum cuius negotia administrat censetur administratorio nomine actum gerere. l. post mortē. §. j. ff. quando ex facto tutorum. et ibi per Bart. ⁊ per eūdem in. l. j. §. nunciatio. ff. de no. operis nun. Ex his omnibus videtur non absurde posse attentari qđ intentio contrahentium fuerit vendēdi dicto Andree tāꝙ̄ marito ⁊ administratori dicte domine Catherine. Attento ꝙ verba contractus aperte sonant ꝙ dicta venditio fuit facta ꝓ satisfaciendo ⁊ adimplendo quodam legato seu contractu per quem dicta fraternitas erat obligata dare et restituere dictum petium terre pro dicta quantitate heredibus dicti Pauli. Et ideo omni meliori modo ⁊c. vendiderunt ⁊c. Pro dicto legato implendo. sed nō resultaret implementum dicti contractus seu legati per venditionem factam Andree tanꝙ̄ Andree qui non erat heres nec verisi'r heres putabatur: idcirco satis persuadetur ꝙ censeatur facta venditio dicto Andree pro dña Catherina. Uerū quia verba sunt multum precisa in contrarium non audeo precise id firmare. Sed dato ꝙ censeatur Andreas emisse pro se ⁊ non pro domina Catherina: tamen puto tenendum ꝙ dicta domina Catherina possit dictum petium terre petere aduersus heredes dicti Andree: ex quo ad dictum Andream dictū prediū peruenit tanꝙ̄ heredem dicti Pauli et ex causa hereditaria vigore legati facti dicto Paulo seu eius he-

10 redibus. † Et licet dictus Andreas soluerit precium tamen quia dicta venditio fuit facta vigore precedentis legati censetur illud predium habuisse iure legati per ea que habēt̄ in. l. ⁊ si equo precio. de leg. j. Adeo ꝙ licet ex emptione non transferatur dominiū sine traditione per. l. traditionibus. C. de pac. ⁊. l. clauibus. ff. de cōtrahen. emptio. tñ virtute legati absqꝫ traditione ipso iure trāsfertur dominium in emptorem per. l. vxorem. §. agri plagam. de leg. iij. et ibi per Dy. ⁊ Bar. ⁊ idem tenet Cy. in lectu. in. l. j. communia de leg. in. ix. q. quod ⁊ tenuit Bald. ibi. Et per consequens videtur illud predium potius consecutus fuisse tanꝙ̄ heres dicti Pauli ⁊ consequenter possidere pro herede: ⁊ ideo peti possit per verū he-

11 redem prout est dicta dña Catherina petitione hereditatis. † Id enim qđ peruenit ad putatiuum heredem tanꝙ̄ ad heredem peti potest per verum heredem licet ꝯcurrat aliquis titulus prout apparet si quid solutum fuit putatiuo heredi ex debito hereditario. Nam tunc militat titulus pro soluto vt in titulo pro soluto per totum: ⁊ tamen constat ꝙ tenetur petitione hereditatis. l. euicta. ff.

12 de peti. here. ⁊. l. sed ⁊ si lege. §. quod ait. co. tit. † Similiter si qs vēdit rem hereditariam: lꝫ precium habeat titulo venditionis: tamē tenetur petitione hereditatis ad ipsum precium. l. si rem ⁊ preciū. et. l. seq. cum simi. ff. eo. ti. facit etiam. l. si post constitutam. ff. de ꝯsti. pe. Et sic non obstat ꝙ dictus Andreas possederit dictum predium titulo pro emptore ex quo predium sibi venditum fuit tanꝙ̄ heredi dicti Pauli vigore precedentis obligationis hereditarie. Ex quibꝰ concludendū arbitror ꝙ dictū prediū debeat restitui dicte dñe Catherine soluto tñ precio prestito ꝑ dictū Andream.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxxx.

☞ Communitas Bulsene pascua vendens cuiusdam terre teni-

1 menti et faciens prohibitiones ne animalia immitterentur in dictis pascuis et locis sciente et patiente tertio qui pretēdebat habere ius

bere ius in dicto tenimento an acquisiuerit dominium dicti teni-
mẽti contra dictum tertium ex dictis actibus.per totum.
Possessio seu possidendi vel possessionẽ continuandi animus mu-
tatus nõ presumitur.
2 Possessio non cadit in loco vel re incerta.
3 Dubitatio alicuius rei est bone fidei et equiparatur ei qui rẽ alie-
nam ignorat.nu.7.
4 Fama non probat qñ agitur de dominio de presenti: fallit qñ agi-
tur de dominio antiquo.
Dominium alicuius rei quibus probetur.nu.seq.
5 Presumptio vel probatio per presumptionem sapit quandã spe-
cialitatem.
6 Fama non probat nisi qñ habet ortum ex probabili causa.
7 Possessio et consequenter dominium seu quasi vel vsucapiẽdi cõ-
ditio propter incertitudinem non consequitur per ementem rem.
8 Actio publiciana an causetur ex scientia.nu.seq.
9 Transactio an sit titulus sufficiens ad dominium transferendum
quando cum domino transigitur: et quomodo arbitramentũ est
transactionis species.nu.seq.
10 Possessio longi tpis inter presentes an causet rei possesse dñium:
⁊ quõ dicatur inter presentes possideri: ⁊ cõtinuatio possessionis
longi temporis ⁊ longissimi habita vigore concessionis summi põ-
tificis presumit omnia solenniter acta.

¶ Consilium.cxxx.



In nomine domini nostri
1 Jesu christi. ¶ †Elegãter discussa est presens cõsulta
tio per excellentissimũ.U.J.doctorem dñm octauia-
num.d.Francis.de briscidis de viterbio olim discipu-
lum meũ ⁊ in presentiarũ vti fratrẽ honorandũ. Adeo ꝙ eius egre
gie dictis merito acquiescere possem ⁊ sola subscriptione vti: verũ
quia per cõsultantẽ requisitus sum vt aliqua scribam ne cuiꝙ for-
te videatur nõ multum accurate ad subscriptionẽ descendisse: id-
circo breuiter nõnulla subnectã. Et quidẽ cõsidero ꝙ cõitas bulse
ne iam diu fuit ⁊ est in possessione tenimenti de quo agitur. lʒ eniʒ
qñ cõtingit ꝙ pascua venderentur aliqua portio precij forte dimi-
dia fuerit tradita dicto dño Ualerio aduersario dicte cõmunitatis
bulseñ.a certis annis citra: tñ venditiones semp fuerũt facte p cõ-
munitatem bulseñ. sciente ⁊ interueniẽte qñꝙ dicto dño Ualerio
tãꝙ vno de populo seu de consilio dicte terre non tãꝙ pretenden-
te aliquod ius in dictis bonis que vendebantur: ⁊ pariter facte fue
runt prohibitiones ne bestie seu aĩalia immitterentur in dictis lo-
cis per dictam cõitatem seu eius consiliũ cõitatẽ representãs tãꝙ
in bonis ad dictam cõitatem pertinentibus nulla facta mentione
de dicto dño Ualerio: ⁊ sic dicta cõitas fecit cõtinuo actus insoli-
dum qui geri non poterant citra ius ⁊ nomen possessionis: ita qꝺ
ipsa cõitas censetur semper cõtinuasse possessionẽ insolidum dicti
tenimẽti de quo agitur prout insolidũ sñiam seu arbitramentum
obtinuit cuius vigore possessionẽ apprehendidit dicti tenimenti:
et per multos annos illam continuauit absꝙ eo qꝺ aliquid dede-
rit dicto dño Ualerio. Nec presumitur mutasse animum cõtinuan
di possessionẽ insolidum.ar.l.eum qui mutatam.ff.de proba.et qꝺ
not.per glo.⁊ doc.in.l.siue possidetis.C.de pba.⁊ per doc.in.c.cuʒ
ad sedem.⁊.c.olim.de resti.spo.maxime continuãdo actus q respi-
ciunt possessionem insolidum. Et licet per aliqua tẽpora dicto do-
mino Ualerio dederit aliquam portionẽ de pecunijs redactis ex
precio venditionis pasture: tñ potuit illud facere rõne dubitatio-
nis ne dictus dñs Uale. aliquod ius pretenderet in dñio ⁊ proprie
tate dicti tenimẽti. Et qꝛ non erat certa de iurib⁹ dicti dñi Ualerij
noluit sibi preiudicare in possessione dicti tenimenti qꝺ demõstrat
qꝛ nõ permisit ꝙ dictus dñs Uale. se intromitteret circa possessio-
nẽ dicti tenimẽti: sed voluit ꝙ si quid dictus dñs Ualerius perci-
piebat illud perciperet per manus cõitatis: non auteʒ per manus
emptorũ. Sed oĩa que cõcernebant dominium et possessionẽ dicti
tenimenti de quo agitur continuo gesta fuerunt noĩe cõitatis nõ-
nũꝙ interueniẽte dicto dño Ualerio: non tãꝙ ꝓtẽdente aliqꝺ ius
vt dictũ est. Et ideo non potest censeri ꝙ dictus dñs Ualerius ali-
quã possessionẽ quesiuerit per dictam solutionem per predicta. et
etiam quia nõ dicebatur prout arbitror ꝙ dicta pecunia sibi solue
retur pro aliqua certa portione quam dictus dñs Ualerius habe-
ret in dicto tenimento. Et licet forte solueref dimidia pecunie re-
dacte ex venditione: tamẽ qꝛ iura que pretendebat dicta cõitas in
dictis bonis concernebant aliam vtilitatẽ ⁊ cõmodum ꝙ̃ precium
qꝺ redigebatur ex venditionibus predictis nõ declarato ex qua cã
traderentur dicte pecunie non deducitur quam portionem pretẽ-
2 deret habere dictus dñs Ualerius in dicto tenimento. † Et locus
incertus vel portio incerta possideri non potest.l.locus incertus.
ff.de acqui.pos. Ex quibus deducitur ꝙ dicta cõitas bulseñ.semp
fuit in possessione ⁊ possedit longissimo tempore vltra quadragin
ta annos: ideo censetur prescripsisse: ⁊ dato ꝙ al's non habuit inte
grum dominiũ dictorũ bonorũ: tñ vtile dominium prescriptione
quesiuerit per.l.si quis emptionis.C.de prescrip.xxx.vel.xl.anno.
et quesiuerit exceptioneʒ aduersus actiones reales vel personales
si que cõpetijssent dicto dño Ualerio per.l.sicut.⁊.l.omnes.eo.ti-
3 tu.†Et licet p aliqua tẽpora ante perfectã prescriptionẽ longissi-
mi tẽporis dubitauerit de iurib⁹ dicti dñi valerij: nõ ꝓpterea cessa
uit prescriptio nec censetur fuisse in mala fide: nam dubitãs semp
interpretatur esse bone fidei si quam habet occasionẽ dubitãdi: qꝛ
equiparatur ei qui ignorat rem alienam.l.manifestissimi.§.sin au-
tem dubius.C.de furtis.⁊ in ambiguo possessor debet potius sibi
fauere ꝙ̃ dissauere: qꝛ debet se conformare consciẽtie legis ⁊ dispo-
sitioni legali cum leges sint per ora principum diuinitus promul-
gate prout hec formaliter dicit Bal.in consilio mihi.xcix.incipiẽ.
hec materia est altioris inquisitionis. Cũ itaꝙ dicta cõitas possi-
deret dicta bona: ⁊ possessore presumitur vt per Inno.in.c.cũ
olim.de priui.et per moder.in rubrica.ff.de noui ope.nũ.⁊ facit qꝺ
habetur in.l.sicuti.§.si queratur.ff.si seruitus vendicetur: lʒ dictus
dñs Ualerius ostẽderit suaʒ emptionẽ: ⁊ forte fama foret ꝙ aucto
res sui auctoris habuerint dictũ castrũ ⁊ suũ tenimentũ pro aliqua
parte: ⁊ in factis multũ antiquis fama ꝓbet prout ⁊ dicit ad aliud
4 propositum dominus cõsulens ⁊ multa alia adduci possent.†Ta-
men al's bis consulendo visum fuit ꝙ vbi agitur de probando do-
minio de presenti: lʒ per famam probetur dominium antiquũ au-
ctorum: non tamen probatur dominium de presenti: licet semel do
minus presumatur hodie dominus per.d.l.siue possidetis.quia ad
probãdum dominium de presenti concurrerent due specialitates:
l. pe. ff. de questi. sed in casu nostro dictus Gaspar fuit captus et in
carceratus iniuste nō precedentibus aliqbus inditijs solū ad requi
sitionē cuiusdā Silij vt deprehēditur ex cōmissione gubernatoris
qui licet sit superior: tamen et ipse est subiectus legibus: nec potest
aliquid decernere cōtra ius cōmune qđ est ius superioris. l. formā.
C. de offi. prefec. preto. orien. et per glo. cōmuniter singu. quā doct.
approbāt in. c. fi. de here. lib. vj. ⁊ est glo. similis in cle. j. de verb. sig.
que ad illā se remittit: itaqꝫ nō iustificatur illa captura ⁊ incarcera-
tio ex precepto superioris: nec sumus in principe qui non est subie
ctus. ll. per iura vulgaria. Licet si fuisset princeps non iustificata
fuisset tortura ex preceptis factis: prout facta fuerūt in hac causa
per gubernatorē prout deducit patronus cause nō adduco qꝛ non
sumus in principe et insup nō mādauit dictus supior ꝙ torqueret
dictū Gasparē: sed ꝙ potestas caperet informationē a dicto ser Si
lio de certis assertis pecunijs ablatis per dictum captum de domo
Michaelis. ⁊ ipso reperto culpabili pcedat cōtra eum vt iuris fue
rit nō ergo mādauit vt torqueret nō precedentibus inditijs qđ est
cōtra ius cum mādauerit procedi: vt iuris fuerit. Item mandauit
procedi eo reperto culpabili. Nō ergo anteq̄ reperiatur culpabilis
his presuppositis cum in casu isto nulla precedebant inditia ante
incarcerationē hoc est expeditū: quia illa penitus de facto pcessit.
Item ⁊ ante torturā nulla precesserūt inditia vt probabo. Ideo cō
fessio dicti Gasparis nō releuat curiam vt possit eum cōdemnare.
Solū ergo est instandū an inditia precesserint. Et profecto fuerūt
examinati plures testes ante torturam pro parte curie: tamē non
3 citata parte. ¶ † Testes autē examinati nō citata parte nō faciūt
inditiū sufficiens ad torturam: no. Bal. in. l. fi. ff. de questi. ⁊ Saly.
in. l. fi. C. eo. ti. ⁊ facit qđ no. Bar. in. l. si qs. ff. de adul. Testes enim

nō debēt examinari nō citata parte. l. si quādo. C. de testi. c. ij. extra
eo. titu. ⁊ testis qui nō debuit examinari examinatus nō facit indi
cium: vt no. Bar. in. l. j. §. idem cornelio. ⁊ §. diuus. ⁊ §. si seruus. et
in. l. maritus. ff. de questi. ⁊ Bal. in. l. seruos. C. de testi. ⁊ in. l. si quis
ex argentarijs. §. ij. ff. de eden. vnde nō debuit torqueri per attesta-
tiones dictorū testium que non fuerant recepte citata vel monita
4 parte. Et si dicatur fuerūt postea repetite in pſentia partis. † Re-
spondetur ꝙ inditia superuenientia post torturam nō iustificant
confessionē factam metu torture precedentis: prout volunt glo. et
Bar. in. l. maritus. de questi. Bal. in. l. fi. C. de accusa. per glo. ibi. et
gl. in. d. l. maritus. ⁊ Ang. de are. in. d. tract. de male. verbo ꝙ fama
in tractatu torture. ver. vbi iudex ꝙ suadet ratio: quia pars citata
habet pbabiliter timere ꝙ prout fuit iniuste tortus: ita ⁊ verisimi-
liter torquebatur si ipse instabit cōtra testes examinādos sup indi-
5 tijs. Et metus future torture sufficit vt premisi. † Sed posset circa
hoc instari qđ immo testes examinati faciunt inditiū contra non
citatū: vt voluit ipse Bar. in. l. a sentētia. ff. de appel. volēs ꝙ testes
examinati in causa titij et sempronij faciunt inditiū contra gaium
qui nō fuerat citatus in illa causa. arg. illius tex. ⁊ idem voluit ipse
Bar. in. l. admonēdi. ff. de iureiur. facit glo. in. l. res hereditarie. C.
de cri. expil. here. tamē respōdetur ꝙ illi testes fuerūt rite examina
ti prout examinari debebant. Nec iudici vel cuiqꝫ potest imputari
quare tertius nō fuit citatus: sed quādo testes examinātur contra
aliquē secus est quia imputandū est quare in presentia partis non
detulit iuramentū attēto ꝙ in eius preiudicium veniebant exami
nandi. arg. l. de vnoquoqꝫ. de re iudi. ⁊. d. l. si quādo. cum si. insuper
non video ꝙ testes examinati probent inditiū sufficiens ad tortu-
ram pfecto attestationes dñe Joanne ⁊ dñe Catherine dñe Lau-
rentie nō sunt extense in copia ad me delata recensentur tamen et
refellūtur in certis allegationibus factis in causa ⁊ vt opinor iam
ostensis iudici ad que me remitto maxime pter temporis instan-
tiam. Et subdo ꝙ prout percipio non fit inquisitio super furto far
delli: sed sup furto pecunie: licet inquisitionis copiā aut cōfessio-
nis nō viderim: sed cōsidero preceptū superioris ꝙ super pecunijs
assertis ablatis per dictū captum de domo Michaelis sui affinis:
item cōsidero ꝙ post torturā cum curia assereret dicto Gaspari ꝙ
in sua confessione non dixerat verum ꝙ. d. Anselmus portauisset
dictam pecuniarū quantitatē ad domū ipsius Gasparis ipse inste
tit ꝙ super confessionis veritate diceretur ꝙ mitteretur pro eius
vxore que vocata et accedens dixit esse verū ꝙ. d. Gaspar portauit
ad domū dicti Gasparis quosdā denarios. itaqꝫ super ista pecunia
que asseritur per Anselmū portata ad domū Gasparis mihi psua-
deo formatā inquisitionē ⁊ emanatam confessionē ⁊ non super far
dello ꝙ dicitur traditū in domo dicti Michaelis: itaqꝫ dicti testes
loquentes de dicto fardello tradito apud domū Michaelis nihil
iudicant de hoc maleficio pecuniarū. Nec insuper instatur ꝙ aliqđ
fardellū fuerit ablatū forte illud fardellū erat de rebus ipsius An-
selmi vel ipsius Gasparis prout super hoc latius instat allegans et
recte. Itaqꝫ non mirū si mittens scripturas nō curauit mittere co-
piam extensam attestationū istarum duarū testiū: similiter non ha
beo extensam attestationē tertie testis vcꝫ Laurētie que deponit
de auditu prout asserit allegās nescio quid audiuerit cōstat testem
de auditu nihil probare per iura vulgaria: item dicitur ꝙ est singu
7 laris testi aūt singulari nō datur fides per iura vulgaria. † Et licet
vnus testis faciat inditium. vt per Bar. in. l. maritus. ff. de quest. ⁊
per Bal. in. c. j. §. sacramentū. de cōsue. feu. facit glo. in. l. cum pba-
tio. ff. de proba. tamē illud verū quādo deponit directe sup malefi-
cio: puta quia deponat ꝙ vidit talem cōmisisse furtum vel homici
dium: de quo agitur ita loquitur Bar. in. d. l. maritus. et glo. in. l.
quisquis. C. ad leg. iul. maie. sed testis deponēs super aliquo ꝙ indi
cat delictū de quo agitur: quia prebet aliquā suspitionē seu conie-
cturam delicti predicti: tunc debet probari saltē per duos testes vt
per gl. Bar. Bal. ⁊ doc. in. l. fi. C. fami. hercis. ⁊ facit glo. in. l. ppone
batur. ff. de leg. ij. ⁊ not. Bar. l. fi. ff. de quest. vbi Bar. declarat vt. s.
quādo vnus testis sufficit ad inditiū ⁊ qn requirūtur plures testes
similiter Laurētius quartus testis est singularis ⁊ deponit ex audi
tu qui nō releuat vt. s. ⁊ maxime qꝛ illa a qua dicit audiuisse depo-
nit contrariū. s. ꝙ nō est verū id qđ dixit Laurētius. s. ꝙ ab ea audi
uerit illud qđ deponit sed sibi dixit sta forte non cōfessare niente. ⁊
sic sunt testes cōtrarij. Itaqꝫ si essent mille id deponētes nō facerēt
aliquod inditiū cōtra dictum Gasparē ꝙ subtraxerit pecunias de
domo Michaelis: nec video in scripturis mihi ostēsis quid etiam
per indirectū conferat ad propositū: si tamē cōferat nō refert quia
non faceret inditium per alia media. s. deducta. Nec similiter alij
testes quicqꝫ probant cōtra dictum Gasparem ita ꝙ nō est vnicus
qui deponat aliquid qđ plene probatū faceret inditium aliquod
ita ꝙ aperta fronte potest cōcludi ꝙ nullū inditiū saltē sufficiens
ad torturā est probatū etiam per testes examinatos post torturā.
Nec etiam obstat dictū sue vxoris: tum quia non reperio ꝙ dixerit
iurata: tum quia nō deponit de tempore: tum quia nō deponit ꝙ
pecunia quā prout ipsa asserit portauerit ille Anselmus fuerit pe
cunia Michaelsi de qua agitur maxime cū nō appareat aliquam
pecuniam

pecuniam Michaelis fuisse subtractam vel deperditam neq; per famam neq; per aliquas coiecturas: tum etiam quia quodammodo instigante dicto Gaspare illa videtur deposuisse qui Gaspar quicqd faciebat agebat metu tormentorũ qui metus cẽsetur durare: vt.s. deductũ est dicitur etiã allegari ꝙ dictus Gaspar non erat solitus accedere ad domũ dicti Michaelis nisi tempore sue infirmitatis: ideo propter talem frequentationẽ presumatur contra eum per.l. dñs horreorũ.ff.locati.et ꝙ ibi no.Bar.quia respõdet dñs allegãs istud non apparet ex actis:ideo nõ attendendũ per ea que habentur in.l.illicitas.§.veritas.de offi.presi.cum concor. item.d.l.domi nus horreorũ loquitur ⁊ ita Bar.ibi quãdo de delicto cõstat plene vel ex ꝓbabilibus cõiecturis: quia tex.loquitur effractis horreis.⁊ Bar.loquitur quãdo domus frangitur de facili torquentur vicini non dicit ꝙ absolute.Sed ex leui alio inditio ita videtur quod sint intelligenda illa verba de facili infert ꝙ quando maleficia occulta fiunt iudices solent capere vicinos pro perquirenda veritate.Non dicit ꝙ ex hoc solo eos torqueat. Et ꝓsupponit maleficia cõmissa. Sed in casu nostro nihil presupponitur apparere de furto neq; plene neq; per probabiles cõiecturas merito ⁊c. Et maxime attenta qualitate rei que dicũtur subtracte: quia nõ ita de facili innotescunt per breuem conuersationẽ vbi reponũtur prout alie res que magis palã retinentur. Et persuadetur ꝙ pecunia ex cassa nõ fuerit subtracta:quia pro parte Gasparis deducit ꝙ dictus Michael cuius pecunia dicitur subtracta retinebat pecuniam muratam in quodã pariete ⁊ in sua infirmitate illã manifestauit sup quo deponunt duo testes videlicet Frãciscus cobelli qui deponit ꝙ dictus Michael dum laborabat in extremis manifestauit certã pecuniarum summã que erat abscondita in quodam pariete sue domus et ꝙ.d.pecunie fuerunt diuise inter sorores ipsius Michaelis: quia de hoc est publica vox ⁊ fama ⁊ notum ⁊ manifestũ per.d.ciuitatẽ. item magister gentilis deponit ꝙ fuit requisitus a consanguineis dicti Michaelis vt curaret dictum Michaelem. Et si posset sciret in quo loco dictus Michael egrotus tenet pecunias. Et dictus magister gentilis dixit eidem se vole guarire se vole trouare cento ducati e farli stillare dentro vno pollo. Et tunc.d.Michael dixit credi che me gioui che litronaro. Et tunc vocauit eius consanguineas et fecit se portare prope quendã parietem vbi erant pecunie circa quantitatẽ.cccc.ducatorũ prout ipse audiuit a dictis consanguineis ⁊ ꝙ fuerunt diuise dicte pecunie inter eas consanguineas. Et ipse testis habuit vnũ ducatũ pro labore ⁊ notificatione:profecto ex his attestationibus eliciuntur cõiecture ꝙ.d.Michael non haberet pecuniã in cassa neq; in loco tali ꝙ innotesceret habentibus breuem conuersationẽ in domo ex quo erant ignoti sororibus que verisimiliter habebant maiorẽ conuersationem in domo Michaelis quã ipse Gaspar.et ex quo pro habẽdis centũ ducatis fecit se portare ⁊c.vt.s.est verisimile ꝙ nõ habebat quãtitatem centum ducatorũ alibi saltem in domo: et licet dicti testes forte non plene probent predicta tanq̃ contestes:saltem debilitant dicta aliorum testium examinatorum pro parte curie qui etiam sunt singulares: vt.s.adminiculantur etiã alie probationes super fidelitate ⁊ bona fama dicti Gasparis. arg.l. non omne.§.a barbaris. de re mili. Et innuunt verba Bar. in.l.i.ff.de questi. ꝙ cõuersatio in domo sola non sufficiat nisi sit homo male cõditionis.⁊ fame:ita ꝙ probatio bone fame ⁊ cõditionis eneruat inditiũ non multũ efficax ⁊ adducit Bar.d.l.dñs horreorũ.forte ponderans ꝙ loquitur de tortura seruorum qui sunt viles persone:deducitur ergo ex premissis ꝙ dicte confessiones tanq̃ facte metu tormentorũ iniuste habitorum hoc est non precedentibus inditijs nõ artant ad condemnationem:sed dictus Gaspar tanq̃ delicto non probato veniat absoluendus. postremo dicitur ꝙ in cõfessionibus non exprimitur mensis deductus in inquisitione.s.cõmissi delicti ita ꝙ nõ probatur inquisitio seu que necessario deducebãtur in libello.l.libellorum. de accusa. si autẽ non esset necesse probare mẽsem cõmissi delicti frustra necessario apponeretur in accusatione seu inquisitione. ¶ †Et hoc qñ reus accusatus vel inquisitus veniat absoluendus si non probatur mensis cõcludit Bar.in consi.ccxix. incipiente Catherina accusauit.et idẽ Bar.in.l.is qui reus.de publi.iu.dicit ꝙ qui ponit diem in libello accusationis debet illum probare al's succumbit ꝺm eum licet hoc sit magis dubiũ:idem concludit Bar. in.l.denunciasse.§. quid tamẽ.ff.de adul.s.ꝙ si probatur delictũ alio loco vel tempore quam sit deductũ in libello accusationis nõ potest reus condẽnari sed absolui quia diuersitas loci vel temporis facit diuersificare delictum hoc est aliud esse delictũ quã illud intentatũ tangit Ange.in cõsi.incip.in causa accusationis producte in ordine.ccxvij.ꝺm ordinem informis in.v.col.adduceñ.l.ij.§. docere.ff.vi bonorũ rap.⁊ ꝙ per Jac.de are.⁊ Cy.in.l.si de possessione.C.de ꝓba.et ꝙ per Guil. de cu.in.l.item exigit. de dolo. et per Dy. in.d.§. quid tamen. Si itaq; probaretur furtũ ⁊ non locus vel mensis in accusatione deductus non videtur cõcludenter probatum delictum in inquisitione deductũ:ideo ex illa inquisitione non possit sequi cõdemnatio. Ex quibus omnibus simul iũctis videtur aperta fronte posse cõcludi quod dictus Gaspar veniat absoluendus. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cxxxv.

1 ☞ Priuilegiũ cõcessum terre de saxoferrati per papã ꝙ omnes prime ⁊ secũde ciuiles ⁊ criminales debeant audiri ⁊ per officiales dicte terre cognosci nec inde quoquo modo extrahi an sit reuocatum per aliam bullã pape disponentẽ ꝙ in causis homicidij appellari nequeat nisi ad gubernatorem.per totum.

2 Dispositio seu lex debet illa attẽdi duabus simul concurrentibus que habet maiorem causam specialitatis vbi non discernitur de specialitate alterius.

3 Papa vel princeps an presumatur scire iura vel priuilegia specialia per eum concessa.

4 Clausula generalis non obstantibus quibuscũq; quid importet ⁊ quomodo non tollit statuta.

¶ Consilium.cxxxv.



In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ †Licet videatur in hac cõsultatione prima facie dicendũ ꝙ dicta cõstitutio Pij ⁊ successiue constitutio Pauli que specialiter disponunt ꝙ in causis cõtra homicidas vertẽtibus solũ appellari possit ad gubernatorẽ ciuitatis vel ꝓuincie ⁊ non ad aliũ officialẽ. Cum ergo dicta terra saxiferrati non habeat gubernatorẽ specialẽ vel faciat ibi residentiã:sed solũ ab extra habeat generalẽ gubernatorẽ totius prouincie vcꝫ legatũ vel vice legatũ Marchie qui alibi residentiã facit si seruatur bulla Pij et successiue bulla Sixti nõ põt militare dispositio dicti breuis:ergo videtur derogatũ dicto breui: tum quia posteriora iura derogant prioribus.c.j.de cog.spiri.cañ.vasa.de cõse.dis.ij.c.j.de cõsti. lib.vj. Item ⁊ scðo quia dicte cõstitutiones Pij ⁊ Sixti loquũtur in specie de appel.interpositis a sententijs latis cõtra homicidas ⁊ dictũ breue loquitur generaliter in qualibet causa ciuili ⁊ criminali non exprimendo de causa homicidij et in sui generalitate cõprehendit appellationes a sentẽtijs latis pro homicidijs quã contra homicidas bulle autẽ predicti Pij ⁊ Sixti loquũtur dũtaxat de appellationibus interpositis a sententijs latis cõtra homicidas: vnde dictum breue hoc respectu est generale ⁊ cõstitutiones predicte sunt speciales generi aũt per speciẽ derogatur vt in regula generi in.vj. cum cõcor.ideo generalis dispositio distinguitur ⁊ moderatur per specialem vt per Dy.in.d.regula generi per Bar.in.l.j.in prin. de no.ope.nun.⁊ in extrauag.ad reprimẽda. in verbo nõ obstãtibus. col.ij. Et maxime ⁊ tertio quia bulla ⁊ cõstitutio Sixti habet clausulam derogatoriã. Nam dicitur nõ obstãtibus que Pius noluit obstare ceterisq; cõtrarijs non obstãtibus quibuscũq; per quã clausulam videtur derogatũ omnibus que in cõtrariũ facerent:ergo videtur derogatũ dicto breui in cõtrariũ faciente:operatur eñ dicta clausula ꝙ dispositio virtute dicte clausule derogat his quibus al's nõ derogaret vt per Bar.in.d.extrauag. dicto verbo nõ obstã.per Jo.and.⁊ doc.in.c.j.de exces.prela.per Bar.in.l.si qs.in prin.testamenti.per Bal.in.l.humanũ.C.de legibus.⁊ sparsim per docto.in infinitis vt ita dixerim iuribus. ¶ His tamẽ non ob.cõtrariã sententiam arbitror magis iuri cõsonam. Nam regula est ꝙ iura noua distinguant per iura antiqua.l.nõ est nouũ.⁊.l. nam ⁊ posteriores. ff.de legi.per glo.⁊ doc.in.l.sciendũ.in prin.ff.qui satisd.cog.etiã si ius nouũ habet clausulã derogatoriã non obstãtibus alijs.ll. quia intelligitur de alijs legibus que nõ possunt per distinctionẽ vel limitationem concordari ꝓut voluit Bar.in.d.l.sciendũ.per glo.in verbo vacãtibus.in auẽ.de here.ab intest.in prin.col.ix. ꝙ est mẽti tenendũ dicit Ang.ibi idẽ tenens ꝙ ⁊ tenet ibi Bal.dicẽs ꝙ dicta glo.est vera:quia talis clausula recipit etiã alias interpretationes iuxta no.in.l.iij.§.si is pro quo.ff.ꝙ quisq; iuris.⁊ in auẽ.hoc inter liberos.C.de testa.ꝺm eum ꝙ ⁊ tenet ibidẽ Pau.de cast. dicẽs hoc esse verũ nisi in lege noua dicatur nõ obstante aliqua.l.generaliter vel spãliter in cõtrariũ faciẽte ꝓut no.Bar.in.d.extrauag.ad reprimenda.in verbo nõ obstãtibus.ꝺm eum. Et ibi Bar.tradit eãdem theoricã cum dicta limitatione Pau.de ca.in.ij.col. Et sic patet ꝙ per dictã clausulã nõ obstãte aliqua lege positã in lege generali nõ tollitur lex specialis faciẽs in cõtrariũ prout volunt ꝓfati doc.post dictã gl.ideo dicte generales bulle ⁊ cõsequẽter cõstitutiones principum nõ derogent speciali cõstitutioni põtificis que potest cõcordari cum dictis bullis.s.ꝙ procedãt regulariter:sed limitentur per dictã specialẽ dispositionẽ.s.ꝙ nõ procedat quãdo per tales cõstitutiones cause scða extraheretur extra curiã terre saxoferrati. Nec hoc casu operetur clausula non obstante ⁊c.per dictã theoricã que videtur decidere hũc casum:sed in contrariũ potest instari ꝙ dicta theorica procedit qñ vnũ est speciale ⁊ aliud generale. Sed qñ duo se habẽt vt excedẽtia ⁊ excessa ita ꝙ quodlibet se habet vt generale aliquo respectu ⁊ vt spãle alio respectu ꝓut cõtingit in istis terminis:qꝛ breue quo nititur cõsultans est generalius dictis bullis per ea que dixi in adductis pro 3ria parte qꝛ generali respectu causarũ et bulle respectu causarũ sunt spãles: qꝛ de causis cõtra homicidas breue de causis pro homicidijs ⁊ cõtra eos et de alijs causis. Bulle aũt sunt generales respectu locorũ: qꝛ ille militãt in vniuerso orbe in foro ecclesiastico ⁊ in terris ecclesie in foro seculari ꝙ qñ cõtingit

attenditur ꝙ est magis generale. Nam illud habetur vt genus et
aliud qđ est minus generale habetur vt species ⁊ limitat aliud ꝓut
cõcludit Bar. in. l. j. in. §. j. ff. de noui ope. nũcia. per. l. seruo manu-
2 misso. ⁊ ita tenent ibi doct.† Et vbi nõ discernitur attenditur que
dispositio habet maiorẽ causam specialitatis propterea ibi Bar.
disputat an. l. in sacris. C. de proxi. sacro. scri. lib. xij. que dat certam
prerogatiuam militantibus in sacris scrinijs in modo procedẽdi.
An vero illa extranagans ad reprimendã que dat certã prerogati
uam in modo procedendi in causis lese maiestatis limitet. d. l. in sa
cris cum quelibet aliquo respectu sit generalior altera: nam lex in
sacris est generalior respectu causarũ ⁊ dicta extrauagans genera-
lior respectu personarũ. Cõcludit ꝙ quia quodlibet speciale fit ob
aliquam vtilitatẽ illa dispositio debet in dubio censeri specialis in
qua maior et euidentior vtilitas reperitur: nam ista est benignior
interpretatio et amplectẽda. l. benignius. ff. de. ll. ideo quia illa ex-
trauagans est facta ratione publice vtilitatis ⁊ est manifesta vtili-
tas: ideo debet censeri magis specialis vt deroget. d. l. in sacris. vbi
autẽ sumus in dubio tunc vltima lex derogat priori ſm eum. Que
videntur vrgere cõtra consultantem: quia bulla Pij ⁊ bulla Sixti
videntur emanate ob publicã vtilitatem ex prefationibus earum
ad refrenandũ ne homicidia perpetrentur ⁊ euidens vtilitas vide
tur in hoc cõtineri et ille bulle maxime illa Sixti: ideo illa deroget
illi breui ꝙ non cõtinet tantã vtilitatem ⁊ fuit prius editũ. Et hec
videntur aliquantisper reddere rem hanc dubiã. Tamẽ non puto
obstare quominus non censeatur dicto breui derogatũ. Ex pluri-
bus ⁊ primo qꝛ theorica est ante omnia qđ illa deroget alteri que
est magis specialis: vbi autem hoc non discernitur tunc deuenitur
ad illas cõsiderationes quas facit Bar. ⁊ alibi fiunt plures diuerse
considerationes quas breuitatis causa omitto. Sed cui dubium ꝙ
dicte bulle sunt magis generales: nam maior generalitas est regu-
lare homicidas vniuersi vt ita loquar orbis quam secũdas causas
parue terre saxiferrati hoc vt arbitror nemo negaret. Itẽ ille bulle
sunt odiose facte in odium homicidarum et nimiũ rigorose quod
nequeat appellari ad iudicem in domicilio ⁊ trahi ad aliena terri-
toria: ideo restringende. argu. regule odia in. vj. ⁊ derogat iurisdi-
tioni ordinariorũ: ideo etiam hoc respectu restringendo. arg. eius
ꝙ dicitur in iurisditione delegata que derogat iurisditioni ordina
rie: ideo restringenda vt per glo. ⁊ doct. in cle. j. de offi. deleg. et per
doc. in. c. sedes. de rescrip. Et breue fuit cõcessum in merum fauorẽ
terre saxoferrati. et hoc respectu ampliandum. Ideo hoc respectu
decet vt bulle restringantur per breue. argu. regule odia restringi
fauores conuenit ampliari ⁊ in. l. cum quidam. ff. de libe. ⁊ posthu.
cum simi. ⁊ Barto. in dicta extrauag. in dicto verbo non obstante.
colũ. iij. ponderat etiam que cõstitutio habeat fauorabiliorem cau
sam. Item al's habetur ꝙ noue constitutiones non tollunt priuile
gia alijs concessa prout voluit Bar. in dicta extrauag. in verbo nõ
obstantibus in. iij. seu in. iiij. colũ. vbi videtur velle ꝙ in lege noua
debeat dici non obstante aliquo priuilegio. ⁊ Dominicus de san-
cto geminiano in. c. j. de constitu. lib. vj. Idem videtur velle. s. quod
noua lex non tollat priuilegia prout nõ tollit statuta vt probatur
3 de statutis ⁊ cõsuetudinibus in illo tex.† Et est eadem ratio quia
papa presumitur ignorare specialia priuilegia etiam per eum fa-
cta propter multiplicitatẽ negotiorũ prout videmus ꝙ ſm rescri-
ptum non faciens mentionem de primo tanꝙ subreptitiũ non va-
let. c. ceterum. ⁊. c. si autem. cum simi. de rescrip. ad idem qđ notat
Barto. in. l. non fatetur. de confes. prout ergo non censetur tollere
statuta vel consuetudines terrarum: quia illas seu illa presumitur
ignorasse vt ibi. s. in. d. c. j. de cõsti. lib. vj. est tex. ita ⁊ non censeatur
tollere priuilegia concessa aliquibus specialibus terris qm̃ ⁊ in illa
presumitur ignorare. Et sic cum sit eadem ratio ergo idem ius. l.
illud. ad legem aqui. l. a titio. de verb. obli. cum simi. multofortius
presumitur ignorare gesta predecessoris. c. cum quis in ius. de reg.
iur. l. fi. ff. pro suo. l. verius. de proba. Ideo maxime Sixtus presu-
mitur ignorasse indultum per predecessorem cõcessum terre saxo-
ferrati. Et est ponderandum ꝙ licet bulla Sixti habeat clausulam
derogatoriam illam non habet bulla Pij qui fecit illud indul-
4 tum.† Item est aduertendum ꝙ generalis clausula non obstante
non tollit statuta: prout vult Bar. in dicta extrauag. in dicto ver-
bo non obstantibus ergo pariter non tollit priuilegia in quibus
militat eadem ratio per predicta. Facit etiam ꝙ lege noua priuile
gia nõ tollantur glo. in. l. iij. C. de silentiarijs. lib. xij. facit etiã regu-
la indultum in. vj. item confert ꝙ in supradicto indulto pontifex
non fuit contentus stare in simplici concessione ꝙ cause ibi agiten
tur sed vltra processit qđ nullo modo possint inde extrahi. et sic nõ
possint extrahi etiam vigore noue legis generalis vel specialis nõ
derogantis illi indulto concesso dicte terre. Ex quo etiã deprehen
ditur maior mens specialitatis cõcedende. Et insuper ꝙ pontifex
seu pontifices noluerint ꝙ appellaretur ad alium quã ad guberna
torem specialem terre quam generalem prouincie videtur ea ratio
posse cõsiderari. quia ad presidẽ videtur pertinere purgare prouin
ciam prauis hominibus. l. congruit. ff. de offi. presi. et presidibus
vel proconsulibus comparantur isti gubernatores terrarum vel

prouinciarum. c. ij. de offi. lega. lib. vj. Appellãtur enim legati isti
gubernatores sed priores ciuitatis vel terre non videntur habere
minorem curam purgandi eorum terram homicidiarijs quam ha-
beant legati seu gubernatores generales prouincie. ideo minor ra
tio specialitatis hoc respectu videtur esse in dictis bullis quam in
dicto breui. Et minus recedi a mente disponẽtis si per breue dero
gatur bulle quã econtra dicitur etiam mihi ꝙ dictũ breue est cõfir-
matum successiue per alios pontifices ita ꝙ illa ratio posteriorita
tis non obstaret licet illa vltimo loco sit in cõsideratione. Ex qui-
bus omnibus cõsideratis puto cõcludendum ꝙ per dictas bullas
non sit derogatum dicto breui. Et ad contraria satis patet respõ-
sum ex premissis. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxxxvj.

1 ¶ Rescriptũ impetratũ non expressa bulla cõtra quã fuit impe
tratũ nec facta appellationis mẽtione an dicaƚ subreptitiũ. per to.
2 Appellatione in vna causa interposita et in alia causa non facta
mentione appellationis an emisse litere impetrãtur ille nõ vitian
tur. vsqꝫ ad finem consilij.
3 Debitor fugitiuus vt possit capi que requirantur.
4 Rescriptũ per quod impetratur sententias esse exequendas si ab
eis fuerit appellatum ⁊ supplicans non facit mentionẽ de appel-
latione emissa dicitur subreptitium.
5 Appellari licet a quocũqꝫ grauamine.
6 Solutio iniuste facta propter executionem an possit reuocari per
appelllationem.
7 Clausula fiat vt petitur in rescripto expressa quid importet et ad
que videatur relata.

¶ Consilium. cxxxvj.



In nomine dñi nostri Jesu
1 christi. ¶† Uisis actis factis et actitatis coram vicario
episcopi Fanensis principaliter a me queritur: an dictũ
nouum rescriptũ censeatur subreptitium: quia decisio huius arti-
culi est reseruata in fine cause. Et reperio in actis pro parte Mar
chetti allegari duplicem subreptionem vnam ꝙ non fit mentio de
quadã bulla Sixti cuius tenor dicitur esse talis videlꝫ Sixtus eps
seruus seruorũ dei ad perpetuã rei memoriã sicut nostris et sancte
ro. eccle. subditis pro bono eorũ regimine ⁊c. sequitur deinde quai
iuxta finem ipsius bulle versiculus talis vcꝫ quodqꝫ gubernatores
non possint neqꝫ debeãt causas in prima instantia cõmittere nec
primo tribunali ad qđ spectant extrahere vel aduocare decernẽtes
ex nunc irritum ⁊ inane si secus super his a quoqꝫ quauis auctori
tate scienter vel ignoranter contigerit attentari non obstantibus
facultatibus literis ⁊ indultis apostolicis: ideo quibuscũqꝫ verbis
et clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs ⁊ pro illarũ dero
gatione de necessitate exprimendis gubernatoribus predictis et
ipsorum officialibus seu al's quẽlibet in specie seu in genere cõces
sis ceterisqꝫ contrarijs quibuscũqꝫ vt autem presentes nostre litere
ad cognitionem omniũ ⁊c. Ex quo enim bulla disponit ꝙ guber-
natores non possint extrahere vel aduocare a primo tribunali ad
quod spectat in prima instantia non obstantibus facultatibus sibi
in genere vel in specie concessis de qua bulla non est facta mentio
in isto rescripto delegationis per quod per gubernatorẽ extrahi-
tur causa a proprio tribunali in prima instantia: secundo ⁊ princi-
paliter quia in isto rescripto non fit mentio de appellatione inter-
posita de qua. s. ¶ Sed his nõ obstantibus videtur dicendum ꝙ
dictum vltimũ rescriptum non sit inefficax seu subreptitium. Nam
primum mediũ non videtur obstare: quia in rescripto est adiecta
clausula non obstantibus priuilegijs apostolicis sub quibuscunqꝫ
verborũ formis etiam cum clausulis derogatorijs derogatoriarũ.
Nõ enim potuit Sixtus imponere sibi aut successori legem a qua
non liceat recedere. l. si quis. in prin. testamenti. de lega. iij. et habe-
tur in. l. humanũ. C. de. ll. ⁊ in. l. si mihi. §. in legatis. de lega. Et suffi
cit tunc. s. quando precedit dispositio derogatoria sequentiũ quod
sequẽs dispositio faciat mentionẽ specialem de priori dispositione
derogatiua. Non autem requiritur ꝙ fiat singularis mentio vt vo
luit Dy. in regula qđ semel in. vj. in. l. j. C. de sacrosan. eccl'. Barto.
in. d. l. si quis. in prin. testamenti Cy. Bal. et docto. cõmuniter in. l.
sancimus. C. de testa. Bal. Rapha. ⁊ Pau. de cast. in. d. l. humanũ.
Barto. Bal. ⁊ Imo. in. d. §. in legatis ideo sufficiat dicta mentio
de priuilegijs habentis clausulas derogatorias derogatoriarum
quod maxime videndũ propter aliam clausulam quam habet di-
ctum vltimum rescriptum. s. etiam si de eis et earum totis tenori-
bus hic esset habenda mentio specialis quibus ⁊c. preterea bulla
Sixti disponit ꝙ gubernatores non possint nec eis liceat causas
extrahere vel aduocare ⁊c. Non autem loquitur de aduocatione
et extractione facta per ipsum summum pontificem prout videtur
fieri per eum quando causam delegat quia delegando causam vni
adimit illam causam a cognitione cuiuslibet ordinarij. c. studuisti.
2 de offi. lega. in ratione sui prout et volunt ibi glo. et docto.† Nec
videtur obstare secunda ratio adducta pro subreptione rescripti
de quo agitur. s. quod non sit facta mentio de statu prioris cause
nec de

nec de appellatione interposita pro parte aduersarij prout fieri debet vt in.c.parte.ij.de rescriptis.prout ibi volunt cõmuniter doctores. Nam ad hoc respõdetur q appellatio interposita videtur super alia causa:quia super articulo suspitionis et super captura facta ratione fuge. Et quãdo appellatio interponitur in vna causa et litere impetrantur super alia causa nõ facta mentione de appellatione non vitiantur litere vt est text. sm vnam lectu. in dicto.c. ex parte prout dicit ibi Composto. vt refert Pe. de perusio idem tenẽs. preterea illa causa suspitionis erat iam sopita: quia ex quo dederat idoneũ fideiussorem de iudicio sisti et iudicatum soluendo et fuerat relaxatus iam nõ erat amplius super illa causa suspitionis fuge instandum. Attento maxime q ipse Joannes declarauit non voluisse aliud petere coram dicto vicario epi fanensis nisi qd faceret capi dictum Marchettum et ad actorem spectat declarare suam petitionem.l.si quis intentione ambigua.ff.de iudi.et.l.inter stipulantem.§.si stichũ.de verbo.obli. Et ideo videtur q appellatio illa fuerit friuola. Et de appellatione friuola nõ videtur q habeat fieri mentio prout volunt doct. vt dicit Pe. de perusio in.d.c.ex parte. Nec videtur obstare qd dictus Marchettus possederit immobilia et sit legalis mercator dato q ista probentur. Tamẽ nõ videtur q propter hoc vitietur litere iustitie prout sunt iste: quia licet haberet totum mundũ vt ita loquar et licet esset maior mercator et legalior omnibus non propterea sequitur q aduersario non debeat fieri debitũ. Et quominus debeat dari iudex qui sibi ministret iustitiam. Et sic verisimiliter de facili impetrasset literas iustitie etiam si illa nõ narrasset. Et maxime cum narrauerit q satisdederat de iudicio sisti et iudicatum soluẽdo vt relaxaretur ita quod nõ videbatur amplius de eius insufficientia et illegalitate hesitandum: ideo videtur q de leui obtinuisset dictas literas etiam si illa non narrasset: vnde non videtur q ex hoc deberent litere iudicari subreptitie per ea que habentur in.c.super literis.de rescrip.et in.l.j.et.l.prescriptione.C.si contra ius vel vtilitatem pub.et in.c.postulasti. de rescrip. vbi tex.in fi.a contrario sensu. ¶ His tamen non obstantibus cõtrariam arbitror sententiam magis iuri cõsonam. Nam premittendum est q.d.Joannes mensanus plura fauorabiliter obtinuit iniuste contra dictum Marchettũ:nam primo obtinuit q in curia gubernatoris capi bona et subhastari dicti Marchetti licet extaret bulla Sixti prohibẽtis causam extrahi et abuocari a primo tribunali per gubernatorem et reddentis irritum et inane quicquid secus factum fuerit et nihilominus non obstante bulla obtinuit bona vendi et illa possidet prout ex actis deprehenditur licet nulliter ex quo apparet qd plus sibi iuuabant fauores iniusti quã asserta subterfugia Marchetti q et demonstratur clarius ex alio quia vicarius episcopi Fanensis subito ostenso breui cũ supplicatione introclusa visa cõmissione sibi facta anteq discutiatur de viribus et efficacia cõmissionis pronunciauit se cõpetentem in dictis causis nõ dixit super articulo suspitionis ex quo maxime locutus fuit in plurali non potest restringi solum ad articulum suspitionis cum pluralis locutio non sit cõtenta vno.l.vbi numerus.ff.de testi. non debuit autem pronũciare se iudicem competentem in dictis causis non citato aduersario.arg.l.de vnoquoq.ff. de re iudi.et.l.nam,ita diuus.de adop.item fecit capi non facta ali-
3 qua fide.† Ad hoc autem vt possit concedi licentia de capiendo suspectum et fugitiuum requiruntur plura inter cetera q fiat fides iudici de debito taliter q si talis probatio fuisset facta presente parte plene probaret solum deficit q sit parte absente et nõ citata vt plene concludit Ange. in repeti.l. nemo carcerem.C. de exact. tribu.lib.x.allegans glossas Accursij et Specu.et Cy.et ita cõmuniter tenetur et seruatur in pratica:et tamen iudex fecit capi dictum Marchettum nõ facta aliqua probatione debiti sm acta que vidi immo dictus Joannes assertus creditor asserebat se non habere probationes in promptu et sic sine aliqua probatione debiti iudex ad eius instantiã fecit minus legitime capi Marchettum mercatorem: ideo nõ debebat dubitare ne iudex prime cõmissionis esset negligens in exequendo cõmissionem sibi factam prout asserit se dubitare in sua supplicatione. item narrat qd fuit captus dictus Marchettus et satisdedit:ideo superior debuit sibi persuadere q legitime fuerit captus et sic iudici fuerit facta fides de debito: licet in absentia debitoris: ideo verisimiliter fuit promptus superior ad cõcedendas literas: adeo fauorabiles cum tot clausulis raro solitis apponi quas non ita de leui concessisset si ista que tacita fuerunt fuissent expressa et multominus si fuisset narratum qd dictus Marchettus possidebat multa bona in ppria ciuitate Firmi vbi poterat conueniri prout in ciuitate Fani vbi contraxerat domicilium et q erat fidelis mercator et famosus prout deponunt qd erat et diues et multũ famosus quam plures testes nec pro parte Joannis mensani reperio probatũ contrarium nisi q multa litigia fecit cum suis creditoribus certe ex hoc nõ iudicatur suspectus de fuga capitur antẽ suspectus de fuga vt satisdet de iudicio sisti et iudicatum soluendo profecto ex attestationibus testium productorum pro parte Joãnis deducitur q comparebat in iudicio et litigabat et nõ aufugiebat et nõ bene probant an litigauerit iuste an iniuste forte non erant creditores forte ignorabat credita: et maxime hoc poterat probabiliter circa creditores hereditatis quam dicitur emisse: sepe autẽ contingit q et maximi et legales et ditissimi mercatores litigant hec quidem plurimũ adminiculantur ad inducendũ mentem iudicis ad opinandũ q si põtifici fuissent narrata omnia predicta nõ rescripsisset prout rescripsit iuncto etiã q fuisset narratus tenor bulle Sixti: licet enim leges vnius pontificis nõ ligent alium:tamen verisimile est q velit illis subijci. arg.l.princeps.ll.ff. de.ll.et.l.digna vox.C.eo.titu.et licet ex hoc solo nõ auderem dicere rescriptum subreptitiũ saltem attẽtis clausulis ipsius vltimi rescripti nihilominus opitulatur coniuncto etiam q narratur primum rescriptũ q nõ habebat illas clausulas et plura narrãtur in eo que non probantur maxime q quãdo ipse impetrãs voluit exigere sua credita Marchettus se absentauit et latitauit q non video articulatum et minus probatũ et pontifex vltimo rescribẽdo cui fuit narratus terror primi rescripti et q illud primũ rescriptum fuit aliqua ex parte executum quia eius vigore fuit captum et prestita satisdatio de iudicio sisti et iudicatũ soluendo potuit probabiliter credere vera esse que narrabãtur in prima supplicatione.et propterea leuiter moueri ad ita fauorabiliter rescribendum.et non ita de leui als verisimiliter rescripsisset saltem si innotuisset primum rescriptum subreptitiũ maxime cum in secũda supplicatione ipse supplicans principaliter se fundet in.d. subterfugijs et negligentia dictorum
4 iudicum.† Insuper cum fuisset appellatũ a pronuncia quam fecit iudex se esse iudicem cõpetentem et a captura et inde secuta debuit exprimi in nouo rescripto qm de appellatione aduersarij debet per impetrãtem fieri mentio als rescriptũ redditur subreptitiũ prout concludunt doct.cõmuniter omnes in.d.c.ex parte.ij. de rescrip.et als in.c.inter monasteriũ.de re iudi.probatur et ibi doct.notant q debet fieri mẽtio de statu cause in quo est tempore impetrationis de quo statu et appellatione nulla fuit facta mentio in nouo rescripto:ideo redditur subreptitiũ.et ideo ex his omnibus puto aperta fronte concludendũ dictum rescriptũ fuisse et esse subreptitium
5 non obstãtibus adductis in cõtrariũ. ¶ † Non enĩ obstat q causa suspitionis fuge erat sopita.et sic appellatio erat friuola: quia licet posset instari vtrum de friuola appellatione sit facienda mẽtio per ea que habẽtur in.d.c.ex parte. tamẽ nõ est opus quia nõ est verũ q a sola captura appellauerit:appellauit enim etiã a pronũcia facta super cõpetentia a qua pronũcia nedum de iure canonico quo iure ab omni grauamine potest appellari.c.vt debitus.de appel.et c.cordi.eo.ti.lib.vj.cum si.sed etiam de iure ciuili vt per glo.in auth. habita.C.ne filius pro patre.et per Bar.in.l.ij. versi. secũdo quero. ff.de appel.reci. q autem appellauerit ab illa interlocutoria apparet ex tenore appellationis in qua primo narratur dicta pronũcia super cõpetentia inde narrãtur gesta sup captura. et deinde narratur q a dicta pronũcia et cõmissione capture et captura. Licet nulliter facta et cõmissa dicit omnia et singula acta et actitata nulla et si qua sunt in totũ vel in partem dicit se grauatum et appellat et c. et sic verba appellationis sunt clarissima q appellat etiam a sententia competẽtie.et apparet etiã quia prima causa grauaminis respicit
6 ipsam pronũciam. ¶ † Nec ob. q allegatur q pronũciauit se cõpetentem super causa suspitionis: nam hoc est falsum vt dictũ est.s. quia pronũciauit se competentẽ in dictis causis.et insuper nõ erat sibi cõmissa causa suspitionis et capture sed erat sibi cõmissa principaliter causa principalis et incidenter in consequentiam veniebat questio capture ex causa suspitionis: si enim nõ fuisset iudex cause principalis sibi cõmisse:nõ fuisset etiam iudex istius incidẽtis questionis et ipse. Jo. dum produxit dictũ primum rescriptũ petijt sibi fieri q in eo cõtinetur. et sic procedi super negotio principali non super sola causa suspitionis que narrabatur in rescripto et si verba erant clara interpretatio nõ cadebat que fit sup dubijs.d.l. si quis intẽtione ambigua.de iudi.et.l. ille aut ille.§.cum in verbis.de leg. iij.item iudex qui pronũciauit nõ potuit diuinare de dicta futura declaratione partis.c.vt nostrũ. extra vt ecclesiastica bñficia. cum similibus:insup negatur fuisse sopitã causam suspitionis et capture:nam intererat sua pnũciari se nõ fuisse legitime captũ et coactũ satisdare et in his grauatũ maxime cum esset mercator et mercatorũ plurimũ interest nõ reputari suspectos et fugitiuos vt docet experientia rerũ magistra.c.quã sit. in prin.de elec.et.c.statutũ. in prin. eo.ti.et lib.item vt euitaret carceres fuisset coactus satisdare potest per iudicem appellationis retractari dicta satisdatio si fuit iniuste facta:quia nõ debebat satisdari. Prout enĩ executio sentẽtie: et sic solutio facta iniuste per appellationẽ reuocatur vt habetur in.l. ab executione.de appel.per doct.ita et promissio iniuste facta reuocatur cum promissio et solutio soleant equiparari.l.fi. cum ibi notatis.C.ad.l.fal.et facit.l.dissolute.C.de cõdi.sine causa et ppterea dicta appellatio non fuit facta super alia causa nec fuit friuola nec causa super qua appellatũ fuit erat sopita : ideo de dicta appellatione erat facienda mentio: nec clausule apposite in dicta secunda supplicatione respiciunt hmõi subreptiones : quinimmo augent subreptiones : nam verisimiliter papa ita fauorabiliter rescripsit propterea que narrata fuerũt et verisimiliter credebat illũ legitime

captum velut suspectū ꝛ non fuisse appellatū et alias latitasse. ille autem clausule respiciunt priuilegia ꝛ cōstitutiones ꝛ hmōi que haberent obstare dicte cōmissioni vt satis aperte sonant verba ipsius
7 supplicationis.† Posset etiam instari qd̄ illa simplex ꝛ indefinita signatura fiat referatur ad cōmissionem cause que principaliter postulabatur ꝛ nō ad illas clausulas que sunt iuris derogatorie: nam indefinita nō trahitur ad ea que sunt iuri cōtraria licet loquēs potuisset super illis disponere.ar.l.vxori.§.vxori.de leg.ij. prout per dictam legem no.glo.in.l.talis scriptura.de lega.j.ꝛ vidi alias hoc cōsultū per famosissimū doctorē ꝛ integerrimi iudicij dn̄m Benedictum caprā patrem ꝛ dn̄m meum in signatura fiat seu placet vt petitur ꝛ per hec possent aufugi ea que dixi ad tollendū obstantiam bulle sixti: nō tamen multū insisto super illa bulla: quia huiusmodi subreptiones meo iudicio sunt magis plane. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cxxxvij.

☞ Cōpromissum an possit petere sup restitutione dotis heredes patris qui stipulatus fuit dotem sibi reddi et cogere mariti heredes vt illam sibi restituant non obstante quodā iudicio prius agitato de quo fit mentio in presenti cōsilio.per totum.

1 Reus alter debēdi ex duobus an videatur liberatus effectualiter facta petitione debiti in totū contra vnum ꝛ secuta sn̄ia.nu.4.ꝛ.5.
2 Dotis profectitie actio est cōmunis inter patrē ꝛ filiā adeo ꝙ patre mortuo licet consolidetur dos in filiam vt quia sui iuris effecta non transmittitur in heredes filie.vsq; ad fi.consi.
3 Rei debendi quando habeant diuisionis beneficium inter se.
4 Res inter alios acta quando alteri videatur preiudicare.

¶ Consilium.cxxxvij.

1 In nomine dn̄i nostri Jesu christi. ¶ † Videtur in hac consultatione prima facie dicendum ꝙ.d.Petrusphi.ꝛ linorus filij ꝛ heredes.d.magistri seueri nequeant agere cōtra dictos heredes.d.Petriangeli: nam ex quo erāt duo rei debēdi Petrusangelus et Francischinus petitione facta aduersus vnū ex reis debēdi videtur alter effectualiter liberatus.l.ij.in fi.ff.de duobus reis. Et cui nocet litis pendentia: nocet etiā sentētia iuxta theoricā Inno.in.c.cum causam que.de testi.ꝛ Bar.post eū in.l.sepe.in fi.de re iud.ꝛ hoc si.d.Petrusangelus non censetur cōuentus ipse ex sua obligatione: sinaūt etiam ipse censetur conuentus principaliter pro sua obligatione tunc ex quo duo fuerūt cōuenti ꝛ vnus fuit cōdēnatus alter videtur absolutus.ar.l.cum pretor.de iud.c.nōne.de presump.cum si.ꝙ ꝛ suadebat ratio quia ipse Francischinus receperat omnē pecuniā ad quā reddendā se obligauerant dicti Petrusangelus ꝛ Frācischinus et ad illum ex duobus reis debēdi negotiū pertinet et ille ad quē res ad quā obligantur peruenit censetur principalis debitor et alius cēsetur eius fideiussor ꝛ si negotiū pertinet pariter ad ambos reos debendi censentur inuicē fideiubere pro rata prout videtur pbare tex.in auť.de duobus reis.in prin.iuncta.l.vnde queritur. in prin. ff.cōmo. prout hoc declarat Bar.in.l. in duobus.§. vbi duo.ff.de duobus reis in.vj.ꝛ.vij. questionibus si recte aduertatur et ibi per doc. decēs ergo videbatur ꝙ ab arbitro ꝛ arbitratore cōdemnaretur Francischi.ꝛ successiue Angelus eius filius ꝛ heres ꝛ non Petrusangelus: si itaq; fuit absolutus.d. Petrusangelus videtur qd̄ non possit inquietari amplius obstāte exceptione rei iudicate: nec videtur obstare ꝙ dicta lis et sentētia sup ea secuta fuerūt agitata et lata inter Camillā predictā ꝛ Petrūangelū ꝛ Francischi.et non cum dicto magistro Seuerino seu cum eius heredibus et res inter alios acta alijs non preiudicat.C.res inter alios acta in rubro ꝛ nigro: quia videtur posse rn̄deri ꝙ ex quo actio principaliter ptinebat ad ipsos heredes magistri Seuerini patiendo agere dictā Camillam eis videtur imputandū adeo ꝙ sentētia videtur eis preiudicare.l.sepe.ff.de re indi.ꝛ.c.q̄uis.extra eo.ti.ꝛ maxime hoc videtur dicendum in casu isto in quo dicti heredes magistri Seuerini approbauerūt iudiciū agitatū cum.d.Cami. agēdo ex dicta actione ex iure cesso: preterea actio ex stipulatu que cōpetit ad dotē per patrē prestitā mortuo patre cōsolidetur in filiam.l.vnica.§.videa-
2 mus.C.de rei vxo.act.ꝛ.§.ꝛ hoc rei vxorie.eo.lib.† Tamē his non ob.in contrariū puto esse apertam iustitiā: nam licet actio de dote profectitia sit regulariter cōis inter patrē ꝛ filiam.l.ij.§.ꝙ si in patris ꝛ.§.volūtate ꝛ.ll.sequētibus.ff.solu.matri.cum si.ꝛ filia effecta sui iuris per mortē patris vel aliter in eam cōsolidetur ꝛ nō trāsmittatur in heredes patris: vt.d.§.videamus.ꝛ.d.§.ꝛ hoc rei vxorie tamen si pater qui dat vel promittit dotē pro filia illam sibi reddi soluto matrimonio stipulatur statim.s.tempore contractus dotalis actio de dote nō est cōis: sed solius patris stipulātis.l.quotiens.ff.solu.ma.ꝛ.l.auia a cōtrario sensu.C. de iure dot. nec eo casu loquitur.d.§.videamus.ꝛ.§.ꝛ hoc rei vxorie ius cōsolidationis in filiam quia illa locum habet qn̄ actio de dote est cōmunis.loquitur em̄ in actione ex stipulatu cōcessa per illā legē vel qn̄ pater stipularet̄ simpliciter dotē reddi vel qn̄ ex interuallo stipularetur sibi reddi secus si stipularetur incōtinenti ꝙ solu.matri. dos sibi reddatur per.d.l. quotiens. in prin. ideo cum dictus magister Seuerinus tempore promissionis dotis stipulatus fuerit dotem sibi reddi in omnē casum ꝛ euentū restituende dotis: ideo actio de dote nunq̄ fuit cōis filie: sed solius patris: ideo trāsiuit ad heredes prout trāseunt alie actiones: ideo dicti heredes magistri Seuerini habēt fundatā eoꝝ intentionē petēdo dictā dotē aduersus heredes.d.Petriangeli et possunt petere cōpromissum si ius municipale disponit ꝙ cause cōpromittantur prout mihi psupponitur.item potest peti executio instrumēti liquidatis liquidandis si ex forma statuti instr̄a hmōi habent executionē paratā prout res indicate prout mihi psuadeo ꝙ habeant. cum em̄ presupponitur dotē fore integraliter solutā ꝛ ad restitutionē se insolidū obligauit.d.Petrusangelus vna cum Fran.eius filio heredes ipsius Petriangeli possunt insolidū cōue-
3 niri.† Et licet rei debēdi habeant beneficiū diuisionis qn̄ negotiū ad ambos reos pertinet ꝛ beneficiū excussionis qn̄ ad alium totum negotiū per id ꝙ habetur in auť.de duobus reis.ꝛ per Bar.ꝛ doc. in.d.l.ij.tamē tali būficio fuit renūciatū quia in instrumēto dicitur renūciauit ꝛc.maxime beneficio diuisionis ꝛc.sub illis em̄ dictionibus ꝛc. virtualiter cōprehenditur beneficiū excussionis per ea que habētur in.l.gallus.§.idem credendū.de libe.ꝛ posth.per can̄.in.c. cum.p.tabellio.de fide instru.et in.c.ex parte.c.significāte.in fi.ꝛ.c. rodulphus.de rescrip.ꝛ per Spe. in ti.de instru.edic.§.ostēso.ver. quid si imbreuiatura ꝛ insup mihi dr̄ ꝙ hereditas dicti Francischi. non est soluēdo ꝛ Angelutius eius filius ꝛ heres se immiscuit cum beneficio legis ꝛ inuentarij: ita ꝙ non pōt exigi vltra vires hereditarias.l.fi.§.ꝛ si pfatā.C.de iure deli. Et qn̄ alter ex reis debēdi est minus idoneus quia nō est soluēdo vel nō exigibilis cessat.d.beneficium excussionis ꝛ beneficiū diuisionis.in auť.de reis pmittendi. §.si vero minus idonei colla.vij. ideo dicti heredes Petriangeli vnius ex dictis reis possunt insolidū cōueniri nō obstāte beneficio
4 excussionis vel diuisionis. ¶ † Nec obstāt alia adducta in contrarium: nō em̄ obstat ꝙ actio de dote pfectitia est cōis patris ꝛ filie ꝛ illa post mortē patris recōsolidatur in solam filiam: quia.s.rn̄sum per.d.l.quotiens.in prin.ff.solu.ma.item nō obstat ꝙ petitione facta de vno ex reis debēdi videtur alter liberatus: qꝛ illud negatur saltem finito iudicio vt disputat Bar.in.l. ex duobus. de duobus reis fundans se per.l.fi.de fideiu̇s.et rn̄det ad.d.l.ij. de duobus reis similiter sn̄ia cōdemnatoria lata cōtra vnū ex reis debēdi nō nocet neq; pdest alijs prout volūt Bar.Ang.ꝛ Jmo.in.d.l.ex duobus.ꝛ si qua dubitatio foret in premissis rn̄sionibus clara responsio est ꝙ nō egit reus credendi nec fuit actū ex causa ex qua descēdit obligatio ista reorum debendi ex qua volunt agere isti heredes magistri Seuerini: nam reus credendi fuerat dictus magister Seuerinus et post eius mortē filij sui masculi vcꝫ Petrusphilippus et Linorus qui sunt eius heredes. item illa Camilla egit ex stipulatione interposita vt idem Camille dos redderetur isti Petrusphilippus ꝛ Linorus intēdunt agere ex stipulatione interposita vt reddatur dos magistro Seuerino ꝛ eius heredibus: itaq; sentētia absolutoria lata ex illa causa nō pareret exceptionē rei iudicate agēti ex ista alia causa.l.ꝛ an eandē.ff.de excep.rei indi. Et pptērea nō obstat aliud qd̄ allegatur.s. ꝙ tacita absolutoria lata fuit pro dicto Petroangelo: quia dato sine piudicio veritatis ꝙ fuisset expresse absolutus non obstaret heredibus magistri Seuerini: quia ipsi nō egerunt: ꝛ quia ex alia causa agunt; nec obstat.d.l.sepe.ꝛ.d.c.quāuis. quia in dictis iuribus eadē causa intētatur per eum cui obijcitur exceptio rei indicate cum illa sup qua fuit lata sentētia bic secus per supradicta.item tunc nocet qn̄ ille cui obijcitur sciuit causam agitari cum alio ꝛ nō prohibuit ꝛ prohibere poterat.d.l.sepe in casu isto forte ignorauerūt causam agitari per dictā Camillā: ꝙ tamen nō puto: ideo sup hac ignorantia nō facio magnū fundamentū: tamē dato ꝙ sciuerint tamē prohibere nō poterant: quia illa agebat ex causa que ad ipsam solā pertinebat si vera fuisset: nec dicti heredes magistri Seuerini habebāt aliquod ius prohibēdi cum illa Camilla nō intētaret causam vel actionē que eos tangeret cum alia sit stipulatio et alia actio numero que cōpetebat dictis heredibus magistri Seuerini ꝛ alia illa que intētata fuit per dictam Camillā: preterea licet forte sciuerint litē motam per dictā Camillā: tamē forte ignorabant dictū magistrū Seuerinū fuisse stipulatū sibi reddi prout ꝛ ignorantia presumitur.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.c.presumitur ignorātia.ꝛ.c.cum quis in ius.eo.ti.lib.vj.ꝛ maxime quia cōmunis stilus est ꝙ pater stipulatur reddi filie: ita ꝙ dicti filij ꝛ heredes magistri Seuerini debebant credere ꝙ magister Seuerinus fuisset stipulatus prout solitū erat stipulari.ar.l.ꝙ si nolit.§.qui assidua. de edili.edic.ꝛ.l.si prius.ff. de aqua plu. arcen.ꝛ.l.fi.C. de fideiu̇s. cum
in prima consti.C.⁊ per Bal.in.l.pacta nouissima.C.de pac.⁊ in.l.
iniustū.C.si quis alteri vel sibi:sed subditur in dicto statuto de qui-
bus datia ⁊ collecte solui debent cōmuni predicto qđ relatiuū qui-
bus venit restrictiue.l.ea tamē adiectio.de leg.iij.et cōuenit menti
statuentiū que deprehēditur ex prefatione vt dictū est que fuit ne
per alienationem in forēses vel clericos diminuerentur collecte ꝙ
cessat qñ alienatur res pro qua nō soluebātur collecte nec solui de-
bebant prout erāt bona dominorū quibus cōmune predictū erat
subditū nec imponi pōt collecta per inferiorē superiori ⁊ dño quia
dñs nō est suppositus iurisditioni subditi ⁊ nō subiecto iurisditio-
ni imponēti nō pōt collecta imponi:vt.s̄.dictū est.ideo cessat mēs
statuentiū ⁊ ratio ⁊ causa statuēdi:ideo cessat statutū.c.cum cessan-
te.de appel.⁊.l.adigere.§.q̄uis.de iure patro.⁊.l.non dubiū.de.ll.
mens em̄ preualet verbis.d.l.nō dubiū.⁊.l.nō aliter.ff.de leg.iij.⁊.l.
cum virū.C.de fideicō.cum si. licet hoc casu cessent verba ⁊ mens cū
istud potere de quo agit nō esset res de qua solui debebāt collecte:
cum ergo cessent verba ratio ⁊ mens statuentiū merito clarū fit qđ
10 cesset ipsa dispositio statuti. † Et si dicatur si bona dñorū nō erant
supposita.⁊ sic non cōprehendātur sub dicto statuto quare excepit
bona dñorū respondetur duobus modis.vno ꝙ que dubitationis
tollende causa fiunt ius cōmune nō ledunt.l.que dubitationis. de
reg.iur.ideo ꝙ superabūdat nō vitiat.l.testamentū.C. de test.⁊.l.si
pupilli.in prin.ff.de neg.gest.preterea ille.ver.nihilominus vt ali-
quid operetur pōt intelligi vt disponat ꝙ bona que tunc habebāt
dñi nō essent subiecta illi oneri ꝙ essent facta tributaria.⁊ licet hoc
etiā si nō fuisset appositū de iure resultasset tñ ex abūdanti gratia
dubitationis tollēde fuerit expressum scđo ꝙ intelligatur etiam si
bona hominū dicti castri deuenirēt ad dictos dños licet al's trāsire
censeatur res cum suo onere nihilominus res ipse translate per ho
mines dicti castri in dictos dominos nō censerētur tributarie. ⁊ sic

aliquid operatur: ideo per hoc nõ debemus a superioribus verbis
statuti ⁊ a mente statuentiũ recedere. ¶ Nec ob. ꝙ petijt. d. Mat-
theus vel eius heredes exẽptionẽ quia potuerũt id petere ex abũ-
danti ꝙ nõ nocet vt dictũ est: item dicit ꝙ habebãt alia bona que
erant facta tributaria sm formã dicti statuti ꝓpter que indigebat
exẽptione nec ꝙ dicebatur ꝙ illa limitatio dicti versiculi nihilomi
nus videt facta in fauorẽ illorũ quorũ et tenentiũ eorũ locũ cessare
videt quia satis põt sumi rñsum ex dictis. s. ⁊ insup interesse posse
alienare res quas ibi tenent sine dicto onere quia si vellent vẽdere
non inuenirent tantũdẽ precij quantũ si trãseunt sine illo onere vt
de se est notissimũ: ex quibus meo iudicio redditur res clara ꝙ di-
cti heredes pro dicto poteri nõ tenentur ad collectas. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxcv.

1 ☞ Heredes an possint vendere bona hereditaria pro legatis sa-
tisfaciendis in ꝑiudiciũ vsufructuarij omniũ bonorũ. nu. seq. ꝑ to.
2 De legato vsusfructus omniũ bonorum detrahitur es alienum.
3 Usufructuarius etiam omniũ bonorum nõ tenetur ad prestatio-
nem vel solutionem legatorũ a testatore relictorũ durãte tempore
vsusfructus sed tantũ vniuersalis fideicõmissarius. nu. seq.
4 Legata nõ detrahuntur de vsufructu omniũ bonorum licet ex eo
detrahatur es alienum. nu. 6.
5 Singula singulorum est distributiuũ et perinde significat ac si vna
queque res de per se esset vt quãdo dicitur in omnibus et singulis
instituit vel legauit.

¶ Consilium. cxcv.

In nomine dñi nostri Jesu

1 christi. ¶ † Circa ꝙ licet prima facie videatur dicendũ
qõ dicti heredes qui habent soluere legata possint pro
satisfaciendis legatarijs summarũ vẽdere bona hereditaria per. l. si
pecuniã. ff. de leg. ij. vbi iniungitur heredi ꝙ soluat legatũ pecunie
vel de suo vel ex vẽditione rerũ hereditariarũ vel vnde voluerit: si
itaqꝫ vult soluere ex venditione rerũ hereditariarũ id ei ꝑmittitur
per illam legẽ. ⁊ cõsequenter permittitur sibi vendere bona heredi
taria pro soluendo pecuniã legatã. Quod et scdo maxime videtur
dicendũ si heredes fecerũt inuẽtariũ. nam heres qui adiuit cõsulte
faciẽdo legitime inuentariũ nõ tenetur de suo soluere: ita ꝙ si pecu
nia nõ est in hereditate nedum legatarijs: sed nec creditoribus de
suo soluere tenetur: sed de bonis hereditarijs dando illa insolutũ
vel soluendo de pecunia redacta ex venditione rerũ hereditariarũ
prout hec habẽtur in. l. fi. §. ⁊. si prefatã. C. de iure delib. si ergo dicti
nepotes heredes instituti fecerũt inuentariũ vel facere possunt qr
sunt intra tempus qõ est a iure statutum ad hoc de quo in. d. l. fi. §.
sinautẽ dubius. ex quo de suo soluere nõ tenentur ⁊ solui necesse est
necessario videt ꝙ sit deueniendũ ad venditionẽ bonorũ heredita
riorum ꝙ ⁊ tertio dicẽdũ videtur ex eo quia dicte vxori est relictus
vsusfructus bonorũ: bona aũt censentur esse deducto ere alieno. l.
2 subsignatũ. §. bona. de verb. sig. † Ideo de legato vsusfructus par-
tis bonorũ detrahitur es alienũ. l. generali. §. fi. ff. de vsuf. leg. ⁊ simi
liter de legato vsusfru. omniũ bonorũ. l. fi. eo. ti. ⁊. l. quotiens. §. fi. ff.
de vsuf. sed legata vidẽtur esse es alienũ post mortẽ testatoris quia
si hereditas est soluendo ipsi legatarij habent actionẽ personalẽ et
hypotecariã. l. filiusfami. §. varijs. de leg. j. ⁊. l. j. ⁊. ij. C. cõia de lega.
idcirco videtur qõ legata diminuãt vsumfructũ omnium bonorũ:
ita qõ vsusfructus nõ debeatur de bonis que sunt soluenda legata
rijs vel vendẽda pro satisfaciendo legatarijs. Quod ⁊ quarto vide-
tur dicendũ per tex. in. l. cum autẽ certa. ff. de lega. ij. iuncta glo. vbi
est tex. iuncta glo. ꝙ si testator reliquit qõ certi serui emerentur et
manumitterentur. item reliquit certã partẽ bonorũ precia seruorũ
sunt e medio deducẽda: ita qõ ante omnia deducẽda sunt de bonis
dicta precia seruorũ ⁊ de residuo bonorũ debet legatario partis bo
norum dari pars bonorũ sibi relicta. et sic de legato partis bonorũ
debent detrahi legata quantitatũ. Eadẽ ratio videtur dicendũ in
legato vsusfructus partis bonorũ ⁊ eadem etiam ratione in vsufru
ctu omniũ bonorum cum legato vsufructu omniũ bonorũ videtur
legata pars bonorũ cum vsusfructus censeatur pars dominij. ff. de
vsufr. l. iiij. equiparandũ enim quo ad hoc legatũ vsusfru. omnium
bonorũ vel partis bonorũ ⁊ legatum omniũ bonorũ vel partis bo-
norum vt deprehendi põt ex. d. l. generali. §. fi. iũcta. l. nõ amplius.
§. fi. cum. l. seq. de leg. ij. ⁊ ex. d. l. quotiens. §. fi. ⁊. d. l. fi. de vsufr. lega.
iuncta. l. cogi. in prin. ff. ad trebel. et dicta legata equiparat Bar. si
eius verba recte aduertãtur in. l. si quis seruũ. §. fi. cum. ll. sequenti-
bus. de leg. ij. ⁊ in. d. l. fi. de vsufru. leg. ex his ergo videtur cõcluden
dum ꝙ dicta legata sint soluenda de bonis hereditarijs si heredes
volunt et deducẽda per cõsequẽs ante omnia de medio prout dicit
tex. in. d. l. cum autẽ hoc est ꝙ sint soluenda: ita qõ diminuant lega
tum vsusfructus prout cõmodum proprietatis relictũ heredibus
adeo ꝙ censeatur tãtominus cõtineri in legato vsusfructus omniũ
bonorum facto dicte vxori et per cõsequens sint soluenda de plena
proprietate rerũ hereditariarũ vel ex precio ex earũ vẽditione redi
gendo. ¶ His tamẽ non obstãtibus puto de iure aliter respõden-
dum et premitto ante omnia decisionẽ Bar. qui vult. in fi. d. l. fi. de
vsufru. lega. ꝙ licet in legato vsusfructus omniũ vel partis bonorũ
procedant que dicta sunt. s. qõ detrahatur es alienũ: ita ꝙ sit soluẽ-
dum de cõmuni. s. de vsufructu ⁊ proprietate: tamẽ secus sit in lega
tis in quãtitate: nam dicta legata nõ detrahũtur de vsufructu: sed
sunt soluenda ab heredibus ⁊ non minuunt legatũ vsusfructus bo
norum omniũ vel partis bonorum ⁊ ipse Bar. ibi se remittit ad no
tata per se in. d. l. si quis seruũ. §. fi. cum. ll. sequentibus. de leg. ij. vbi
idem regulariter cõcludit qõ probat per ea que habẽtur in. l. mar-
cellus. in prin. ff. ad trebel. vbi satis ꝓbatur si quis subtiliter intuea
tur: nam ibi deciditur ꝙ si hereditas est valoris. cccc. ⁊ legata sunt
ccc. vni puta titio ⁊ alteri puta gaio sunt relicta omnia bona vel est
relicta hereditas cẽsentur relicta gaio. cccc. ⁊ titio. ccc. ⁊ diminutio
fiet pro rata ⁊ quatenus diminuenda sunt quia excedunt vires pa-
troni ⁊ quatenus detrahenda est quarta per heredẽ pro falcidia et
trebellianica: sed in. d. l. fi. in fi. probat per. l. sempronio. in princi. de
vsufru. lega. vbi si legatur vni vsusfructus bonorũ ⁊ alteri relinqui-
tur vna res hereditaria non detrahitur de generali legato vsusfru
ctus illa res in specie legata: ideo legata non detrahũtur ante par-
tem ⁊ postea de residuo debetur generale legatũ vsusfructus bono
rum ⁊ Bal. ⁊ Jmo. quos habeo. in. d. l. si quis seruũ. §. fi. in hac par-
te nihil dicunt ⁊ vidi alios quosdã legentes nullũ reperio recedere
a Bar. satis est verisimile ꝙ si putassent Barto. male loqui in casu
isto frequenter cõtingibili ⁊ magne importantie non est verisimile
qõ transissent sub silentio ⁊ profecto maxima est auctoritas Bar.
in causis decidendis licet multum videatur aduersari decisio. l. qui
cccc. ad trebel. ⁊ concordia quã in. d. l. marcellus. in prin. facit Bar.
inter illas. ll. que prima facie apparent cõtrarie: nam dicit Bar. qõ
in. l. qui. cccc. legatũ singulare fuit simpliciter factũ: ideo censetur
onus hereditarium ꝙ transit in quẽcũqꝫ transit hereditas. sed. d. l.
marcellus loquitur quando legatũ nominatim relictũ fuit ab here
de vt probat ibi tex. dum dicit si ad heredis onus testator esse lega
ta dixit quo casu nõ censetur esse onus hereditatis: sed heredis sm
eum. et idem dicit ibi Jmo. in vtraqꝫ lege. ⁊ sm hoc in casu isto in
quo legata sunt simpliciter relicta: non antẽ nominatim relicta ab
herede: ideo videtur potius habenda cõputatio ⁊ cõsideratio que
fit in. d. l. qui. cccc. vbi de legato vniuersali detrahitur quantitas le-
gata qõ de directo videtur facere cõtra decisionem Bar. s. recita-
tam: sed nõ latebat Bar. qualiter loquebatur. d. l. marcellus. ⁊. d. l.
qui. cccc. quas ambas allegat: ideo puto quod Bar. allegauit dicta
iura ad ostendendũ ꝙ legatũ particulare non derogat vniuersali
vt patet in. d. l. marcellus. in. d. vero. l. qui. cccc. non fit illa conside-
ratio quia per legatũ singulare cẽseatur derogatũ vniuersali tanꝙ
3 derogatur generi per speciem. † Sed quia vniuersalis fideicõmissa
rius tenetur ad soluendũ legata simpliciter relicta quia succedit in
hereditate ⁊ successiue in oneribus hereditarijs: sed vsufructuarius
omniũ bonorum nõ tenetur soluere legata per. d. l. sempronio nec
vt arbitror cẽsetur vniuersalis fideicõmissarius: ita ꝙ possit cogere
heredem ad adeundũ prout cogit fideicõmissarius vniuersalis. et
forte non poterit cõueniri a creditoribus tanꝙ in eum transeant
actiones passiue prout videtur velle Bal. in. l. fi. §. sed quia nostra
maiestas. C. cõmunia de leg. nõ enim proprie cadit fructus in one-
re. ⁊ licet Bar. in. d. l. fi. de vsufru. lega. ⁊ in. l. vxori mee. eo. titu. per
illum tex. velit qõ vsufructuarius omniũ bonorũ teneatur soluere
creditoribus potest intelligi qõ soluit tanꝙ procurator proprie-
tarij. arg. l. j. §. fi. cum. l. sequenti. de noui operis nũcia. vel dato qõ
possit conueniri a creditoribus forte quia ex quo deducendũ est de
legato vsusfructus omniũ bonorum vt est tex. in. l. vsusfructus bo-
norum. ff. ad legẽ falci. censeatur iniunctũ sibi a testatore ꝙ ipse sol
uat. ⁊ ita respõdeatur ad. d. l. vxori mee ad quam etiam responderi
potest qõ in vsufructu bonorum legato venit kalendarium quo ad
nomina debitorũ in quibus cadere potest vsusfru. ideo veniunt no
mina debitorum prout veniunt kalendario legato. l. qui filiũ. §. fi.
de lega. iij. ⁊ si in specie legatum esset kalendariũ absonum esset di-
cere qõ in legatariũ singularem transirent actiones passiue que nõ
cessentur debitoris sed creditoris: nec per debitorem creditur sed
per creditorem ad hoc. l. debitorũ pactionibus. C. de pac. sed bene
4 potest onerare legatariũ vt soluat creditoribus. † Quicquid autẽ
sit Barto. clare concludit qõ legata non detrahũtur de vsufructu
omniũ bonorum legato: licet detrahatur es alienum ⁊ maxima est
auctoritas Bar. qui est speculũ veritatis in iure nostro: sed Bar.
in simili videtur hoc intelligere in legatis ex qbus detrahitur falci
dia per. d. l. cum autẽ. secus autem ibi dicit in legatis ex quibus nõ
detrahitur falcidia puta in legato libertatis vel pro danda liber-
tate facto vel in legato ad pias causas: ⁊ ita intelligit. d. c. cum autẽ.
ideo in legatis ad pias causas factis in dicto testamento videtur
dicendum qõ ante omnia sint deducẽda: quinimmo ⁊ similiter alia
legata quia prout mihi dicitur nõ sunt tot legata ꝙ sit detrahẽda
aliqua quarta merito veniunt detrahenda tanꝙ legata de quibus
non detrahitur falcidia ad qõ respondetur ꝙ Barto. intelligit de
his legatis que sui natura nõ patiũtur falcidiã etiam si excederent
dodrantem: nõ enim apparet in. d. l. sempronio per quã se fundat
Bar. in. d. l. fi. de vsufr. leg. ꝙ sint tot legata ꝙ excedãt dodrantem
ex quo

ex quo patet ꝙ Bar. non facit vim vtrum falcidia detrahenda veniat necne: sed vtrum ex natura legati non possit detrahi falcidia. Et propterea Bar. in. d. l. fi. de vsufr. lega. simpliciter ⁊ generaliter dicit quod legata non detrahuntur de generali legato vsufructu omniũ bonorum per. d. l. sempronio posset quis dicere ꝙ. d. l. cum autem. ⁊ Bar. ibi licet in. d. l. si quis seruũ. §. fi. cum se. loquuntur in generali relicto partis bonorum. et Bar. in. d. l. fi. ⁊. d. l. sempronio. loquũtur in generali relicto vsufru. omnium bonorum: sed fateor non esse de mente Bar. item qđ dicta legata nõ diminuant vsumfru. dicte dñe Anastasie vltra supradicta important verba dicti re-
5 licti primo quatenus dicit omniũ ⁊ singulorum bonorum. † Illud enim verbum vniuersale singulorum est distributiuũ. ⁊ sic significat ꝙ sit perinde ac si in vnaquaq; re de per se esset relictus vsusfru. per ea que tradit Bar. in. l. hoc articulo. de heredibus insti. per glo. et doct. in. c. vt circa. de elec. lib. vj. vbi de virtute horũ vniuersalium verborũ omnia ⁊ singula: sed si in vna qualibet relegasset vsumfructum non esset dubiũ ꝙ vsusfru. illius rei non posset per heredem vendi: ita ⁊ non possit vendi aliqua res hereditaria pleno iure vz vt veniat etiam vsusfr. propter illa verba omniũ ⁊ singulorũ et hoc addant illa verba ⁊ singulorũ secũdo hoc significant illa verba cum omni plenitudine: plenitudo enim adiectione non indiget. xcvj. distin. cañ. j. in prin. ⁊. vj. q. j. si omnia. et sic plenũ est illud cui nihil potest addi maxime cõcurrente virtute vniuersalis adiũcti prout est adiunctum vniuersale omni: sed si non haberet vsumfructum omniũ ⁊ singulorum bonorũ vsq; ad concurrentes quãtitates legatas quia ille de medio deducerentur: tunc nõ esset omnis plenitudo ex quo addi posset vsusfructus etiã in illis rebus ⁊ bonis deductis: ideo non esset relictum vsufru. omniũ ⁊ singulorum bonorum coadiuuant ⁊ tertio illa alia verba possit vti ⁊ frui sine aliqua contradictione: ideo nõ videtur ꝙ heres vel habẽs causam ab herede possit contradicere quominus dicta dña Anastasia possit fructare singula bona ex eo quia satisfaciendũ sit legatis: profecto enim nõ fructaret sine cõtradictione aliqua si pateretur hanc cõtradictionem ⁊ si nõ prodessent singula dicta verba tamẽ simul iuncta prosint per ea que habẽtur in. l. ij. §. etas. de excusa. tuto. cum concor. ⁊ per hec magna ex parte apparent sublata in contrarium adducta. Nõ enim obstat. d. l. si pecuniã quia debet intelligi qđ soluat heres de suis rebus hereditarijs non de rebus alteri legatis que nõ sunt sua quia soluere debet debitor qđ debet de suo non de alieno: non enim esset qđ pro satisfaciendo legato pecunie in quãtitate venderetur res alteri legata: cum enim non fiat ibi aliqua mentio qđ res hereditarie de quarũ venditione ibi dicitur fuerint alicui legate: ideo intelligendus est ille tex. de rebus hereditarijs non relictis alteri: ⁊ licet tex. indefinite loquatur et indefinita equipolleat vniuersali. l. si pluribus. de leg. ij. ⁊. l. si seruitus. de serui. vrb. pred. tamẽ tunc equipollet vniuersali quando eadem ratio ⁊ conditio omniũ que sub vniuersali comprehendũtur vt est theorica glo. Barto. et doct. in. d. l. si pluribus. ⁊ glo. ⁊ doct. in. d. c. vt circa. ⁊ tunc ex humanitate non de rigore verborũ per tex. in. d. l. si seruitus. prout ⁊ notant ibi Bal. Ang. ⁊ Rapha. fulg. ⁊ Petrus de bellapertica Bar. et Jmo. in. d. l. si pluribus. sed qđ permitteretur venditio rei alteri legate pro soluendo legatis quantitatũ non esset humanũ nec est eadem ratio ⁊ conditio in rebus alteri legatis que nõ sunt vendentis prout in rebus nõ legatis que sunt heredis cui ibi permittitur venditio merito ibi permittitur venditio rerum hereditariarum que nõ sunt alteri legate ⁊ non rerũ legatarũ ita in proposito vẽdatur proprietas nuda que nõ est legata et nõ vendatur vsusfr. alteri in singulis rebus relictis maxime attentis verbis legati. s. põderatis et per hoc nõ obstat si heredes fecerũt inuentariũ quia possunt satisfacere ex rebus hereditarijs reseruato vsufructu Anastasie.
6 ¶ † Nec ob. ꝙ detrahitur es alienũ: quia fateor qđ de legato vsusf. bonorum omniũ detrahitur es alienum hoc est debitũ testatoris per. d. l. vsusfru. ad legẽ falci. cum alijs in contrariũ adductis non tamẽ detrahũtur legata per. d. l. sempronio inter que facit exp̃ssam differentiã Bar. in. d. l. fi. de vsufru. leg. licet forte non esset absonũ tenere nec debita essent detrahenda si ex proprietate solui possunt propter verba illa legati. s. ponderata: qđ tamẽ non firmo nec de hoc queritur: cõcludo itaq; ꝙ dicti heredes nõ possunt vendendo res hereditarias p̃iudicare vsufructui legato dicte Anastasie etiã si fecerint inuentariũ saltem si ex nuda proprietate satisfieri possit prout ex his que percepi arbitror ꝙ satisfieri potest. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxcvj.

1 Gabellam emens pro alio cui postea cessit iura dicte gabelle cum hoc ꝙ ipse indẽnis conseruaretur ab ipso an possit contra dictum cessionariũ agere ad penam ⁊ interesse in instrumento cessionis contentam cum dicatur ꝙ ille cessionarius non soluerit sortem principalẽ tempore debito et sic dictus emptor passus est damnũ. nu. seq. et per totum.
2 Dies interpellat pro homine.
Obligatio ad interesse oritur post morã ex promissione vni facta de dando alteri.
3 Penam an liceat de iure canonico vltra ꝙ intersit exigere.
4 Moram vt quis dicatur incidisse an sufficiat interpellatio extraiudicialis.
5 Platee appellatione in dubio intelligitur de magna quãdo profertur sine adiuncto.
Jn an sit idem quod apud ex quo intrinsecitatem importat.
Apud ⁊ penes idem sunt nec intrinsecitatem denotant.
6 Vltra dictio quid importet.
7 Interesse an debeat iuramento partis agentis probari ex quo dicto vnius testis probatur.

¶ Consilium. cxcvj.


N nomine dñi nostri Jesu
1 christi. ¶ † Licet in hac consultatione videatur prima facie dicendũ ꝙ. d. Paulutius teneatur soluere. d. penã conuentam ⁊ alia centũ pro damnis ⁊ interesse. nam. d. Paulutius promisit soluere preciũ dicte gabelle sub pena centũ ꝙ preciũ debebat solui totũ intra annum. M. cccclxxv. vsq; ad mẽsem Octobris et interim singulis binis mẽsibus sextam partem ⁊ qui in tempore non soluit minus soluit. arg. insti. de act. §. plus. ⁊. §. tempore ⁊ qui in tempore non soluit incidit in moram ⁊ incurrit penã: quia dies interpellat pro homine. l. magnam. de cõtrahen. et cõmit. stipu. l. si cum dies. §. fi. de arbi. l. traiectitie. §. de illo. ff. de acti. ⁊ obli. idcirco cum. d. Paulutius promiserit soluere preciũ gabelle ad qđ tenebatur. d. Rosatus ⁊. d. Rosatus tenebatur soluere intra annũ singulis binis mensibus ratam et per totum annum integrum precium probato lapsu temporis est fundata intẽtio creditoris nisi debitor probet se soluisse per ea que habẽtur in. l. ij. C. de iure emphy. ⁊ in. l. hoc iure. de verb. obli. ⁊ in. c. potuit. de loca. nec requiritur alia interpellatio vbi est dies adiecta. d. l. magnam. cum concor. in casu autem nostro interuenisse videtur interpellatio: nam duo testes deponentes super. xiij. articulo dicti Paulutij Mariottus ser Jacobi primus eius testis et Joannes Matthei tertius testis deponunt ꝙ. d. Rosatus interpellauit. d. Paulutiũ ꝙ extraheret eum de impedimento istius gabelle et solueret creditoribus ipsius gabelle ita ꝙ bina interpellatio videtur concurrisse scilicet diei ⁊ hominis. et propterea videtur ꝙ. d. Paulutius incurserit penam et etiam teneatur ad damna ⁊ interesse: tum quia expresse conuenit
2 Paulu. de cõseruãdo. d. Ro. indẽnem. † Tum quia in promissione facta vni de dãdo alteri oritur obligatio ad interesse post morã. l. liber homo. §. fi. de verbo. obli. licet al's in obligationibus dandi non succedat obligatio ad interesse. l. si seruũ. §. fi. ⁊. l. vbi autẽ non apparet. §. fi. de verbo. obli. ⁊ ex quo conuentũ est ꝙ vtrũq; debeatur. s. pena ⁊ interesse per illam clausulã qua pena soluta vel nõ contractus iste sit ratus ⁊ firmus per ea que habentur. in. l. cum proponas. C. de pact. in. l. ita stipulatus. in fi. de verb. obli. et in. l. qui fidẽ. ff. de transac. ideo vtrũq; debetur ⁊ exigi potest. s. ꝙ soluatur pena et ꝙ impleatur principaliter promissum prout est cõseruatio indẽnitatis ⁊ quod precium soluatur fisco vel subrogatus in locum fisci quibus preciũ erat soluendũ vigore dicte emptionis et post morã succedit obligatio ad interesse vt dictũ est: ideo in pena et interesse potest peti executio: et licet quãtitas interesse sit probanda vt per glo. ⁊ doc. in. l. certi condictio. in prin. ff. si cer. peta. tamen ex forma statuti sub rubrica de conseruatione indẽnitatis videtur ꝙ probetur quantitas per iuramentũ ipsius Rosati qui offert se paratum iurare ⁊ petit iuramentum sibi deferri ⁊ videtur ꝙ illud deferri debeat ⁊ prestitum postea probet nec videtur ꝙ se tueri possit dictus Paulutius ex eo quia ignorauerit allocatos quia precium soluendum esset fisco cui poterat soluere. ¶ Tamen his non obstantibus contrariũ puto de iure respondendũ: nam premitto ꝙ verba contractus interpretantur contra stipulantẽ qui potuit legẽ apertius dicere. l. quicquid astringende. §. j. de verbo. obli. l. veteribus. ff. de pac. ⁊ si non apparet quis verba protulerit vt quia non interuenit stipulatio tũc interpretantur cõtra eum qui nititur ex pacto cuius pacti verba sunt interpretanda. l. labeo. ⁊. l. si in emptione. in prin. de cõtrahen. emp. ⁊ que ibi per doct. pro cõcordia illarum duarũ. ll. item secũdo premitto ꝙ in penis sit interpretatio benignior vt sz euitentur vel si cõmittuntur mitigentur si verba patiũtur. l. si preses. ⁊. l. interpretatione. ff. de penis regula in penis in. vj. c. statutũ.
3 in prin. de elec. eo. lib. † Maxime de iure canonico quo iure multi tenent ꝙ pene non exigebantur vltra quã intersit per. c. suam. de penis. de quo vt per doct. ibi ⁊ in. c. cum dilecti. de arbi. et saltem in foro cõscientie nõ debentur cañ. fraternitas. xij. q. ij. item premitto ꝙ. d. Paulutius non erat obligatus fisco: sed Rosato soluere precium fisco Rosatus nõ stipulatus fuit quo tempore solueretur precium sed ꝙ Paulutius solueret precium simpliciter ⁊ licet dies interpellauerit. d. Rosatum pro duabus pagis tamẽ non soluerat ⁊ raro contingit ꝙ soluatur ante lapsum termini et non solet exigi pena propter solum lapsum termini vt docet experientia que est rerum magistra. c. quã sit. in prin. de elec. lib. vj. ⁊. c. statutũ. in prin. eo. titu. ⁊ lib. et ideo cum in solutione precij non sit dicto Paulutio adiectũ aliquod tempus non censeatur promissa pena in casu quo non soluerit intra tempus. et maxime ex quo erat. d. Rosato

conuentum de cõseruatione indẽnitatis: ita qõ satis erat Rosato
si propter non solutionem precij in tempore patiebatur aliquod
damnum vel interesse erat sibi consultũ per promissionem de cõser
uando indẽnem et per illam clausulam cõtractus qua pena soluta
vel non contractus sit ratus ꝛ firmus: facit etiam quia pro duabus
pagis non erat amplius tempus statutũ ad soluendum. d. Paulu
tio nec tempus qõ eum interpellaret et constitueret in mora: ideo
illa promissio pene in casu quo nõ solueret prout respectu illarum
duarum pagarum nõ artatur ad aliquod tempus ita nec respectu
residui ne diuerso iure censeatur. arg. l. eum qui edes. de vsuc. et ne
diuersimode determinetur. ar. l. fi. C. de sententijs. ꝛ. l. iam hoc iure.
de vulga. ꝛ pupil. cum concor. concurrit etiam quia non probatur
ꝙ. d. Paulutius habuerit notitiam de tempore quo erat soluen-
dum. d. precium ꝛ in dubio presumitur ignorantia in facto alieno
regula presumitur ignorantia in. vj. l. verius. de proba. cum simi.
ideo videatur excusandus si non soluit intra tempus et imputan-
dum Rosato quare tempus illud nõ notificauit Paulutio: ꝛ licet
sit verisimile qõ Paulutius tempus solutionis non ignorauerit
attento cõmuniter hmõi cõmunantie cõsuetum est ꝙ ita vendan-
tur: sed dicta consuetudo non est deducta. ꝛ licet dicta allegatio vi
deatur rigorosa animaduertat etiam iudex qõ exactio pene vltra
interesse est similiter rigorosa ꝛ solam duritiem continet dicit tex.
in. l. seruus ea. ff. de seruis expor. ex his itaqꝫ deducitur qõ non est
cõmissa pena ex eo qõ solutio precij non fuerit facta in tempore in
4 cedula contento. † Videndũ est modo vtrum sit cõmissa per inter-
pellationem extraiudicialem ꝛ quidem minime negandũ est quin
interpellatio extraiudicialis constituat debitorem in mora. l. si ex
legati causa. de verb. obli. ꝛ. l. mora. in prin. ff. de vsur. et ideo si pro-
baretur legitima interpellatio non esset negandum quin mora et
pena fuisset cõmissa. tamen non probatur legitima interpellatio:
nam est aduertendum qõ dicti duo testes non se vocant in cõtestes
et ex eorum dictis ꝙ actus erant reiterabiles: vnde faciliter ꝛ veri-
similiter contingere potuit ꝙ de diuersis interpellationibus depo
nant ꝛ testes qui possunt esse singulares ꝛ cõtestes non probant. di
cit Bald. in. l. edicto. C. de edicto diui. ante medium col. xj. et in. c.
bone. de elec. in antiquis faciunt nota. per Bar. et Imo. in. l. is qui
reus. de publi. iudi. ꝙ saltẽ dicendũ est in casu isto: quia licet ambo
testes examinati super eodem. xiij. articulo dicant vera esse tamen
postea deueniendo ad specialia qualiter interpellauit non se cõcor
dant quia primus testis deponit vera esse videlicet qõ ipse testis
interfuit quando. d. Rosatus extra iudicialiter interpellauit ali-
quando apud fundicum. d. Paulutij aliquãdo in plateola sancte
Marie de mercato ante dictum fundicũ et requisiuit. d. Paulutiũ
dicendo hec verba vel similia te prego che me tragge de questo im-
pedimento de questa gabella acio che io possa vsare e fare il fato
mio. alius testis dixit vera esse interrogatus in causa scientie dixit
quia vidit audiuit et p̃sens fuit ꝛ quia cum ipse testis esset creditor
pro vicibus acquisitis in venditione. d. gabelle ideo ipse Rosatus
requisiuit dictum Paulutiũ ꝙ solueret eidem testi. x. flore. et alijs
creditoribus. d. gabelle ꝛ licet si se vocassent in cõtestes potuissent
forte ab hac discordia seu diuersitate defensari tamen quia non se
vocant in contestes de facili potest cõiecturari ꝙ de diuersis inter-
pellationibus loquantur coadiuuat quia primus interrogatus de
loco dixit apud fundicum ꝛ in plateola sancte Marie de mercato
5 ante fundicũ alius dicit in fundico ꝛ in platea ꝛ. s̃. muro. † In pla
tea autem sine adiuncto intelligitur de platea magna propter ex-
cellentiam pro poeta intelligitur de Homero seu Virgilio insti. de
iure natu. gen. vel ciui. ꝛ apostolus intelligitur de Paulo nec pro-
prie idem significant in fundico et apud fundicũ quia in significat
intrinsecitatem. l. j. §. in flumine. ff. de flumi. apud ꝛ penes nõ deno
tant intrinsecitatem. l. penes. ff. de verb. signi. l. si is apud quem. C.
de eden. ꝛ ꝙ per Barto. in. l. si quis in tantam. C. vnde vi in. j. col. si
recte ponderantur qõ enim in ripa tyberis vel in littore maris est
probabiliter dici potest esse penes ꝛ apud flumen vel mare et non
potest dici esse in flumine vel mari vt in. d. §. in flumine vel mari: et
ideo non concordant etiam in loco multominus cõcordant in tem
pore: nam primus testis interrogatus super. xj. articulo super ca-
ptura. d. Rosati dicit iam sunt duo anni elapsi ꝛ vltra ꝙ. d. Rosa-
6 tus fuit captus. † Et illa adiectio ꝛ vltra refertur ad modicũ tem-
pus. arg. l. hec adiectio. de verbo. signifi. ꝛ ꝙ habetur in. l. et si post
tres. ff. si quis cau. postea super. xiij. articulo deponens super inter-
pellatione dicit qõ fuit interpellatio per mensem ante dictam ca-
pturam. ꝛ sic videtur deponere quod fuit parum vltra. xxv. menses
et alius testis deponit ꝙ iam sunt elapsi anni quatuor vel circa: ita
qõ non est verisimile ꝙ deponant de eadem interpellatione atten-
to ꝙ vnus deponit de mensibus. xxv. al's de mensibus. xlviij. ꝛ licet
vnus deponat ꝛ vltra alius vel circa nihilominus: quia. d. clausule
solent ad modicum tempus referri et inter. xxv. menses nõ est mo-
dica distantia: immo excessus quasi in duplũ et si vellemus concor-
dari dicte attestationes magis cõmode posset adaptari illa locu-
tio duo anni et vltra ad quatuor annos extendendo illud et vltra
ad. xxij. menses vel circa quã illa verba iam sunt quatuor anni vel
circa ad. xxv. menses: nam constat quatuor annos esse vltra duos
annos ꝛ vltra. xxv. menses ꝛ tamẽ. xxv. menses s̃m cõmunem vsum
loquendi nõ sunt circa. xxv. menses. ꝛ attento qõ testes iurauerunt
de mense Februarij. M. cccclxxviij. ꝛ publicate fuerunt attestatio-
nes de mense Aprilis eiusdem millesimi ꝛ gabella fuit vendita. d.
Rosato in anno dñi. M. cccclxxiiij. die. xxj. Octobris ꝛ instrumen-
tum initũ inter dictos Rosatũ ꝛ Paulutium fuit in sequẽti anno
M. cccclxxv. de mẽse Martij: ita qõ dicta interpellatio de qua de-
ponit dictus vltimus testis de interpellatione deponẽs s̃m tẽpus
de quo deponit potuit esse ante contractũ initum inter Rosatũ et
Paulutiũ: nam a die iuramenti testiũ ad diem dicti cõtractus non
sunt anni quatuor ꝛ ad diẽ emptionis sunt vltra quatuor anni: ita
qõ potuit illa interpellatio de qua deponit dictus testis esse post
venditionẽ ꝛ ante cessionẽ ꝙ est satis verisimile attẽto ꝙ. d. Rosa
tus emerat. d. gabellam pro Paulutio prout ipsi asserunt in dicto
cõtractu cessionis ex quibus cõstat ꝙ dicte attestationes nõ pro-
bant interpellationẽ saltem factã post contractũ cuius instrumen
tum petitur mãdari executioni ita ꝙ dicte attestationes in nihilo
releuãt. d. Rosatũ: itaqꝫ si probatur prout in puncto p̃supponitur
ꝙ. d. Paulutius soluit. d. preciũ licet forte nõ soluerit in tempore
quo solui debebat per. d. Rosatum ꝛ propterea. d. Rosatus fuerit
captus nõ propterea põt peti a Paulutio. d. pena per supradicta
per que patet respõsum ad adducta in contrariũ: quia. s̃. deductũ
est qõ nec dies interpellauit nec interpellatio hominis probatur
saltem post instrumẽtum ꝙ petitur exequi ꝛ licet large loquendo
plus dicatur petere qui ante tẽpus petit: ꝛ ideo videatur ꝙ minus
censeatur soluere qui post tempus soluit nihilominus nõ videtur
propria locutio nec videtur ꝙ propterea incidat in penã si non cõ
stitutus in mora postea soluit: nec quispiã diceret qõ soluens post
tempus cõuentum non censeatur soluisse totũ ꝛ integrum preciũ:
ideo. d. Paulutius non potest dici nõ soluisse integrum ꝛ totum
7 preciũ. d. gabelle. † Ex predictis etiam infertur ꝙ nõ debet deferri
iuramentũ dicto Rosato super damnis expensis ꝛ interesse: ita qõ
per ipsum iuramentũ probentur: nam licet statutum de conserua-
tione indẽnitatis disponat ꝙ ille qui est conseruatus indẽnis ha-
beat declarare quantitatem damni ꝛ stetur eius iuramento tamen
subditur ꝙ conseruatus indẽnis seu qui pro alio se obligauit denũ
ciare debet ꝛ predicere principali obligato vel ei pro quo esset obli
gatus ꝙ extrahat ꝛ conseruet ipsum indẽnem de obligatione quã
pro eo fecit: debet ergo precedere dicta requisitio vt denotãt dicta
verba maxime illud verbũ predicere. i. ante dicere: ante ergo quam
teneatur ad omne damnũ ꝛ interesse saltem ꝙ probetur per solum
iuramentum partis debet precedere dicta requisitio: maxime hoc
dicendum est vt restringatur dicta exorbitantia dicti statuti ꝙ est
exorbitans in pluribus primo quia proceditur iudiciario ordine
omisso ad probationẽ obligationis facte pro alio secundo ꝙ facta
probatione dicte obligationis nõ sit necessaria sed executioni mã-
detur prout executioni mandatur instrumentũ guarentigiatũ seu
confessionatũ: tertio maxime est exorbitans quatenus statuitur ꝙ
interesse ꝛ eius quãtitas probetur per iuramentũ partis: nam cre-
ditur vni testi. cõtra. l. iurisiurãdi. C. de testi. cum multis similibus.
et in causa propria cõtra. l. nullus idoneus. ff. de testi. ꝛ. l. omnibus.
C. eo. titu. ꝛ ad moderãdas exorbitantias ꝛ eas restringẽdas debe
mus faciliter condescendere etiam si verba legis exorbitantis esset
opus impropriare tex. doct. ibi in. c. cum dilectus. de cõsue. multo-
fortius vbi nõ est opus aliqua impropriatione verborũ prout con
tingit in casu isto cum itaqꝫ non probetur legitime ꝙ aliqua requi
sitio interuenerit per dicta. s̃. in precedenti articulo cõsultationis
in quibus principaliter me fundo. ꝛ etiam posset instari ꝙ dato ꝙ
dicta protestatio probaretur nõ fuerit facta s̃m formam dicti sta-
tuti super quo aliter non insisto: concludo itaqꝫ ꝙ dicta pena non
debetur ꝛ interesse nõ probatur per iuramentum. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxcvij.

1 ☞ Hereditas vt possit obtineri ab intestato an sufficiat agenti
probare se fratrẽ seu sororem vel materteram ꝛc. an vero astringa-
tur probare se esse proximiorem. per totum.
2 Consanguinitas in gradu remoto vt octauo vel nono seu decimo
potest testibus de auditu probari.
Titulus vnde vir et vxor non habet locũ nisi post decimum gradũ
quia existentes in eodẽ gradu decimo excludunt virum ꝛ vxorem.
3 Intestatus quis dicatur.
Negatiua nõ coartata loco ꝛ tempore est impossibilis ꝙ probetur
vt si quis pretendat se heredem ab intestato nõ requiritur ꝙ pro-
bet dñm hereditatis de qua agitur decessisse nõ facto testamento
et quãdo proponitur aliquẽ decessisse sine liberis onus probandi
incumbit reo dicenti se cum liberis decessisse.
4 Veritas est iustitie mater cui iudex debet inherere.

¶ Consilium. cxcvij.


In nomine dñi nostri Jesu
1 christi. ¶ † Licet in hac consultatione videatur prima
facie dicendũ ꝙ non sufficiat probasse dictas dominas
Stephanutiam

Stephanutiam et Mariā fuisse amitas dicte domine Piacenole
ad finem vt censeatur eis deuoluta hereditas ab intestato ipsius
Piacenole: nam lex duodecim tabularum que vocauit agnatos
ad hereditatē defuncti non vocauit agnatos simpliciter sed proxi
mum agnatū.l.ij.§.hereditas.ff.de suis ⁊ legitimis here.⁊ insti. de
legi.agna.succe.in prin.similiter ius pretorium vocat proximiorē.
l.j.§.proximus.⁊.§.si quis proximior.ff.vnde cog.et ius nouissimū
Justiniani vocat zios ⁊ ceteros agnatos et cognatos gradatim si
neq; sunt descendentes vel ascendentes neq; fratres vel filios fra-
trum.in autenti.de heredi.ab intesta.ven.§.si neq; fratres.et auc.
cessante.⁊ autenticis sequentibus.C.de legi.heredi.et ideo videtur
ꝙ prout nō vocatur a lege simpliciter amita: sed vocantur agnati
vel cognati:sed proximi vel ceteri vltra filios fratrum si non super-
sunt descendentes vel ascendentes neq; fratres vel filij fratrum vt
in iuribus preallegatis non videtur ꝙ amite vel earum successores
se fundantes in earum successione probare debeant non solum qđ
sint amite: sed ꝙ sint proxime. et sic neq; supersint descendentes
ascendentes fratres vel filij fratrū: qui enim se fundat in negatiua
habet illam probare.l.hoc iure.de verborū obli.⁊ ibi per Barto.et
doct.⁊ Inno.⁊ Joan.and.in.c.super his.de accusa.⁊ Jo.and.in.c.
bone.j.de elec. Jmol. in.l.ex facto.§. si quis autem.ff. ad trebel. et
his rationibus vt arbitror: quia ipsum non vidi fretus.d.Angeli
prout in puncto dicitur tenuit in.§.actionum.insti.de actio. ideo
videtur ꝙ dicti Bartholomeus Lucas ⁊ Marianus cessionarij di
ctarum Stephane et Mariane amitarū dicte domine Piacenole
creditricis debeant succumbere tanꝗ non plene et concludenter
fundantes eorum intentionem prout actores facere debent.c. in
presentia.de proba.l.nō hoc.C.vnde cog.cum similibus. Sed licet
hec videantur multum astringere tamen cōtrariam partem puto
veriorem ⁊ reperio bis me cōsuluisse contrarium fretus tunc prin-
cipaliter auctoritate Rapha.cuma.⁊ Pōtani qui in.l.heres insti-
tutus.de acquiren.heredi.firmant ꝙ pretendenti se heredem alicu
ius sufficiat probare se esse fratrē vel amitam vel aliter coniūctum
2 nec requiratur probare negatiuā ꝙ nullus alius eum precedit:† ⁊
ita vidi pluries praticari nec vnꝗ in dubium verti vidi et in causa
propria egi ex personis materterarum solum probaui eas mater-
teras et obtinui verum est ꝙ non fuit oppositum me mouebat et
mouet quia alias vix probare posset constitutus in decimo gradu
sibi delatam hereditatem et minus vxor vel fiscus ad hoc.c.licet ex
quadā.extra de testi. vbi probatio cōsanguinitatis in gradu remo
to reputatur multum difficilis: ideo in casu illo speciali admitti-
tur probatio per testes de auditu: sed ꝙ nullus alius sit agnatus
vel cognatus intra decimū gradum est quodāmodo impossibile:
non enim solet hoc cōmuniter esse notum consanguineis: immo
personis proprijs plerūq; non sunt noti omnes sui agnati ⁊ cogna
ti maxime quoto gradu distant. ego quidē hoc experior in meipso
et qđ in me sentio in alijs credo: ita ꝙ si testis deponeret ꝙ nullus
virū et vxorē precederet non esset bona redditio cause quia vicinis
non solet esse hoc notum ⁊ pariter nec consanguineis maxime con
stituti in vndecimo gradu. quia cōstituti in decimo virū ⁊ vxorem
excludūt.l.vnica.C.vnde vir ⁊ vxor iūcto.§.fi.insti.de succe.cogna.
et licet in gradu tertio prout sunt amite non sit tanta difficultas
nihilominus dicte rationes pariter adaptantur ad cōstitutum in
decimo gradu et ad virum ⁊ vxorem et ad fiscum prout ad fratrem
vel fiscum et ex quo in predictis est absonum qđ requiratur dicta
probatio: ideo videtur ꝙ non requiratur in aliqua persona pro-
3 bando per reductionem ad incōueniens.† Et si rationes predicte
in contrarium adducte militarent pari ratione dicendū videretur
ꝙ non obtineret proximior hereditatem ab intestato nisi proba-
ret non esse factum testamentū: quia non dicitur quis intestatus
nisi qui non fecerit testamentum aut factum sit vel fiat inefficax.ff.
de suis ⁊ legiti.l.j.in princi.⁊ insti.eo.titu.s.de heredi.ab intesta. in
prin.⁊ tamen non seruatur ꝙ qui pretendit se heredem ab intesta.
artetur ad probandū negatiuam ꝙ defunctus non fecit testamen
tum que negatiua:quia non coartata loco ⁊ tempore est improba
bilis.c.cum ecclesia sutrina.de causa posses.⁊ proprie.et facit tex.in
l.si emancipati.C.de colla. ſm vnam literā prout ibi legendo illam
induxi licet Ponta. aliter ibi notet ⁊ consuetudo est optima legū
interpres.l. si de interpretatione.ff. de legi. et.c. cum dilectus. de
consuetu. Confert plurimum ad predicta bene.l.ex facto.§.si quis
autem.ad trebel. ⁊ ꝙ ibi notat Barto. dicens ꝙ qui dicit aliquem
decessisse sine liberis habet fundatam eius intentionem: ita quod
aduersario qui negat decessisse sine liberis incūbit onus probandi
licet sit reus et loquitur eo casu quo constabat illum habuisse libe-
ros:⁊ idem tenent ibi glo.Bal.⁊ Ange.⁊ licet glo.et Ange. ibi di-
cant esse speciale fauore fideicōmissi ne pereat tamen Barto. et
Bald.generaliter loquuntur.⁊ idem Barto.in.l.qui duos.§. cum
in bello.ff. de rebus dub. reprobat illam opi. ꝙ sit speciale fauore
fideicōmissi dicens generaliter qđ etiam vbi cessat fauor fideicō-
missi qui dicit aliquē decessisse sine liberis non oneretur onere pro-
bandi: sed aduersarius qui id negat et si id esset fauore fideicōmissi
non esset inconueniens idem dicere ne subuertatur quodāmodo
magna pars et quasi tota materia successionis ab intestato cum
non possit directo probari ꝙ quis decesserit intestatus nec ꝙ con
stitutus in gradu distanti sit proximior per supradicta ⁊ si dicatur
per discussionem dicte negatiue probari possunt pariter id dicen-
dum esset in fideicōmisso relicto sub cōditione si decesserit sine libe
ris ⁊ si dicatur ille.§. si quis autē loquitur eo casu quo simul decesse
runt prout dicit ibi Jmo. per ea que habentur in.l. quod de pari-
ter.de rebus dubijs.⁊ in.d.§.cum in bello profecto.licet plures de-
cesserint in eodem bello vel in eodem naufragio nihilominus non
sequitur ꝙ eodem momento omnes pariter expirauerint: immo
verisimiliter est cōtrarium: quia cōmuniter contrarium contingit
et nihilominus:quia non potest probari quis predecessit obtinet
ille qui se fundat in nō superexistentia licet sit actor ⁊ videatur fun
damentum sue intētionis:ita suadet ratio ꝙ idem sit alias ille qui
se fundat in superexistētia filiorum vel aliorū: quia videtur eadem
ratio et vbi eadē ratio idem ius per iura vulgaria. ¶ Nec obstant
adducta in contrariū: quia hoc casu suadent rationes preallegate
qđ incumbat onus probandi ei qui dicit ꝙ proximior superest et
auctoritas Ange.de are.debilis est comparatione eorū qui tenent
contrarium: dato autem sine preiudicio veritatis qđ incumberet
onus probandi dictis agentibus qđ nullus alius proximior esset
error iuris qui regulariter non est probabilis minores censerentur
lesi eorum facilitate in non probando quod probare debebant et
poterant.arg.l.minoribus.xxv.annis omissam.ff.de mino.⁊.l.fi.C.
eo.titu.cum similibus.puto autem ꝙ saltem sit probabile dubium
per auctoritates et rationes preallegatas ego quidem qui circa.l.
annos versatus sum in studio iuris fuissem deceptus:et alˢ habui
causam satis grauem me fundando in successione materterarum:⁊
non probaui nullum proximiorem superfuisse.⁊ obtinui.probabi-
lis autem error iuris cōparatur errori facti alieni. per tex. et quod
ibi per do.Anto.⁊ Jmo.in.c.cum dilectus. de consue.⁊ do.Anto.
in.c.de quarta.de prescrip.⁊ Jmo.in.c.si diligenti.eo.titu. qui alle
gant.d.c.cum dilectus.et notata per Joan.and.in.c.j. de postula.
prela.lib.vj.ꝙ ⁊ voluit Bald. in consilio mihi.cccccliiij. incipiente
ista questio habet duas partes leso autem ex iusta ignorantia cō-
petit restitutio in integrum ex clausula generali si qua mihi: iuxta
ea que habentur in.l.j.in fi.⁊ in.l.sed si per pretorem.§.hec autē.ff.
ex quib.cau.maio. ⁊ per hoc medium restitutio in integrum cōpe-
4 teret etiam maiori.† Tamen quia iudex debet conari adherere
veritati cañ.iudicantem.xxxvj.q.v.⁊.l.ij.C.de eden.⁊.l.si eum. in fi.
principij.ff. si quis cau. et ibi concordantie in glo. veritas enim est
mater iustitie dicit Bald. in.l. libertini.ff.de statu homi. ideo ibi
exponitur iusta.i.vera et similiter tex.insti.de lib.in princi.idcirco
persuaderem iudici si aliud quā videam non obst. ꝙ ad inuenien-
dam veritatem ⁊ euitandas opiniones et minus fatigandum par-
tes assignaret parti petenti terminū ad probandam proximiorita
tem. non enim ob. publicatio processus ex quo super hoc testes
non fuerunt examinati. nec ob. terminus peremptorius assigna-
tus ad probandum. nam licet artet partem cui datur non artat
iudicem per ea que habentur in.l.quod iussit.de re iudi.⁊ in.c.cum
cessante.de appel. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cxcviij.

☞ Confessio facta in tormentis seu metu tormentorum per mi-
norem.xx. annis sine presentia curatoris an possit retractari per
ipsum confitentem ex quo fuit contra ipsum lata sententia vigore
dicte cōfessionis stantibus statutis de quibus.j.nu.per totū.
1 Confessio an possit haberi pro re iudicata.
2 In delictis non iuuat minor etas.
3 Confessio facta cum curatoris auctoritate per minorem an valeat
ad iudicium substantiandū etiam in criminalibus.
4 Lex correctiua an extendatur propter rationis idētitatem.
5 Statuta correctiua loquentia in casu vero non trahuntur ad ca-
sum fictum.
6 Contumacia que resultat ex ficta confessione est delictum.
Minor accusatus de crimine potest torqueri cuius cōfessio facta
in tormentis presente tamē suo curatore sibi nocet ⁊ quomodo mi
noritas aspectu possit improbari.nu.seq.⁊ per totū.
7 Sententia lata contra minorem an possit dici nulla.nu.seq.
8 Sententia que transiuit in rem iudicatam an possit ex permissio-
ne reuideri ⁊ retractari.

¶ Consilium.cxcviij.

In nomine dñi nostri Jesu
1 christi. ¶ † Licet in hac consultatione videatur prima
facie dicendū ꝙ partes dictorum iudicum cōmissariorū
sint in cōfirmando sententiā domini potestatis que videtur fuisse
iusta cum in confessum partes iudicis sint in condemnando vel
exequēdo.l.proinde.in fi.ff.ad legē aquil.l.si debitori.de iudi. nam
solet confessus in iudicio haberi pro iudicato.l.j.ff. de confes.⁊.C.
eo.titu.l.vnica.⁊ res iudicata habetur pro veritate.l.res iudicata.
2 ff.de reg.iur.† Nec videtur ob.ꝙ.d.Pirrus fuerit ⁊ sit minor quia
videtur ꝙ et de iure cōmuni: ⁊ maxime ex forma statutorum dicta

confessio et sententia subsistant. nam in delictis minor etas non
iuuat. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. ꝛ in. l. si ex causa. §. nunc
videndum. eo. titu. vbi est tex. ꝙ non subuenitur in furto. ꝛ vterqꝫ
tex. loquitur de cōfessione minoris. ꝛ glo. in verbo fateatur in. d. §.
in delictis op. de lega. j. §. diuus. ff. de questi. ꝛ soluit ꝙ ibi nō perse
uerauit in cōfessione quasi velit ꝙ si in cōfessione facta in tormen
tis minor perseuerasset illi standum foret ꝛ hoc ꝙ cōfessio in causa
criminali facta per adultū valeat etiam sine auctoritate curatoris.
tenent Pe. et Dy. vt eos referūt Cy. ꝛ Bal. in. l. clarum. C. de auc.
prestan. ꝛ idem tenet ibi Nico. de mat. in confessione que fit ad veri
tatis inquisitionem ex cuius dicto infertur ꝙ confessio in tormen
tis facta per adultum sine auctoritate curatoris valet ꝑm Bald. et
Cy. in. d. l. clarum. qui Cy. cum eo simpliciter transit subdens ꝙ id
libenter exaudierit potestates ꝛ rectores terrarū. preterea in deli
ctis dolose cōmissis minus reputatur maior. ergo ꝛc. d. §. in deli
ctis. ꝛ. l. j. C. si aduer. delic. preterea minor ex delicto obligatur. ff.
de rebus eorū. l. iij. ꝑm eundem Cy. ꝛ idem ꝙ confessio adulti facta
in tormentis precedentibus inditijs licet non interueniat curato
ris auctoritas valeat. tenet Joā. and. in additio. Specu. in titu. de
confessis. ꝛ tangit Cy. in. l. j. C. eo. ti. ꝛ Hostien. in summa. eo. titu.
prout eos refert. et cum eis transit Ang. in. l. certum. §. in pupillo.
ff. eo. ti. quod maxime videtur dicendū stante dispositione dictorū
statutorū quibus disponitur ꝙ cōdemnatio facta in cōtumaciam.
et sic ex ficta confessione non possit vitiari etiam ratione minoris
etatis. cōtumax autem ex forma statuti habetur pro confesso. ideo
condemnatur. et sic ficta cōfessio minoris non interueniente cura
tore prodest ad cōdemnationem. pari ratione videtur ꝙ vera eius
confessio. ꝛ fortius qm̄ efficacior est vera cōfessio quam ficta. patet
ex his que habētur in. l. eius qui delatorē. ff. de iure fis. item secūdo
sub rubrica ꝙ cōdemnatio non valeat certis de causis vitiari gene
raliter disponitur ꝙ nulla condemnatio valeat vitiari ex eo quod
cōdemnatus fuerit filiusfami. vel minor vel filiusfamilias et minor
et non interuenerit cōsensus patris. ꝛ sic patet ꝙ ratione minoris
etatis nō vitiatur sentētia lata contra minorē licet non interuene
rit cōsensus requisitus. ꝛ prout nō vitiatur sententia: ita ꝛ videtur
ꝙ non vitientur confessiones ꝛ alia acta que sunt preparatoria ad
sententiā. ꝛ dicit Inno. in. c. cum causam. de testi. quē refert ꝛ sequi
tur Bar. in. l. sepe. in fi. ff. de re iudica. ꝙ cui nocet sententia nocent
acta prout ergo minori nocet sentētia: ita ꝛ noceat confessio ꝛ alia
acta iudiciaria. ex quibus videtur ꝙ partes iudicis sint in pronun
ciando cōtra dictum Pirrū. ¶ †Tamen his nō obstantibus con
trarium puto de iure respondendū: premitto autē ꝙ est cōmissum
ꝙ causa ex integro reuideatur. et prout in puncto presupponitur
per iudices cōmissarios est processum in causa vsqꝫ ad sententiam
exclusiue: ita ꝙ non sit hesitatio super cōmissione. de qua si dubita
tio aliqua verti poterat in initio erat discutiēda. per ea que haben
tur in. l. sed ꝛ si susceperit. de iudi. l. fi. C. de excep. ꝛ. l. ea demū. C. de
procu. solū itaqꝫ queritur de meritis cause. ꝛ que esse debeant par
tes iudicis in sententiando. ꝛ ꝑsupponitur ꝙ dicti cōmissarij dede
runt curatorē dicto Pirro. cum itaqꝫ ipsorum officium sit causam
ex integro reuidere hoc est ac si sententia nō esset lata. ꝛ ideo viden
dum est de viribus concessionis dicti Pirri. Circa qđ aduertendū
est ꝙ licet Nico. de mat. velit ꝙ cōfessio emanans ad veritatē inue
niendam valeat sine curatoris auctoritate. tamē secus vult in con
fessione facta ad substantiandū iudiciū: puta in bello vel litis cōte
statione quasi velit: ꝛ clare sentiat ꝙ iudiciū non substātiatur cum
minore sine curatoris auctoritate. ꝛ ꝑm hoc nō erit cōfessio in iudi
cio facta si nō precedit auctoritas curatoris qua mediāte substan
tietur iudiciū. si autē deficit substātia iudicij: ergo iudiciū nullum.
ideo non iudiciū. arg. l. iiij. §. cōdemnatū. de re iudi. ideo nō imme
rito cōcludit Bal. in cōsi. mihi. cx. incipiente aut mulier est ꝙ con
fessio minoris sine auctoritate curatoris facta nō preiudicat ꝛ non
presumitur vera cōfessio in causa criminali. ꝛ dicit formaliter quod
nemo dubitat quin confessio minoris facta in causa criminali non
dato curatore est ipso iure nulla qꝛ facta per non habentē personā
legitimā. ꝛ idem Bal. in. d. l. clarū recitata opi. Nico. de mat. ꝛ elici
ta cōsequentia ex illo dicto ꝙ confessio in tormentis facta per mi
norem valet. subdit dūmodo anteq̄ esset torquendus primo esset
examinatus solēniter cum curatore et ꝓcessum causa cognita: quo
casu tortura est quedā executio precedētis cognitionis. ff. de adul.
l. si postulauerit. §. questionem. ꝑm eum. item Saly. dicit ꝙ dictum
Nico. de mat. dicētis ꝙ licet cōfessio minoris facta ad substantian
dum iudiciū non valeat sine curatore: nō valeat tamē facta ad veri
tatis indagationē. valet ꝛ propterea facta in tormentis valeat pōt
tolerari si curator prestitit auctoritatē adulto iuranti dicere verita
tem quia implicite videtur prestitisse auctoritatē responsionibus:
q̄s forsan nō sufficeret per illam. l. clarū. cum si. et dicit se dixisse in
l. j. C. de confes. ꝛ ideo videtur ꝙ dicte opiniones contrarie possint
cōcordari. s. ꝙ valeant cōfessiones minorum facte in iudicio crimi
nali. dūmodo curator interuenerit in substātiando iudiciū ꝛ legiti
3 ri prout nec ab executione facti. † Licet multi teneant ꝙ etiam eo casu quo ab executione sententie appellari nõ potest: appellari potest a pronuncia de exequendo prout voluit glo. j. in. d. l. ab executore. in princ. de appel. ⁊ glo. in. d. l. ab executore quorum appel. et ibi Ja. bu. ⁊ Spe. in ti. de appel. §. quibus. versi. quinto. et Ray. de forli. in. d. l. ab executore. de appe. pro quo facit quia statutum dicit ꝙ in executione sentẽtie procedit prout in executione instrumenti guarentigiati: sed a pronuncia de exequendo instrm̃ guarẽtigiatum potest appellari ex forma statuti ⁊ etiam de iure communi prout dicit Saly. in. d. l. ab executione. C. quorũ appel. nõ tamẽ putarem ꝙ hoc casu militat illa particula statuti ꝙ non audiatur appellans ab executione instrumenti guarentigiati nisi prius satisfacto creditori de sorte dãnis ⁊ expensis: tum quia statutum videtur intelligendum quando executio fieret contra debitorem vel eius heredem alias esset iniquum ⁊ absurdum qd̃ preceptũ guarentigie fiat vni ⁊ si executio fit contra alterum ille alter non possit appellare nisi soluta sorte contẽta in instrõ ⁊ dãnis ⁊ expensis: ⁊ statutum supra disponit ꝙ instrm̃ guarentigiatum mandetur executioni contra debitorem ⁊ eius heredem a contrario sensu vult ꝙ contra alium non mandetur executioni: ideo non est verisimile ꝙ statuentes velint ꝙ si mandetur executioni contra alium ille tertius non audiatur appellans nisi soluta sorte ⁊c. attento qd̃ quo ad tertium instrm̃ non est guarentigiatum guarentigiata cõsistit in precepto notarij. decet igitur ꝙ censeatur guarẽtigiatum quo ad eũ cui precipitur ⁊ qui eum representat prout est eius heres ⁊ per precedentia sequentia declarantur. l. si seruus pluriũ. §. fi. de leg. j. ⁊. l. heredes palam. §. sed si notam. de testa. ⁊ ideo si ex facie sententie non continetur ser Gratia quia non cantat de eo et nõ apparet ꝙ sit heres non videtur prohibitus appellare. licet non sit satisfactũ de sorte dãnis ⁊ expensis cum paria sint non esse et non apparere. d. l. duo sunt titij. cum similibus vulgaribus. Nec ob. ꝙ dicebã apparere ser Gratiam esse heredem Christofori de quo cantat sententia ex quo in prima causa defendit eum tanq̃ coniuncta persona et vt arbitror tanq̃ filius: ⁊ forte in hoc iudicio executiuo pretendebat forte se possidere ⁊ in primo iudicio pretendebat patrẽ esse potiorem in ipsa possessione: quia respondetur qd̃ prout in themate presupponitur in actis non constat dictum ser Gratiam esse heredem Christofori et verisimiliter aduersarius negabat id qd̃ ser Gratia pro defensione Christofori deducebat ⁊ ex confessione negata non potest quis niti. ar. c. ex eo qd̃. de regu. iur. in. vj. et. l. post legatum. in prin. ff. de his quibus vt indig. ⁊ not. Bar. ibi. ⁊ in. l. naturaliter. §. nihil commune. de acqui. pos. et licet in hoc iudicio executiuo contradicat executioni tamen nõ deducitur in themate ꝙ pretenderet se possessorem: ideo non deducitur qd̃ sit heres ex his que percipere possum licet acta non viderim. insuper constat ꝙ de iure communi appellans ab executione sententie quando excedit modus

modus auditur appellans: licet non sit satisfactum de sorte dãnis vel expensis per .d.l. ab executione in generalitate sui τ voluñt doc. et est clarum: ideo dictum statutum impediens audiri alias appellantem est pro posse restringendũ: vt quanto fieri potest minus ledat ius commune .c. cum dilectus. cum ibi notatis. de cõsue. τ ar. l. ius singulare. τ .l. qđ vo contra. de. ll. τ in regula que a iure communi exorbitãt. vj. ideo decet ꝙ .d. §. τ appellans restringatur vt supra dictum est. τ insuper statutum de executione sentẽtie quatenus dicit ꝙ sententie mandentur executioni per potestatem τ eius iudicem queadmodum instrumenta guarentigiata non loquit̃ de appellatione. et .d. §. et appellans non prohibet appellationem: sed disponit ꝙ appellans non audiatur nisi τc. audiri appellantẽ ptinet ad iudicem ad quem. dato enim ꝙ iudex a quo nollet appellãtem audire tamen appellans potest suam appellationẽ prosequi coram iudice ad quẽ solũ hꝫ appellans petere apostolos corã iudicea quo τ si eos non dat non curat. ff. de li. dimi. per totũ. cle. q̃uis. de ap. et .c. ab eo. eo. ti. lib. vj. τ ad iudicẽ ad quẽ spectat cognoscere et decidere an valeat appellatio. τ sic an sit sup appellatione audiẽdus appellans. c. romana. §. si vero. de ap. lib. vj. statutum autẽ sub ru. ꝙ sententie τ lauda executioni mandentur disponit ꝙ sentẽtie sicut instr̃a guarentigiata mandẽtur executioni per potestatem τ eius iudicẽ: τ sic loquitur de iudice a quo: non videtur ergo extendendum ꝙ appellans ab executione in qua est excessus modus nõ audiatur per iudicem ad quem: in hoc igitur qđ non mutat̃ quare stare prohibetur ius cõmune. ar. l. sancimus. C. de testa. τ .l. precipimus. C. de ap. τ .d.c. cum dilectus. cũ cõcor. τ suadet ratio ꝙ dictuꝫ statutum non trahatur ad terminos appellationis: quia si traheretur ad ipsos terminos sequeret̃ ꝙ prout potest appellari ab executione istrumenti guarentigiati non habita distinctione exceda tur modus necne prout dicit Saly. in .d.l. ab executiõe. ita τ posset appellari indistincte ab executione sentẽtie qđ esset contra .d.l. ab executore. d.l. ab executione. τ ideo forte statuentes voluerũt refrenare appellantes ab executione instrumenti guarentigiati: quia magis passim permittitur appellatio q̃ permittatur ab executione sententie. insuper presupponitur in themate ꝙ actor est missus in possessionem rei super cuius possessione fuit lata sententia: τ sic vt ita dixerim de sorte est satisfactum ab expensis forte fuit absolutus: licet punctus non bene declaret: τ ideo super hoc non insisto: sed per superius dicta concludo ꝙ dictus ser Gratia potest seu potuit appellare τ audiri debet. item concludo ꝙ dicta sententia fuit iniuste lata: et per consequẽs resultat decisio tertij quesiti et etiam
5 quarti quesiti. ¶ † Ad scđm quesitum breuiter rñdeo ꝙ sñia lata super executione sententie est interlocutoria prout volũt doc. in .l. ab executione. C. quorum appel. quem refert τ sequitur Jmo. in .d. l. ab executore. de appel. τ adducit qđ habetur in .l. a diuo pio. §. secũdo. de re iudi. idem vult Rapha. cu. in .d.l. ab executore. idẽ vult Bal. in .l. actori. C. de rebus credi. idem vult Bal. in addi. Spec. in ti. de appel. versi. sentẽtia declaratoria. s. qñ pceditur via executiua p officium iudicis: τ ꝙ sit interlocutoria tenet etiã Põta. in rubrica de re iudi. τ idem dicunt Ang. Jmo. Pau. de cast. τ Ponta. in .l. quinta. in prin. de verb. obli. dicẽtes ꝙ sententia qua pronũcia tur instr̃m guarentigiatum exequendum est interlocutoria: lꝫ nõ mera interlocutoria ꝑm eos. concludo itaq; ꝙ dicta sentẽtia est interlocutoria: quantum autem temporis attendatur non vidi statutum: vnde non possum videre vtrum intra tempus fuerit lata.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio .ccxxij.

¶ Consilium .ccxxij.



N nomine dñi nostri iesu
1 christi. ¶ † Videtur in hac consultatione prima facie dicendum ꝙ .d. titius possit petere dictam quãtitatem τ agere ad supplemẽtum legitime iuxta ea que habent in .l. omnimodo. et in .l. si quando. τ in .l. scimus. C. de inoff. test. τ licet sit indignus propter offensam factam testatori .l. inimicitie. ff. de his quibus vt indig. sed dicta offensa non videtur consideranda ex quo testator postea reliquit: τ sic videtur remisisse iniu
2 riam. † Et dato qđ hoc non iuuaret videtur ꝙ succedat fiscus: nam fiscus aufert ab eo qui priuatur bonis relictis propter suum delictum .l. claudius. et .l. mulierem. ff. de his quibus vt indig. τ no. glo. in .l. hereditas. C. eo. ti. τ in specie qđ qui aliũ interfecit τ bona interfecti ad interfectorem deuoluñtur fiscus auferat est tex. in .l. lucius. ff. de iure fisci. et licet in .l. si quis incesti. C. de incestis nup. τ .l. j. in fi. C. de secũdis nup. τ .l. j. C. de natu. libe. et preferantur fisco certe persone fisco inter ceteras preferuntur frater τ soror: vt in dictis iuribus exprimitur. τ glo. in .d.l. hereditas videatur trahere illas extra casus suos: tamen Bart. Ang. Saly. τ Rapha. volunt ꝙ sit speciale in casibus illoruꝫ iurium nec trahant̃ illa iura extra casus suos ꝑm eos. τ idem in effectu vult Bal. in .d.l. hereditas. preterea glo. d.l. hereditas. applicat casus illorum trium iuriuꝫ ad membrũ quando quis priuatur ob delictum testatoris vel eius de cuius bonis agitur aliter loquens quando quis priuatur ob delictũ suum qđ applicari potest ad terminos .d.l. si quis incesti. τ .d.l. j. de natu. libe. τ ad terminos .d.l. j. de secũdis nup. in prin. vsq; ad. §. omniuꝫ. sed in .d. §. omnium. τ in sequenti. §. his etiam priuatur mulier ob factum suum a iure reprobatum τ punibile illo iure. τ in casu .d. §. omnium. non applicatur fisco: sed omnibus qui succederent. et in casu. §. his etiam applicatur fisco post certas personas ibidem expressas: τ quia inter illos casus differentie: ideo non immerito dicunt doc. qđ est speciale in dictis tribus iuribus: ideo videtur ꝙ .d. titius non possit a fratribus repelli quominus consequat̃ relictum sibi factum τ supplementum legitime lꝫ veniat a fisco auferendũ: quia anteq̃ fiscus per sententiam auferat non potest indigno opponi de iure fisci nec de indignitate eius a quo venit per fiscum aliquid auferendum potest per alium opponi anteq̃ sit pro fisco lata sententia per tex. in .l. his consequenter. in princ. ff. fami. hercis. ꝑm lec. glo. ibi communiter singularis τ cõiter approbate. ¶ Tamen his non ob. contrarium puto de iure rñdendum. licet enim de iure communi predicta procedere possent. s. ꝙ portio que defertur titio veniret a fisco auferenda saltem qđ sibi competeret vltra quãtitatem sibi a testatore relictam: adeo ꝙ nec illam quantitatẽ a testatore relictam nec supplementum legitime possent impedire dicti fratres quominus titius illam consequeretur: tamen attenta cẽsura iuris municipalis: secus dicendum est. s. ꝙ .d. titius nihil ꝯsequi possit de bonis dicti interfecti nec sit locus fisco: sed omnia deuoluantur ad fratres filios τ vniuersales heredes interfecti: nam vba dicte legis municipalis reddũt .d. titium penitus incapacẽ omniũ predictorum. primo disponit ꝙ nulla persona que alium occiderit possit ad talis successionem admitti ex testamento vel ab intestato τ sic resistit principio: quia si non admittitur: ergo non querit τ nõ capit τ sic est incapax: qđ et fortius impediunt verba sequentia dũ subditur. nec quicq̃ de ipsius hereditate aliquo iure vnq̃ possit percipere vel habere. si enim caperet prima acquisitione licet veniret auferendũ non verificarentur .d. verba statuti: q: interim haberet et perciperet aliquid: τ si fiscus non auferret perpetuo haberet omni iure: τ sic omnia .d. verba deficerent. idem clarius demonstrant vltima verba statuti: sed ab omni successione omniq; eius cõmodo sit perpetuo exclusus. si enim admitteretur aliquo tempore non esset perpetuo exclusus nec esset exclusus omni cõmodo: quia tempore quo retineret perciperet aliquod commodum: ita qđ clarissimum est qđ talis occidens est omnino incapax attentis dictis
3 tot precisis verbis τ totiens reiteratis. † Et videmus in .d.l. j. C. de secundis nup. qđ indicatur incapax per vnicum verbum sit expers qđ ponderat ibi Bal. τ in. §. fi. in aut. quibus mo. natu. efficiuntur legi. vj. colla. τ in aut. quibus mod. natu. effi. sui. §. fi. vij. colla. p que iura nati ex dãnato coitu efficiuntur incapaces non sunt verba ita efficacia prout sunt verba huius statuti: ideo indubie tenendum est qđ sit omnino incapax qui occidit eum de cuius bonis agitur: et ex quo dicit nulla persona neminem excludit prout est natura vniuersalis .l. iulianus. de leg. iij. c. solite. in fi. de maio. τ obediẽ. nõ itaq; excluditur filius occidẽs patrem. Quinimmo fortius ipse debet includi q̃ alius: quia est magis legi exosus: quia magis detestabile scelus cõmittit: τ ideo acrius punitur q̃ alius homicida .l. penul. ff. ad .l. pompeiam. de parrici. iuncta .l. penul. ff. ad .l. cor. de sic. cum ergo sit penitus incapax infert ꝙ nullum habet ius petendi aut retinendi quicq̃ de bonis patris ab eo interfecti. non eñi potest petere cum deficiat sibi actio τ sine actione nemo experitur .l. si pupilli. §. videamus. de neg. gest. τ .l. nam postea. in princ. de iure
4 iurã. ¶ † Item infertur secundo ꝙ non succedit fiscus: nã ad hoc vt fiscus auferat requiritur ꝙ ius succedendi fundetur in persona eius a quo aufertur prout dicit Bal. in .d.l. hereditas. nam regula que dictat qđ id quod aufertur defertur fisco fundatur in ratione: quia turpia lucra sunt extorquenda .l. heredem. ff. de calũ. vbi ergo nil lucratur nil extorquetur ꝑm eum in .d.l. hereditas. in fi. τ dictã theoricam ꝙ relictum factum incapaci non deferatur fisco firmãt Bar. Ang. Saly. τ Raph. fulg. in .d.l. hereditas. et Bart. in .l. fi. ff. eo. ti. τ Bal. in .l. j. C. de secundis nup. ponderando verbum expers in tex. ibi positum. idem vult Salyce. in .d.l. j. C. de natu. lib. Facit

optime qđ tradit Bar.in.l.eius qui delatorem.§.fi.de iure fisci.dicens ꝙ ad hoc vt fiscus auferat ab indigno requiritur vt indignus aduierit ſm eum supple vel saltem possit adire ⁊ in fraudem fisci recuset ſm ea que habẽtur in.l.sequens questio.ff.ad sille. cum ergo d.titius sit prorsus incapax nihil consequi potest: ideo sibi relictũ remanet apud institutos a quibus relictum est.l.j.§.in primo.⁊.§.sequẽti.C.de cad.tol.⁊.l.iij.ff.de his que pro non scrip.habentur.⁊ per Bar.in.d.l.fi.de his quib.vt indig.⁊ per Bal.in.d.l.j.de secundis nup.⁊ Saly.post Bart.in.d.l.j.de natu.libe.⁊ doc.in.d.l.here-

5 ditas.†⁊ sic non ob.d.l.his cõsequẽter cum sua glo. quia loquitur in incapacem indigno non in penitus incapacẽ per predicta:⁊ cũ sit incapax relicto sibi facto cũ statutũ excludat ab omni successione ex testõ ⁊ ab intestato non cadit ius petendi supplementũ legitime quia non est quid suppleatur. et insuper legitima sit portio eius in quo quis successurus esset ab intestato.l.cũ queritur.⁊.l.parentibus.⁊ autẽ.nouissima.C.de inofficio.test.⁊ in.c.raynutius.de testa.si excluditur quis a successione ab intestato.⁊ sic a toto nõ cadit portio eius qđ nil est:nec excluderetur ab omni successione ⁊ oi

6 cõmodo si legitimam consequeretur:ita ꝙ vba sunt clara.†Et lz quidã dicãt ꝙ per statutũ nõ possit tolli legitima in totũ qđ disputando tenuit Ric.malũ.vt refert Cyñ.in.l.sancimus.C.de nup.et Bal.in.l.j.C.de sum.tri.⁊ in.l.j.§.ius autem naturale.ff.de iusti.⁊ iur.⁊.Albe.de rosa.in.l.qm̃ in prioribus.C.de inoffi.test.sed qđ in totum possit tolli legitima per statutum concludunt Dy.⁊ Joã.an.in regula indultũ.in.vj.vbi disputant hanc.q.⁊ Jo.an.in addi. Spec.in ti.de suc.ab intestato.Oldra.consi.lxxiij.⁊ Ang.in consi.ciiij.⁊ consi.cv.⁊ hec est cõis opi.ſm doc.in dictis iuribus.⁊ ita sepe sepius consului qđ exclusis a successione per statutũ censeaẗ etiã exclusus a legitima:⁊ quicquid alias dicendũ esset in casu isto clare hoc tenendum esset cum verba statuti sint multum lata: ita ꝙ

7 sine dubio legitimam comprehendunt:vt.s.demonstratũ est.†Et militet iustissima causa propter quã ipse pater posset filium legitima priuare in aut.vt cũ de appella.cog.§.causas pariter ⁊ statutũ patrie.ar.notatorum per glo.in rubrica.C.de decre.decu.li.x.⁊ qđ habetur in.l.nõ impossibile.de pac.in quibus locis habetur id qđ potest fieri per pactum potest fieri per statutum ⁊ aĺs de contractibus ad vltimas voluntates bonum est argumentum ⁊ ecõtra.l.sernum filij.§.eum qui cyrographum.de lega.j.et.l.si ex legati causa. de verborum obligatio.⁊.l.fi.C.de lega.cum si.id quod potest fieri per vltimam voluntatem potest fieri per statutum.et facit.l.postliminium.§.filius.ff.de capti.vbi non minus iuris habet patria in ciuem q̄ pater in filium.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccxxiij.

1 ¶ Heres administratoris bonorum mulieris an possit repetere ab ipsa muliere illud quod per ipsum admistratorem fuit sibi in dotem solutum tanq̄ solutum animo repetendi.per totum.

2 Compensatio non admittitur de quantitate ad speciem.

Dos licet habeat multa priuilegia an empta res ex dotali pecunia sit ipsius ementis.

3 Dos constituta mulieri ab extraneo lz videaẗ constituta de suo et donandi animo vt supra nu.2.in fi.tamen hoc non procedit quando dotatur per administratorem rerum mulieris seu negotiorum gestorem quia tunc censeẗ dos assignata de rebus ipsius mulieris.

4 Dos dicitur mulieris patrimonium.

Dos constituta per extraneum non administratorem sed qui forsam habet penes in castodiam aliquas res eiusdem mulieris dotate non dicitur assignata de rebus ipsius dotantis sed eiusdem mulieris et qua actione possit repeti vbi fuit tradita in alia specie vel quãtitate q̄ sibi data in custodiam.

5 Judicis arbitrio remissum esse dicitur quod iure non est expressuz vt etiã quãtitas interesse.

¶ Consilium.ccxxiij.



N nomine domini nostri

1 Jesu christi.¶ †Licet in hac consultatione videaẗ prima facie dicẽdũ ꝙ heredes dicti nõ possint petere dicta bona relicta dicte dñe Christofore nec quicq̄ aliud.dicta em̃ bona certum est qđ petere nõ possunt qꝛ nullo colore admitterentur ad petendũ aduersus dictam Christoforam dictas res suas: dato em̃ ꝙ dictus Symon dictam quãtitatem octuaginta flore.soluisset ꝓ dote dicte dñe Christofore animo repetendi illam qnantitatez ab ea vel animo soluendi de bonis dicte dñe Christofore:tamen nõ haberet aliquod ius in dictis bonis necꝫ actionem aliquam ad petendum dicta bona:sed haberet actionem personalẽ negotioꝝ gestoꝝ

2 ad quãtitatem cum soluerit quãtitatem.†Et de quantitate ad speciem non admittitur compensatio.l.si ex ea pecunia.C.de rei vẽd. et maxime cum illas species non possidet ⁊ qđ est fortius emptũ ex mea pecunia petere non possum:vt ibi no.glo.allegans plures cõcordãtias qđ prodit etiam si sit pecunia dotalis.l.si pecunia.C.de iure do.⁊.l.fi.de seruo pig.dato manu.licet causa dotis habeat multa priuilegia de quibus habetur in.l.j.C.de priui.dot.⁊ solent po-

ni in rubrica seu in.l.j.ff.so.ma.quãtominus peti possunt dicta bona dicte dñe Christofore ab altero relicta ꝓ quibus dictus Symõ nihil exposuit nec de suo aliquid est expositũ nec habet causam priuilegiatã:ita qđ ridiculũ esset attentare ꝙ heredes dicti Symonis possint petere dicta bona relicta dicte Christofore.qđ antẽ petere possint quãtitatem per dictũ Symonẽ expositam pro dote dicte Christofore licet videatur posse dici qꝛ donare quis non presumit nec iactare suũ.l.cũ de indebito.ff.de proba.⁊.l.si cum aurum.ff.de solu.⁊.l.contra iure.§.fi.ff.de pac.cũ si.tamen qđ etiam quãtitatem per Symonem promissam ⁊ solutam per heredes repeti nõ possit videtur dicendũ qm̃ fauore dotis est sancitum ꝙ si extraneus promittit dotem pro muliere ⁊ non stipulatur sibi reddi censeatur illã donare mulieri vt est expressum in.l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo. actio.extraneus autem censetur omnis ille qui non est ascendens habens descendentẽ in potestate vt in eadem.l.vnica.§.extraneũ. ¶ †Tamen his non ob.contrariam partem arbitror magis iuri consentaneam vcꝫ ꝙ dicti heredes Symonis possint repetere saltem vsqꝫ ad concurrentem quãtitatem estimationis bonoꝝ que habebat dicta domina Christofora.licet enim tex.dicat in.d.§.accedit.qđ extraneus dotando mulierem si non stipulatur eam sibi reddi censeatur illam donare mulieri:tamen glo. in.l.fi.C.de dot. promis.dicit ꝙ in dubio censetur dotem promittere animo repetendi seu dandi de bonis mulieris quasi forte intellexit.d.§.accedit quando constaret ꝙ dotauit de suo ⁊ dubitatur an soluto matrimonio dos sit reddẽda dotanti:an vero mulieri:⁊ deciditur ibi q̄ est reddenda mulieri:quia censetur illã donasse.si enim dotasset mulierem de bonis mulieris non caderet ꝙ stipularetur dotẽ sibi reddi prout ibi ꝑmittitur:⁊ sic posset defensari simplex decisio glo. a contrario.d.§.accedit.allegat glo.l.nẽsenius.ff.de neg.gest.l.cuꝫ post mortem.§.j.ff.de admi.tuto.⁊.l.vxorem.§.pater.ff.de leg.iij. et Bar.in.d.l.fi.de dot.promis.dicit ꝙ glo.bene loquitur.Intelligit tamen eam quando extraneus dotãs administrabat negã mulieris.⁊ ita residet.s.ꝙ si administrans negã mulieris dotat simpliciter mulierem censeatur dotare vt administrator animo soluendi de bonis mulieris vel si soluit de suo animo repetendi a muliere:secus si non sit administrator mulieris:⁊ ita limitetur.d.§.accedit.⁊ hoc idem tenent Jaco.bu.Jaco.de are.Bal.Saly.⁊ Rapha.fulg. qui licet intelligant glo.vt iacet:tamen ipsi distinguunt vt supra: et est communis fere omnium sententia:siue autem teneamus simpliciter opi.glo.siue distinctionem doc.habemus intentum cũ dictus Symon vt presupponitur administraret negotia dicte dñe Christofore pro qua dotem spopondit:ideo videatur ꝑmisisse aĩo effectualiter dotandi de bonis ipsius Christofore ⁊ soluẽdo de suo animo gerendi negotium vtile ipsius mulieris ⁊ consequenter aĩo repetendi:ideo licet non possit repetere dicta bona relicta que nõ sunt in obligatione:sed quantitas soluta tamen ipsam quantitatem solutam repetere possunt dicti heredes Symonis quatenus

4 vtiliter impendidit dictus Symon.† Dos autem cẽsetur patrimonium mulieris.l.iij.§.vtrum.ff.de mino.⁊ deseruit oneribꝰ matrimonij.l.pro oneribus.C.de iure dot.⁊.l.dotis fructus.in princ. et.l.si is qui.§.ibi dos.ff.eo.ti.⁊ interest sua non esse indotatam.l.si ego.§.si res.eo.ti.⁊.l.fi.C.ad vellea.ideo qui dotat mulierem gerit vtiliter eius negotium.ideo sibi competit contraria actio neg.ge. l.nẽsenius.l.soluendo.et.l.que vtiliter.ff.de nego.gest.cum multis similibus.aduertendum tamen est qđ cum in themate presupponatur ꝙ dicta bona valoris erant quinquaginta flo.⁊ quinquaginta flo.erant congrua dos non videtur ꝙ si promisit octuaginta flo. pro dote ⁊ sic dederit dotem excessiuam gesserit vtiliter negotium mulieris ita ꝙ debeat posse repetere flo.octuaginta integre prout soluit.non enim est vtile habere in dotẽ quãtum valent octuaginta:tum quia constante matrimonio dos est mariti.l.doce ancillaꝫ. C.de rei vendica.tum quia licet possit repetere:tamen maritus seu eius heredes habent dilationem donec durat matrimoniũ et post dissolutum matrimonium per vnum annum.d.l.vnica.§.exactio.

5 †Et insuper si vxor predecesserit sine liberis maritus lucratur tertiam partem dotis ex forma statutorum: ita ꝙ non potest repeti integra quantitas octuaginta flo. soluendorum: sed peti possunt quinquaginta flo.qui erant congrua dos vsqꝫ in quam quãtitatez quilibet arbitraretur negotium fuisse vtiliter gestum. et pro.xxx. flore.in quibus consistit residuum dotis inquantum arbitrio boni viri iudicari deberet negotium mulieris fuisse vtiliter gestum. qđ enim nõ est in iure declaratum iudicis arbitrio committitur.l.j.ff. de iure delib.⁊.c.de causis.de offi.deleg.putarem ꝙ dicta Christofora deberet compelli cedere illam spem repetendi illos.xxx.flore. vel quãtum estimaretur interesse habẽdi in dotẽ.xxx.flo. vltra cõgruã dotẽ.index em̃ potest estimare quãtitatem interesse.ar.l.si qđ ex pãphila.de leg.ij.prout not.Bar.ibi.⁊ in.l.vnica.C.de sentẽtijs que pro eo ꝙ interest.⁊.l.semper.§.hoc interdicto.ff.qđ vi aut clã. et dicũt Jo.cal.⁊ Panor.in.c.cũ causam que.ij.de testi.quos ibi refert ⁊ sequitur dñs Benedictus capra preceptor meus ꝙ non soluꝫ potest index estimare:sed etiam dꝫ potius estimare q̄ reũ absolue-re quia non probatum.

Laus deo.

Summarium

Summarium super consilio.ccxxiiij.

1 Cōitas an videatur deliquisse ita φ ex delictis per suos municipes vel administratores commissis veniat 2dēnanda.p totū.
2 Concilium an representet ipsam ciuitatem vel communitatē adeo φ gesta p ipsum 2ciliū videātur facta ab eadē ciuitate. nu.10.vsq; ad finem consi.
3 Communitatem totam faciunt due eiusdem cōitatis partes.
Quasi dictio est sepe veritatis expressiua.
Communitas an sufficiat congregari sono campane vel tube seu preconis voce.nu.12.et.13.
4 Communitas vbi est coadunata et committit aliquod delictū an requiratur solēnis conuocatio vt possit puniri ex delicto.nu. seq.
Arma arma proferens alta voce qñ delictum vel insultus cōmitti tur an videatur ipse clamans deliquisse.
Voluntas populi facto monstratur.
5 Ciuitas vel vniuersitas pōt cōmittere delictū et ex delicto puniri
6 Ciuitas ipsa condēnatur ex delicto municipum seu administratorum vel conciliū representantiū.secus est vbi delictum est cōmissuz extra limitatam potestatem.nu.10.vsq; ad fi.consi.
7 Confessio syndici an probet delictum commissum per municipes seu administratores ciuitatis vt videatur nocere ipsi ciuitati. numero.4.
8 Cōfessio superat omne probationis genus.
9 Ratificans delictum commissum censetur ipse delictū cōmisisse.
10 L.aliud.§.refertur.ff.de reg.iur.cū glo.in.l.metum.§.animaduertendum.ff.eo quod met.causa. quomodo intelligatur etiam cum glo.in rub.C.que sit long.consue.dum loquitur de populo.
11 Relatiuum qđ sine copula stat qñq; limitatiue.
12 Concilium ciuitatis debet conuocari auctoritate presidis cui subijcitur.
13 Ciuitas vel tota communitas vt possit cōdēnari ex delicto municipum vel maioris partis populi requiritur qđ gestū fuerit communicato concilio ꝛ presidis sui auctoritate.nu.12.
Populus ipse quod fecisse videatur factum a maiori hoīm parte de quo nu.2.quomodo istud procedat.et nu.seq.et.13.vsq; ad finez consilij.
14 Concilium debet fieri in loco solito ꝛ cōsueto congregari al's presumitur subreptitium.
15 Indefinita qñ vniuersali equipolleat et quō vniuersalis potest in duobus tm̄ verificari.nu.4.
16 Sententia debet esse libello conformis etiā si extraordinarie procedatur propter clausulam sine strepitu ꝛ figura iudicij qua proceditur citra iudiciarias solēnitates.nu.21.
17 Populus est quoddam corpus imaginarium.
18 Ratificatio vt valeat requirit ea que sunt necessaria ad actum qui ratificatur.
19 Gerundiui natura in ablatiuo casu est determinare et qualificare verba quibus adijcitur significando modū ꝛ rei formam vt declarādo actum verbi seu illum informando.
20 Ciuitas qđ obligetur ex facto municipum vel eius administratorum de quo nu.6.quomodo intelligatur.
12 Clausula sine strepitu ꝛ iudicij figura non obstat quominus requiratur talis qualis petitio etiam quandoq; cum iudiciario ordine pro veritate inquirenda.
22 Delicta non debent impunita remanere propter que delinquentes ex eis obligantur ꝛ puniuntur.
23 Delicta priuata qñq; iura permittunt.
24 Delinquentium multitudine qñq; potius opus est misericordia φ punitione.

Consilium.ccxxiiij.



1 In nomine dñi nostri iesu christi. †Considerata forma inquisitionis et probationibus factis hincinde insistendum est:an communitas et vniuersitas ipsa cēseatur deliquisse adeo φ ex deductis in puncto veniat condēnanda.ꝛ in hoc videtur dicēdum qđ sic:quia testes probare videntur φ priores et consiliarij et quasi totus populus predicta perpetrauerunt prout ex relatione puncti deprehenditur:ex qua probatione videtur contra commu
2 nitatem respondendum qđ inciderit in penā duplici rōne.† Primo quia cōcilium representare solet communitētem adeo φ gesta per concilium censentur gesta per ipsam vniuersitatem totam:vt per glo.illam not.in rubrica.C.que sit longa consuetu. et in.l.j.de decur.lib.x.et per Barto.in rubrica.ff.de decur.et glo.et ibi p Ange.in.l.j.in princip.ff.φ quisq; iur.et per glo.ꝛ Barto.in.l.nulli.C. qđ cuiusq; vni.no.Et propterea communitas ipsa videtur condēnanda propter delicta per concilium perpetrata.secundo quia dictum delictum videtur commissum per totum populum:nam aduertendum est qđ id quod facit maior pars populi totus populus fecisse videtur.l.φ maior.ad muni.l.aliud.§.refertur.de reg.iur.cū concordan.dummodo due partes intersint.l.nulli.et.l.plane.ff.qđ
3 cuiusq; vni.no.et.l.nominationum.C.de decur.lib.x.† Ubi enim sunt due partes vniuersitatis vel collegij ibi omne collegium vel vniuersitas omnis.i.tota adesse censetur inquit Bal.in.d.l.nulli. post Innocen.in.c.qđ sicut.extra de elec.Testes autem deponunt φ nedum due partes:sed quasi totus populus qđ in plus videtur se habere φ̄ due partes populi: nam dictio quasi videtur habere adeo vicinitatē veritati eius cui adiungitur qđ quādoq; ꝛ sepe est expressiua veritatis.l.si ante nuptias.ff.so.ma.l.dedi.in princ.ff.de condi.causa data causa non secu.cum si.vnde videtur habere saltē paruam distantiam a veritate: idcirco videtur φ due partes sint minus φ̄ quasi totus populus:et sic testes deponentes φ quasi totus populus interuenit videntur deponere de duabus partibus ꝛ vltra:et per consequens videtur qđ sit probatum delictum cōmunitatis nedum delictum concilij representantis ipsam communitatem:nec videtur obstare si dicatur φ populus non fuit solēniter congregatus nec concilium solēniter conuocatum:quia immo videtur qđ fuerit solēniter conuocatus nedum concilium:sed ꝛ populus ex quo testes deponunt φ sonauit campana ad arma: que quidem campana non pulsauit nisi vt populus assumeret arma et conueniret ꝛ populus conuenit:vnde videtur dicendum φ popu
4 lus fuerit legitime conuocatus.†Cum ad sonum campane vel tube et vocem preconis populus conuocetur:vt per glo.in verbo solēniter per Bar.in.l.ij.C.de decu.lib.x.ꝛ per Bar.in.l.nominationum.eo.ti.ꝛ per glo.ꝛ docto.in.l.sed ex dolo.§.j.ff.de dolo.per gl. in.l.aliud.§.refertur.ff.de regu.iur.per Bal.in.l.nulli.ff.φ cuiusq; vni.no.et per Ange.ibi.ꝛ per Bar.in.l.omnes populi ij.q.princi. de iusti.et iur.Item testes deponunt φ priores et consiliarij cōuenerunt:ꝛ sic indefinite locuti fuerunt:ergo videntur deponere qđ omnes interfuerint:quia indefinita equipollere solet vniuersali.l. si pluribus.de leg.ij.c.quia circa.de priui.et.c.vt circa.de elec.li.vj. cañ.si romanorum.xix.distinctio.Et vbi omnes conueniunt nō videtur necesse solēnis conuocatio:sed quod ita coadunati faciunt afficit ꝛ obligat vniuersitatem prout est de mente glo.in.d.l.sicut. §.j.qđ cuiusq; vni.no.iuncta.l.qui filium.§.sabinus. ad treb.ꝛ ita per illam glo.not.Bal.ibi.s.in.d.l.sicut.§.j.ita etiam voluit Bar. in.d.l.obseruare.seu.l.ij.C.de decu.et ex quo ita coadunati ꝛ vociferantes accesserunt ad talia delicta perpetranda satis potest censeri de communi deliberatione factum cum communis ipsa deliberatio demonstraretur ex verbis clamosis eorum qui communi voce clamabant arma arma:nec ita clamabant nisi vt assumptis armis illa maleficia facilius perpetrarentur et verbis exprimitur cōceptus mentis.l.labeo.§.idem tubero.de sup.le.c. secundo requiris.extra de appel.Ita facto datur voluntas intelligi.l.reprehēdēda.C.de insti.ꝛ substi.sub condi.fac.cum concor.et de volūtate populi qđ facto demonstretur probatur in.l.de quibus.in fi.ff.de legibus.ex qualitate enim facti videtur apparere qđ communicato concilio et deliberatione id perpetrarunt:nam cum omnes conuenerint in palatio ꝛ simul conglutinati accesserunt ad domum illorum satis patet qđ communi consensu et deliberatione faciebant. Quando autem hincinde consluissent ꝛ in instanti fuisset perpetratum maleficium posset verti in dubium an vniuersitas censeretur deliquisse necne.super quo Ioā.de milis de brixia aduocatus consistorialis in suo repertorio in verbo vniuersitas sic inquit ad literam vniuersitas tunc demum tenetur de delicto per omnes de vniuersitate vel maiorem partem commisso quando precessit communis eorum deliberatio de committendo illud delictum alias si deliberatio non precessit tenentur vt singuli non vt vniuersi scđm Barto.in.l.aut facta.§.fi.ff.de penis.qui per hoc allegat tex.in.l. semper.§.in sepulchro.ff.qđ vi aut clam. et glo.in.l.aliud.§. refertur.de regu.iur.tu dic qđ etiam si non precessit deliberatio tenetur vniuersitas eoipso qđ omnes de vniuersitate vel maior pars fecit quia in dubio nomine vniuersitatis fecisse intelliguntur.et iste est tex.in dicto.§.refertur.et.ff.ad muni.et.l.qđ maior. nec aliquo iure cauetur qđ talis communicatio concilij requiratur. Non ob.§. si in sepulchro.quia ibi loquitur in pluribus delinquentibus qui non constituebant vniuersitatem.qđ patet ex tex.qui dicit φ si cōmunicato concilio deliquerunt quilibet tenetur qđ non faciebat alias vniuersitates:quia forte erat de diuersis vniuersitatibus vel si erant de vna non erat maior pars. Si enim fuissent omnes vel maior pars vnius vniuersitatis falsum diceret tex.quemlibet eorū teneri insolidum:quia nullus eorum singulariter sed ipsa vniuersitas teneretur per.l.sicut.§.j.ff.qđ cuiusq; vni.no.et in.l.intantū.§. vniuersitatis.ff.de rerum diui.non ab.glo.in.d.§.refertur.qui dicit φ si vocata vniuersitate per tubam ꝛ maior pars facit aliquid tota vniuersitas fecisse videatur:quia non propterea concludit φ sine vlla vocatione si maior pars aliquid facit vniuersitas fecisse non videatur bene fateor quia vocatio est euidens signum qđ nomine vniuersitatis fit id quod agitur et euidens signum est quādo communicato prius cōcilio id agitur de qua communicatione cōcilij loquitur glo.in.l.si quis in tantam.C.vnde vi.in.vij.q.et si dicatur quod scdm premissa non erit dare casum qđ illi de vniuersitate

delinquant vt singuli quando sunt maior pars vniuersitatis. Rūdet ꝙ immo si ipsi dicāt se id facere noīe ꝓprio ⁊ nō nomine vniuersitatis aut dicūt se facere noīe vniuersitatis aut nihil exprimūt. primo casu tenētur singuli. secūdo tenetur vniuersitas. tertio casu eoipso ꝙ maior pars facit nomine vniuersitatis fecisse videtur: ⁊ ad ipsaꝫ ꝙ factū est refertur. ⁊ iste est tex. in. d. §. referet. ⁊ in hāc partem inclinat glo. in. d. l. sicut. §. j. tenendo vltimā opiñ. que censetur opiñ. glo. vt habetur in. d. l. qui filium. §. sabinus. itaq; ſm huius docto. sententiam videtur res plana ex quo non videtur requiri solēnis conuocatio: nec communicatum concilium et precedens deliberatio: sed ⁊ retenta alia opinione que habet qđ ita demum vniuersitas obligetur si communicato concilio ⁊ deliberatione prohibita perpetretur attento qđ vt premisi videtur ꝙ satis communicato cōsensu ⁊ deliberatione accesserint ad talia maleficia perpetranda: vt deprehenditur ex precedenti coadunatione ⁊ communi vociferatione ⁊ concordi incessu ⁊ ex processu facto. Censeretur autē non communi consensu factum: quando ex aliquo fortasse rumore vel aliquo inopinato casu homines hincinde occurrerent et in instanti cum vltra duas partes totius populi vel oēs confluerint in instanti fuerit perpetratum aliquod delictum cum vni nō innotuerint intentio ⁊ mens alterius. hoc enim casu videtur intelligēda sententia Bar. ⁊ sequacium. Cū itaq; ex his videatur sufficienter deduci qđ ⁊ municipes ciuitatis hoc est regentes ⁊ representātes communitatem deliquerunt: quinimmo ⁊ deliquerit ipsa communitas cum ipse populus videtur restare conclusio ꝙ ⁊ ipsa communitas ⁊ populus ipse sit condēnandus ⁊ successiue puniendus.

5 †Cum constet ꝙ vniuersitas potest delinquere ⁊ ex delicto punit̄ autē. itē nulla cōitas. C. de epis. ⁊ cle. ⁊. l. metum. §. anima duertēdū ff. qđ metus causa. et in cle. j. de vsur. ⁊ in aut. cessa. C. de sacrosanc- 6 eccle. †itē constat qđ ex delicto municipū seu cōcilij representātis. vniuersitatem vniuersitas ipsa venit condēnanda: vt no. glo. in. d. §. refertur. ⁊ in. l. metū. §. aïaduertendū. ff. qđ metus causa. ⁊ in. d. l. sed ex dolo. §. j. ⁊ not. Bar. in. l. aut facta. §. fi. ff. de penis. ⁊ Ang. in d. l. metum. §. aïaduertendū. ⁊ cōiter oēs cōcordant qđ ⁊ equum est ne delicta remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad. l. aqui. ⁊. c.

7 vt firme. de sñia excōi. †Et si iam deducta non viderentur concludenter probasse delicta videntur tribus medijs corroborari. nā viget cōfessio syndici confitentis delictum homicidij fuisse perpetratum in ꝯfessum eī nulle sunt partes iudicis nisi in condēnando. l. ꝓinde. §. fi. ff. ad. l. aqui. habetur eī pro condēnando cōfessus in

8 iudicio. l. j. ff. de confes. ⁊. l. vnica. C. eo. ti. †Ideo confessio superat omne genus probationis per predicta. ⁊ per id qđ habet̄ in. c. cum super. de confes. in. c. pisanis. de restitu. spo. ⁊ in. c. j. ⁊ ij. de accu. vj. et in. l. sed ⁊ si possessori. §. fi. de iureiurā. et qđ per Bar. in. l. si confessus. de cust. reorum. vbi moderantur aliqua ex premissis. item et secundo iuuare videtur cōstitutio marchie posite in quarto libro disponētis i effectu prout mihi narrat̄ ꝙ iudex maleficior ꝓcedere possit seruato iuris ordine ⁊ solēnitate vel non iure aliquo non obstante: cuilibet tñ facti legitima defensione seruata. iudices eī ad indagationē veritatis teneri volumus nō ad obseruātiā solēnitatis iudiciarij ordinis coartamus ⁊ ad veritatē inuestigandā ꝓcedere possit summarie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij per q̄ verba cū latissima videātur cēsetur esse recessum ab omni solēnitate iuris ciuilis ⁊ reditum ad ius gentiū de quo iure nō est ꝓuisum qualiter vniuersitas delinquere videret̄: vnde nō vr̄ requiri solēnis cōuocatio nec cōis deliberatio precedēs: sed satis videt̄ sufficere ꝙ

9 appareat delictum fuisse cōmissū. †Tertio corroborant̄ iā dicta q: dato sine ꝑiudicio ꝙ facta nō taliter precesserit ꝙ cōitas astringeretur: tñ videtur ꝙ astringatur rōne subsecute ratificationis. Nā qui ratificat delictū cōmissum cēsetur ipse deliquisse adeo ꝙ astringitur ex delicto. c. cū ad sedē. in fi. de resti. spo. ibi ratam habuit spolia. l. j. §. deiecisse. ff. de vi ⁊ vi arma. per Inno. ⁊. d. Ant. de but. in. c. granē. de sñia excō. Bar. in. l. aut facta. §. fi. de penis. rati eī habitio mandato cōparatur. l. fi. C. ad mace. ⁊. c. ratihabitio. de reg. iur. in. vj. ⁊ cōstat ꝙ mandās tenetur ex delicto. d. §. deiecisse. ⁊. d. c. cuꝫ ad sedē. ⁊. l. non solū. §. qui mādato. de iureiur. ⁊. c. mulieris. de sñia excō. cū si. cum ergo instrumento publico dicatur ostendi ꝙ cōsilio solēniter cōgregato oēs ratificauerūt videtur ꝙ ex tali ratificatione astringatur ad penam vniuersitas ipsa cum ipsum concilium re-

10 presentet totam communitatem vt dictum est. ¶ †Tamen predictis nō obstantibus. cōtrariam sñiam arbitramur magis iuri cōsentaneā et quidē satis alienā a magna hesitatione: pro cuius rei veritate eliciēda premittendū duxi ꝙ concilium ciuitatis vel terre eatenus representēt communitatem ⁊ obligant illam quatenus se extendit potestas eis concessa vel generaliter si simpliciter ⁊ absolute: ⁊ sic generaliter sunt prepositi ad regimen ciuitatis vel terre vel specialiter si est eis limitata potestas concessa. limitata eī causa limitatum producit effectum. l. cancellauerat. ff. de his q̄ in testamento delen. ⁊. l. limitatis agris. ff. de acqui. rerum do. cum simili. non ergo simpliciter ⁊ absolute est verum ꝙ concilium communitatis representat cōmunitatem: sed ita demum quatenus ⁊ eo mo-

do quo sunt deputati vt presint cōmunitati: ita sumitur ex verbis glo. in. d. §. refertur. ⁊ ita etiā vult Barto. in. d. l. aut facta. §. fi. ante medium. versi. quedam sunt. vbi premittit ꝙ vniuersitas proprie non pōt cōmittere homicidium ⁊ hmōi. et formaliter subdit. Sed dicitur cōmittere improprie ꝑ suos rectores quibus ciuitas cōmisit per sua statuta. l. j. in fi. cū. l. sequēti. de acqui. pos. ⁊ de seruis vniuer. l. j. Et subdit ita intelligi glo. l. metum. §. aïaduertendū. ff. qđ metus cā. cū glo. sua. ⁊. l. aliud. §. refert̄. de reg. iur. Et sic vult Bar. qđ homicidia ⁊ similia delicta ita demū afficiūt vniuersitatem qñ fiūt ꝑ eos qui ex forma statutorū representāt cōitatē. qđ ⁊ vr̄ velle glo. in. d. §. refertur. quatenus loquitur de gestis ꝑ eos qui presunt ciuitati ⁊ deputati loco totius ciuitatis. ⁊ ita intelligenda est glo. in rubri. C. que sit long. cōsue. dū loquitur de populo vel cōcilio qđ

11 eius vicē repñsentat. †Ponēdo relatiuū quod stat limitatiue put est de sui natura qñ sine copula. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. ij. vñ conciliū eatenus obligat vel afficit vniuersitatē vel eius gesta censentur gesta vniuersitatis quatenus sunt deputati vt vniuersitati presint ex forma. s. statutorū vel consuetudinis: ⁊ sic quatenus vniuersitatis dicto modo vices gerit: non al's: prout ⁊ suadet vis vocabuli: q: aliud est consulere aliud est disponere vt est de se notissimum. ⁊ facit regula nullus ex concilio. in. vj. sed in dicta terra mōtis sancti statuta dant ptātem concilio sub forma limitata. s. quando partitū mittitur ad bussulas ⁊ fabas ⁊ obtineat̄ ꝑ duas partes interessentiū: ⁊ exprimitur in statuto ꝙ quicquid ꝯtra formā predictā fieret non dicat̄ gestū ꝑ vniuersitatē ⁊ non valeat nec teneat: vult ergo statutū ꝙ conciliū non gerat vices cōitatis ⁊ non presit ipsi vniuersitati nisi qñ in concilio seruat̄ illa forma. Et ex quo lex municipalis in hac parte clare loquitur non est in dubiū reficādū iuxta. l. illā. vsi. de modo. C. de colla. ⁊. l. ancille. C. de furtis. cū itaq; non fuerit seruata illa forma: q: partitum nō fuit missum ad bussulas ⁊ fabas. Cōstat ꝙ non fuit tale conciliū qđ representet ipsam vniuersitatē ⁊ ꝙ eius gesta censeantur gesta vniuersitatis merito concludendū restat ꝙ gesta per tale concilium non facit vniuersitatem incidere in penam neq; delicta perpetrata per tale conciliū cēsentur delicta cōmissa ꝑ vniuersitatē predictā: ideo dicta vniuersitas non est condēnanda ex delictis ꝑ ipsum cōciliū ꝑpetratis seu

12 ꝑ homines de concilio. †Qđ et scdo dicendū est: ex eo q: dictū conciliū non fuit solēniter cōgregatū. Nā dꝫ conciliū conuocari auctoritate magistratus prout solēt esse presides seu potestates locoꝝ vt no. Bart. ꝑ tex. ⁊ glo. ibi in. l. obseruare. C. de decu. lib. x. ⁊ Bart. Bal. et Ange. in. l. nulli qđ cuiusq; vni. nomi. et per Bart. in. l. oēs populi. secunda questione principali. ⁊ in. l. actor. ff. rem ratam haberi. et arbitror ꝙ statuta dicte terre prouideant per quemvel per quos habeat conuocari dictum concilium: et qđ anteꝙ conuocetur concilium illud representans totum populum obtineat prius per priores vel antianos dicti loci vel per concilium reddet̄ prout extra punctum hoc vltimum videtur presupponi: sed dictum concilium non fuit auctoritate magistratus congregatum prout ⁊ patet ex serie ipsius inquisitionis ibi dum dicitur ꝙ conciliuꝫ primo et ante omnia fecerunt sine licentia ⁊ presentia domini potestatis dicte terre contra formam statutoꝝ ⁊ consuetudinis dicte terre. Item non apparet ꝙ prius fuerit facta conuocatio concilij ꝑ illos qui presunt nec ꝙ fuerit prius facta deliberatio per concilium credentie merito tanꝙ non solēniter congregatum non censeatur representare communitatem: et per consequens gesta per tale concilium non censeātur per communitatem gesta. Et idcirco non debeat communitas ex gestis per concilium obligari neq; condēnari. Tertio qđ communitas non possit condēnari propter delicta in inquisitione deducta commissa: vt dicitur per dictum conciliuꝫ dicendum videtur ex eo quia ex probationibus in themate deductis non apparet qđ in concilio fuerit aliquid obtentum seu deliberatum: sed solum presupponitur in themate ꝙ testes deponunt vidisse priores ⁊ consiliarios exeuntes de palatio vbi concilia fieri solent armatos ⁊ vociferantes ⁊c. Et qđ tumultuose iuerūt ad domum Joannis de cānosa vbi erant Petrus saccus ⁊ Persantes qui persecuti persiluerunt muros ⁊c. et per consequens nihil probant quod communicato concilio predicta perpetrauerunt. Nec quod perpetrauerint tanꝙ consiliarij representantes communitatem: sed potius ꝙ predicta tumultuose: et sic ex arrupto non com-

13 municato concilio et eleuato velo perpetrata fuerunt. †Ad hoc autem vt vniuersitas ex gestis per homines vniuersitatis teneatur requiritur ꝙ fuerint gesta cōmunicato concilio prout formaliter vult Barto. in. l. aut facta. §. fina. ff. de penis. et idem in effectu vult in. l. sicut. §. si quid vniuersitati. ff. quod cuiusq; vniuer. no. vbi hoc firmant Ange. et Pau. de cast. qđ et videtur velle Joan. and. in. c. felicis. §. ciuitas. de penis. lib. vj. qđ et est de mente glo. in. d. §. refertur quatenus vult quod ad hoc vt populus obliget̄ requiratur ꝙ populus ad sonum campane congregetur et interueniant due partes populi ⁊ maior pars consentiat: et sic simul idē ſentiat non quilibet suo motu faciat: et licet glo. in. d. §. si quid vniuersitati de hoc dubitauerit ⁊ relinquat indecisum et videatur inclinare in contrariam

in contrariã partem ex quo vltimo loco illam recitat tamẽ magis
standũ est opi.gl.in.d.§.refertur. vbi videtur eligere alterã partẽ.
Et maxime: quia vltima allegatio glo.in.d.§. si quid vniuersitati
nõ fundatur bona ratione dum dicit ꝙ vniuersitas nihil aliud est
quam homines de vniuersitate: quia immo aliud est vniuersitas
aliud homines de vniuersitate.l.intantũ.§. vniuersitate.ff.de rerũ
diui.⁊.l.sed si hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius vocã.prout no-
tant doct.in dictis iuribus.et Bar.in.d.l.aut facta.§.fi. ꝙ ⁊ patet
quia homines vniuersitatis possunt omnes de se excõmunicari vt
est notissimũ:quia animas habent: ⁊ tamẽ ipsa vniuersitas nequit
excõicari:quia anima caret vt est expressum in.c.romana.§.vniuer
sitatis.de sen.excõ.lib.vj.⁊ probat Bar.in.d.l.aut facta.§.fi.alia ra
tione qd aliud est vniuersitas: aliud homines vniuersitatis vt ibi
per eum:potest autem dici pro aliquali cõcordia predictorũ ꝙ aut
omnes simul cõueniunt.licet non solẽniter conuocati: sed quilibet
suo motu ⁊ aliquid oẽs faciunt. et tunc censeatur gestũ per cõmu-
nitatem:⁊ hoc casu ꝓcedat glo.in vlti.allega.in.d.§.si quid vniuer
sitati que loquitur per vniuersalẽ quilibet de vniuersitate.et Bal.
ibi quatenus ex illa glo.no.ꝙ vbi sunt oẽs de vniuersitate ibi cen-
setur esse vniuersitas:licet nõ sint ibi de mãdato superioris vel pul
sata cãpana.⁊ sic loquitur per vniuersalẽ omnes quasi secus velint
glo.⁊ Bal.si non sunt omnes q̃uis sint forte due partes ⁊ vltra ho
minum de vniuersitate iuxta illud vulgatum qui omne dicit nihil
excludit.c.solite.in fi.de maio.⁊ obe.⁊ cañ. si romanorũ.xix.dis.⁊.l.
iulianus.ff.de lega.iij. ⁊ ita formaliter ⁊ specifice determinat Bar.
in.d.l.obseruare.C.de decurionibus. dicẽs ꝙ si omnes de collegio
vel vniuersitate nõ solẽniter cõgregati sunt p̃sentes valet consiliũ.
et sic gesta in tali consilio seu vniuersitate eam vim habent quã ha
buissent si consiliũ fuisset solẽniter conuocatũ ⁊ assignat rationem:
quia nemo est qui ledatur secus al's dicitur qñ sententia vel alius
actus explicatur per iudicẽ in presentem.licet non citatũ vel aliter
ad hoc requisitũ vt per Bar.in.l.j.ff.de in ius vocã.et per Jo.and.
in.c.fi.de elec.in.vj.secus aũt subdit Bar.in.d.l.obseruare si aliqui
sunt absentes. nam tunc non valet consilium: quia si illi absentes
fuissent vocati fortasse venissent.et forte traxissent p̃sentes in eorũ
sententiam. arg.l.sicut.ff. de arbi.ꝭm eum. Itaq3 dicte opiniones
possunt cõcordari per hunc modũ vz ꝙ vbi vniuersitas est solẽni-
ter cõgregata si interueniunt due partes ⁊ maior pars presentium
aliquid cõmunicato consilio gerit illud censeatur gestũ per totum
collegiũ seu vniuersitatẽ secus si nõ sit solẽniter cõgregatum colle-
gium vel vniuersitas vel cõmunicato cõsilio non fuit gestũ si vero
omnes de vniuersitate sunt in aliquo loco licet nõ solẽniter cõgre-
gati ⁊ omnes aliquid faciũt licet forte nõ appareat ꝙ cõsilia cõmu
nicauerint:tamen censeatur gestũ per ipsam cõmunitatem ex quo
quilibet fecit ⁊ quilibet consensit ⁊ sic nemo est qui ledatur ⁊ nemo
est qui discordet sentẽtia ⁊ per cõsequens dicte rationes Bar. tra-
huntur ad hũc casum secus forte si oẽs conuenerint et maior pars
seu due partes vel plures aliquid nõ cõmunicato cõsilio gesserint:
quia tunc si consilia cõmunicassent ille qui non cõsensit induxisset
forte alios in suam sententiã ⁊ sic militat eadẽ ratio que militat in
absente:⁊ ista cõcordia ⁊ cõsideratio est equissima ⁊ cõcordãtur scri
pta omniũ qui merentur in hmõi allegari:auctoritatẽ autẽ Joan-
nis de milis nunq̃ vidi in scholis neq3 in curijs iudicũ neq3 in cõsi-
lijs seu disputationibus allegari:nec ab aliq̃bus recitari:ideo licet
ipse aliter cõsideret non puto magnifaciendũ vbi vigent auctorita
tes glo.⁊ docto.qui sunt maxime auctoritatis: ⁊ maxime cum non
moueatur vrgẽti ratione: solũ enim mouetur ex ratione omnibus
nota ꝙ gesta per maiorẽ partem censentur gesta ab omnibus.d.l.
ꝙ maior.⁊.d.§.refertur.que quidem ratio.⁊ glo.ibi ⁊ doct. erat no
tissima:nec est bona intelligentia quã ipse dat ad illam glo.nam ex
quo tex.simpliciter loquebatur ⁊ glo.supplet ꝙ procedit si pulsata
campana ⁊c. conueniunt due partes et maior pars consentit satis
aperte vult ꝙ al's non procederet ille tex.arg.c.nõne. de presump.
et.l.si quis ex argentarijs.§.prohibet. de edendo.cum simi. vulga-
ribus ⁊ cumulat dicta glo.ista duo requisita.s.ꝙ precedat legitima
conuocatio et ꝙ cõueniant due partes: ⁊ secundũ requisitum con-
stat ꝙ est necessariũ ⁊ non requiritur in signũ vt censeatur gestum
nomine vniuersitatis:nam si non interessent due partes et omnes
interessentes exprimerent se facere nomine vniuersitatis non pro-
pterea censeretur factũ ab vniuersitate.d.l.nulli.⁊ seq.cum concor.
ergo similiter censeatur et primũ esse requisitum necessarium non
autem in signũ ⁊c. secundũ mentem illius glo. arg.l. iam hoc iure.
de vulga.⁊ pupil.cum cõcor.⁊ maxime quia alia iura requirunt qd
collegia solẽniter cõgregentur maxime in.d.l. obseruare. si autem
sufficeret qualitercunq3 essent coadunate due partes collegij vel
vniuersitatis frustra requireretur ꝙ solẽniter mandato superioris
in curiam seu in loco cõsueto coadunarentur prout hec omnia re-
quiruntur vt patet ex.s̃.dictis ⁊.j̃.dicendis. Et licet forte specifice
non reperiatur in iure qd requiratur ꝙ cõmunicato consilio gesta
fuerint prout dicit prefatus doct.⁊.§.si in sepulchro allegatus per
Barto. loquatur in pluribus nõ facientibus vniuersitatem quod
quidem indubie fatendum est licet non sua ratione:tamen ille tex.
satis vrget pro sententia Bar. quatenus probat ꝙ si plures cõmu
nicato cõsilio aliquid gerũt tanq̃ censeatur vnum factũ ⁊ simul ab
omnibus vnus soluente alij liberante. Et quãdo a quolibet est fa-
ctum ꝓprio motu nõ censetur factũ ab omnibus simul sed a quoli
bet de per se:ideo vno soluente alij nõ liberãtur:vnde pari ratione
non censeatur factũ ab vniuersis id qd fit a maiori parte non cõmu
nicato cõsilio: sed proprio motu dato ꝙ due partes sint presentes
et omnes vel maior pars presentiũ actum faciunt:ideo lex allegata
per Bar.satis probat eius dictũ: licet nõ loquatur in actu vniuer-
sitatis:nec diceret Bar. ꝙ ibi vniuersitas puniatur. sed nititur ex
ratione tex.et in iure procedit. argu.de similibus ad similia.l. non
possunt.ff.de.ll.⁊.c.inter ceteras.de rescrip. item prout dicit prefa
tus doc.ꝙ quando precedit cõuocatio per sonũ campane est signũ
ꝙ nomine vniuersitatis actus geritur:ita dato qd eius opi.proce-
deret quando appareret actũ gestum fuisse nomine cõmunitatis:
11 petendo. ¶ † Insuper non appellatur renunciatio iuribus sibi cōpetentibus vel ꝯpetituris quando recusatur hereditas sed dicitur repudiatio vel abstensio hereditatis vt in rubrica. ff. de acqui. z repu. hereditate. z. l. in repudianda. z in. l. is pōt cum multis illius tituli z in rubrica. C. de repud. z absti. hereditate. z. l. sicut. z. l. fi. eo. ti. Preterea supra cessit iura que habebat in bonis z hereditate Nicolai sui patris: sed ius adeundi vel immiscendi nō habetur in bonis z hereditate. l. precia rerum ad. l. falc. Sed est ius ad acquirendum hereditatez z bona non ius in bonis z hereditate. Et insuper non potest cedi alicui ius immiscendi argu. l. mulier. §. ex asse de iure dot. z quod habetur in. l. apud iul. §. antistia ad trebel. hoc facto presupposito deueniendo ad consultationem: Constat ꝙ fm presupposita non sunt seruata solennia requisita ex forma statutoꝝ de quibus supra q2 presupponitur ꝙ non interuenerūt proximiores consanguinei neqꝫ ex latere patris q2 illi non interuenerunt neqꝫ ex latere matris cum erat proximior mater z frater qui nō interuenerunt: ideo cum dicta Violantes: foret minor militat primum statutum quod prohibet contrahi cum minore sine dicta solēnitate consensus proximiorū consanguineorum z expresse disponit qd ea non seruata contractus sit nullus ipso iure. Item psupposito ꝙ dicta Violantes per dictam cessionem censeatur immiscuisse put supra deductum est cum in hereditate essent bona stabilia. Et secūdum statutum annullet alienationem rerū immobiliū factam per mulierem sine dicta solēnitate infert ꝙ dicta alienatio quo ad dicta bona stabilia sit nulla cuz alienans fuerit femina: nec opus est illa discussione an actiones ad immobilia veniant appellatiōe bonorum immobilium. Ex quo dñium bonorum immobilium veni
12 bat dicta alienatione z sic ppie alienabant immobilia. † Cum appellatione rei puta fundi vel domus veniat dñium ipsi9 rei. l. si alij fundum de vsufru. leg. l. in rem actio de rei vendi. Tamen etiam si essent solum alienate actiones sole ad ipsas res immobiles competentes requireretur eadem solennitas que in alienatione rerū immobilium requiritur. l. j. z. ij. C. si aduersus transac. z ibi notant gl. Bar. z doct. communiter ꝙtumcunqꝫ teneant ꝙ alias appellatione immobilium non veniant actiones etiam ad immobilia claruz itaqꝫ foret ex iam dictis quod circūscripto iuramento ꝙ dictus cōtractus initus a muliere minore non valeret ipso iure: sed dubium viget an dictus contractus firmetur iuramento. Circa quod puto concludendum ꝙ non duabus rationibus. Primo q2 vr̄ ꝙ primū statutuz sub rubrica de non contrahendo videt inductum in odiū contrahentiū cum filijsfamilias vel minoribus ad exemplum senatusconsulti macedoniani quod concernit fauorem filiorum z tamē reputatur factum in odium mutuantiuz ipsis filijsfami. l. tam si. ff. ad mace. ita in simili z istud statutum censeatur factum in penā cōtrahentium cum filijsfami. non adhibentibus dictam solēnitatem Et si hoc est in filijsfami. idem videt dicendū in minoribus cum determinentur ab vno determinabili. ar. l. iam hoc iure de vulg. z pupil. z. l. hereditatem z. l. ꝙuis. C. eo. tit. Quod z persuadetur q2 statutum procedit vlterius imponendo penā nolētibus niti ex ipso cōtractu z pene solent imponi in odium eorum quibus imponūt.
13 † Idem deducitur ex notabili theorica Bal. in. l. si quis in cōscribēdo. C. de pac. Qui circa hoc qñ legalis dispositio censeatur odiosa: z quando fauorabilis dat hanc theoricam. q2 recurrendum est ad rationem legis si de ratione non apparet z tunc aut lex prohibet actum z eum annullat z tunc censetur ex odio. z ideo non potest renunciari. C. ne fideiuſ. do. den. l. j. si vero permittit z tunc potest renunciari q2 presumitur fauorabilis zc. fm eum: cum itaqꝫ in statuto de non contrahendo cum filiofa. zc. in rubro z nigro verba sunt phibitiua non permissiua diriguntur ad contrahentes non minoribus. z non ad minores: ideo debet iudicari odiosum z non fauorabile dictum statutum ex dicta theorica Bal. tunc infertur quod iuramentum non validat contractum qui vitiatur odio cōtrahentis pncipaliter lz iurantem obliget iuramentum. c. significante de pigno. c. j. z. c. debitores. de iureiuran. ista est theorica Bar. in. d. l. si quis pro eo z doct. cōmuniter omnium in dicta aut. sacramenta puberum. z in. d. c. cum contingat. remanet ergo fm hoc quod dictus contractus est nullus non firmatus iuramento: licet iurās potuisset astringi ad obseruantiam iuramenti nisi petijsset z impetrasset absolutionem a iuramento. d. c. significante. z. d. c. debitores. tū vinculum iuramenti non transit ad heredem. c. veritatis de iureiur. z ibi per Inno. z doc ideo superuacanea esset absolutio. Scdo quod

quod dictū iuramentū non iuuat dictum cōtractum deducitur ex
alio.s.quia dicta Violātes:prout presupponitur fuit enormiter et
enormissime lesa:quia nedū vltra dimidiā iusti precij: sed in duplo
quando autem est enormis lesio inest dolus re ipsa.d.l. si quis cum
aliter. Et potest veniri cōtra iuramenta vt per glo. et docto.in.c.ve
niens.de iureiur.vt dicit do. Anto.in.d.c.cum contingat. quia ex
enormi lesione ꝑsumitur dolus et subest causa presumendi ſm eum.
14 ¶†Nec obstāt adducta in cōtrariū: que quidē quasi omnia subla
ta sunt ex premissis:tamē breuiter repetā. Non enim ob. ꝙ statuta
loquūtur in contractibus et recusatio hereditatis fieri potest citra
contractū: quia licet verū sit ꝙ prohibitis cōtractibus nō resultet
prohibita repudiatio vel abstensio hereditatis.tamen.s.probatū
fuit qđ Violantes cōtraxit et cessit iura ex cōtractu non aūt se absti
nuit ab hereditate immo potius ex illo cōtractu censetur se immi
scuisse per supradicta non repeto:ideo militant dicta statuta. Nec
etiam obstat ꝙ scdm loquitur de bonis immobilibus: qñ respon
sum est.s.ꝙ in hereditate erant bona immobilia: ideo verificatur
quo ad ea item prohibitio alienationis immobilium trahitur ad
alienationē actionū ad immobilia cōpetētia per.l.j.et.ij.C. si aduer
sus transac.et ibi per glo.et doct. vt.s.dixi. Et dato ꝙ cessaret scdm
15 statutum militat primū. ¶†Nec ob.respōsio data circa iuramen
tum de quo loquitur primū statutū quatenus dictū est ꝙ loquitur
de iuramēto assertiue etatis: quia immo potest dici ꝙ dictū statu
tum loquatur de iuramēto promissiuo: quia illud supplet defectū
etatis quia iurant nō venire cōtra ratione minoris etatis vel con
tractum seruare nō obstante minori etate. Et licet statuentes laici
seculares nō habeant potestatē infringendi iuramēta: tamē dispo
nunt super cōtractu nō super iuramento: et saltē infringēdo cōtra
ctum in odium contrahentis cum minore pupillo sine solēnitate
requisita potest statutū tollere validitatem cōtractus nō obstante
iuramento: quia iuramentū non cōfirmat contractū qui a iure vi
tiatur odio cōtrahētis:vt.s.deductū. Et ad hoc vt statutū loquēs
etiam in cōtractu iurato nō sit inefficax interpretetur ꝙ talis nul
litas ex odio sit inducta prout.et.s.deduxi. et vltra facit quod dicit
Fede.in dicto cōs.clxxij.vt.s.retuli qui ita videtur intelligēdus.s.
ꝙ illa nullitas censeatur inducta odio cōtrahentis cum filiofami.
Et insuper iuramentū operatur validitatē contractus alias nulli
quando est interpositum sine metu vel dolo. secus ergo si metu vel
dolo emanauit.d.c.cum contingat in fi.et.d.c.ꝙuis.in fi.et.d.aut.sa
cramenta puberū.in fi. ideo cum dolus ex enormi lesione resultet
re ipsa.d.l.si quis cum aliter. et presumatur dolus ex proposito vt
premissum est: ideo hoc casu non validatur cōtractus: vt.s.latius
demonstratum est: et licet quādo est excessus in dimidia iusti precij
teneatur cōmuniter ꝙ iuramentū operetur efficaciam contractus
non obstante remedio.l.ij.de rescin.vendi. prout est cōmunis opi.
quādo est iuramentū maioris: tamē in iuramento minoris est du
bium vt premisi. Et saltem quando est longe maior enormis lesio
puta quia in duplo vltra dimidiā vel circa prout contingit in casu
nostro in quo presupponitur ꝙ hereditas valebat.cl.et dos fuit in
quinquaginta. et forte cum aliqua dilatione ꝙ si esset tantominus
censeretur promissum.argu.§.plus et.§.tempore.insti.de acti.et.l.si
cōstante.§.quotiens.ff.solu.matri.licet in hoc de dilatione non fa
ciam vim quia non presupponitur in themate et hec omnia latius
16 sunt.s.deducta. ¶†Nec obstat ꝙ possit renunciari iuri cōpetenti
ex enormi lesione. Quod licet verū sit ꝑut dicit Bar.in.d.l. si quis
cum aliter.tamen renūciando simpliciter exceptioni doli trahitur
ad paruam lesionē vt firmat Bar.in.d.l.si quis cum aliter.in fi.et si
traheretur ad magnā lesionem non est verisimile ꝙ traheretur ad
maximam. Prout als do. Anto. et moderni.in.c.quintauallis. de
iureiuran.ꝙ promittens nō venire cōtra ratione enormis lesionis
poterit venire cōtra ratione enormioris. Ista autem lesio videtur
17 enormior et enormissima merito etc. ¶†Nec obstat qđ vltimo loco
dicebatur qđ decretum facit cessare presumptionem doli etc. Quia
Imo.in.d.l.si quis cum aliter. tenet ꝙ decretū facit cessare presum
ptionem lesionis et cōsequenter doli re ipsa et ex proposito: tamen
potest probari contrarium.ideo si probatur enormis lesio apparet
dolus re ipsa et sic nō operatur dicta ꝑsumptio. Et maxime quādo
nedū est enormis: sed enormissima lesio vt in casu isto et potissime
quia statutum hoc casu non confidit de solo decreto iudicis: sed
vult etiam adhiberi consensum proximiorum consanguineorum
ne minores ledantur: remanet ergo conclusio quod heredes dicte
Violantis possint non obstante dicta renūciatione petere dictam
hereditatem et bona hereditaria. Laus deo.

¶Summarium super consilio.ccxxxvij.

¶Testamentū factū a filiafa.cum patris cōsensu et mariti:an va
leat vt codicillus vel saltim vt donatio causa mortis virtute clau
sule codicillaris ita ꝙ heredes mariti testatricis possint petere le
gata in dicto testamento relicta marito per ipsam filiāfa.per totū.
1 Testari non potest filiusfa.
2 Codicillari nequit qui testari non potest.
3 Donare causa mortis nō potest qui testari nequit. fallit in filiofa.
cum patris consensu specifico.nu.seq.
4 Donatio causa mortis licet hodie pacto etiā nudo perficiatur an
dicatur cōtractus qui requirit duorū voluntatē vbi omnes volun
tates dependent a voluntate vnius.nu.8.
Mens alicuius non censetur alia quam verba sonent.
5 Consensus specialiter in vno datus an possit trahi ad aliud tacite
vel expresse.nu.8.
6 Clausula in testamento apposita si non valeat iure codicillorū va
leat iure donationis causa mortis an valeat dispositio iure dona
tionis causa mortis filiofa.patris consensu testante.nu.13.
Relinquo verbum solet adaptari ad vltimas volūtates argumen
to a solitis quod est optimū in iure.
7 Cōtractus debet interpretari vt valeat vt neqꝫ remaneat sine vir
tute aliquid operandi licet verba improprientur.
Voluntas vltima quare dicatur.nu.seq.
8 Donatio causa mortis potest nuda donantis voluntate reuocari.
Quicūqꝫ est dictio vniuersalis nihil excludens.
9 Coniunctionis natura est poni inter diuersa.
10 Aduersatiue dictionis natura que sit.
11 Testamentū filijfa. cum patris cōsensu an valeat vt donatio causa
mortis.vsqꝫ ad fi.consi.
Si dictio exponitur pro quatenus.
12 Actum nemo incassum facere presumitur.
Subtilitas nimia est aufugienda.
14 Donatio an veniat in generali cōcessione disponēdi.vsqꝫ ad fi.cōsi.
Voluntas vltima vbi potest generaliter deprehendi ex personarū
qualitate vel alia ratione scilicet ꝙ verisimiliter promisisset etiam
donare tunc in generali concessione facultatis disponendi veniret
etiam donatio.
15 Donationis appellatione in dubio venit simplex donatio.
16 Quicunqꝫ et omnes sunt dictiones vniuersales sui natura nihil
excludentes.
Uniuersalis dictio an plus importet ꝙ̄ generalis.
17 Consensus nedum specialiter adhibetur sed etiam nominatim et
plus est consentire in indiuiduo ꝙ̄ specialiter quia aliud est gene
raliter aliud specialiter aliud singulariter seu nominatim prout
quando ad indiuiduum deuenitur.nu.seq.
18 Clausula valeat omni meliori modo quid operetur in testamētis.
19 L.cum precario.ff.de preca.quomodo intelligatur.

¶Consilium.ccxxxvij.


In nomine dñi nostri Jesu
1 christi. ¶†Viso themate et allegationibus hincinde
que egregie articulū hunc discutiunt pro vtraqꝫ parte
licet in consilijs decisiuis non soleā ad partes arguere: tamē vt alle
gantibus satisfaciam aliū ordinem amplectar. Videtur enī primo
aspectu dicendū ꝙ ex quo filiusfami.nō potest testari.l.qui in pote
2 state.de testa.et.l.senium.C.qui testa.face.pos.† Et qui non potest
testari pariter nō potest codicillare.l.ij.ff.de lega.j. Et cum cōsensu
patris quia vltime volūtates nō debent ex alieno arbitrio pēdere.
l.fi.ff.cōmunia prediorū.et habetur in iuribus preallegatis. et in.c.
licet.§.ꝙuis. de sepul.lib.vj. ideo cōstat ꝙ dictū testamentū factū
per dictā dominā Rosam nō valet neqꝫ iure testamenti neqꝫ iure
codicilli seu vltime volūtatis hoc autem casu non cadunt termini
alterius vltime volūtatis. Et hec hactenus sunt clara:solum rema
net dubitatio:an dicta dispositio dñe Rose sustentari posit vt do
3 natio causa mortis.† Licet enim qui nō potest testari regulariter
nequeat donare causa mortis vt est tex.singularis in.l.j.§.j.ff.de tu
telis et rationibus distrahēdis.et facit optime tex.in.l. que sub cōdi
tione.§.in mortis causa donationibus.ff.de cōdi.insti. tamen licet
filiusfamilias nequeat etiam cum cōsensu patris testari vel aliam
vltimā voluntatē facere:tamē donare potest causa mortis cum pa
tris cōsensu.l.tam his.ff.de dona.causa mortis.et.d.c.licet.§.ꝙuis.
ſm vnum modū intelligēdi:remanet itaqꝫ tota vis consultationis
vtrū dispositio dicte dñe Rose quo ad relicta facta dicto Jacobo
suo marito sustentari possit in vi donationis causa mortis:attento
ꝙ in dicta dispositione quo ad relicta facta dicto Jacobo interue
nerint omnia reqsita ad validitatē donationis causa mortis: quia
4 interuenit consensus dicti Jacobi.et dicte dñe Rose.† Et donatio
causa mortis hodie perficitur nudo pacto quemadmodū donatio
inter viuos per.l.si quis argentū.C. de donationibus.et insti.eo.ti.
§.perficiūtur que iura militant etiā in donatione causa mortis vt
est glo. notabilis in verbo donabat in.l.cum pater.§. meuio.ff.de
5 lega.ij.que ab omnibus approbatur.† Item interuenit consensus
patris qui requiritur in donatione causa mortis facta per filiū vel
filiāfamilias: sed dubitatio sola remanet vtrū dicta dña Rosa vo
luerit donare causa mortis et dictus pater et dictus Jacobus volue
rit consentire donationi causa mortis videtur enī ꝙ dicta domina
Rosa non habuerit mentē faciendi donationē causa mortis quia
verba sua non videntur importare donationem causa mortis nec
mens censetur alia quam verba sonāt regulariter iuxta.l.labeo.§.
tubero.de suppel.leg.et.c.ij.requiris.de appel.cum cōcor.ꝙ aūt ver
ba nō tendāt ad donationē causa mortis deducitur quia donatio

causa mortis est cōtractus cum depēdeat a volūtate duorū omnes autē voluntates dependent a volūtate vnius sed dicta dña Rosa. in prin. dispositionis demōstrat suam voluntatē ꝙ non intēdebat cōtrahere sed testari ⁊ in subsidiū aliam vltimā voluntatē facere vt patet in p̄fatione ibi nolens decedere intestata ne ⁊c. presens testamentum seu vltimam voluntatem ⁊c. facere procuranit. Ex prefatione autē deprehenditur mens disponētis. l. fi. ff. de heredi. insti. censentur eñ repetita in sequētibus. l. titia respōdit. §. respōdit. de verb. obli. ⁊ l. quia. ff. de pac. cum si. Ideo deprehēditur volūtas dicte dñe Rose volēdi facere vltimā voluntatē ⁊ non cōtrahere: clausula itaq; codicillaris apposita in fine dicte dispositionis videtur intelligēda ſm prefationē ⁊ sic ꝙ dicta Rosa voluit valere dictam dispositionē omni meliori modo quo melius de iure valere potest dūmodo per viam vltime volūtatis vt sic vltima declarentur a primis prout decet quia per precedentia sequētia declarātur. l. si seruus pluriū. §. fi. de leg. j. ⁊ l. heredes palam. §. sed si notā. ff. de testamentis. Preterea quecūq; fuerit volūtas dicte Rose: tamē cōsensus patris ⁊ cōsensus Jacobi nō videntur respicere testamentū seu vltimā voluntatē quia dicti cōsensus videntur solūmodo adhibiti testamēto seu vltime volūtati: nam sunt verba demōstrantia cōsensus predictos posita in dicta prefatione in medio orationis in qua demōstratur ꝙ dña Rosa ꝓcurabat facere testamentū seu vltimā volūtatē vt ex lectura ipsius dispositionis apparet: ideo ad ea sola que in prefatione demōstrantur censeātur adhibiti dicti cōsensus. ar. l. iij. §. si filius. ff. de lib. ⁊ posthu. Quod ⁊ demōstratur ex verbis ipsius cōsensus ibi ⁊ ad predicta ipsis cōsentientibus que verba sonant ꝙ cōsentiebāt ante dictis sed antea nō erat dictū nisi de testamento seu vltima voluntate: ergo dicti pater ⁊ Jacobus maritus non cōsenserunt nisi testamēto seu vltime volūtati: et ſm hoc licet dicta dña Rosa fortasse valere voluerit alio iure quam volūtatis nihilominus nō propterea videtur ꝙ pater ⁊ maritus cōsensus ad id prebuerint: ideo ex hoc vitietur ipsa donatio causa mortis. Et maxime cōsensus in donatione causa mortis requiritur ꝙ sit specificus seu specialis ad donationē causa mortis vt videtur probare

6 tex. in. l. filius. in fi. ff. de dona. † Et ideo cum in dicta clausula in fi. posita nō fiat specialis mētio donationis causa mortis nō videtur cōsensus patris sufficiēter adhibitus propter quā rationē ⁊ etiam quia donatio causa mortis accedit cōtractui potiusq̄ vltime volūtati voluit Dy. vt refert Cy. in. d. l. seniū. cum eo transiens ꝙ clausula solita apponi in fi. testamenti si nō valet iure testamēti valeat iure codicillorū ⁊ cuiuscūq; alterius vltime volūtatis nō operetur vt dispositio validetur in dispositione causa mortis: quod ⁊ voluit Specu. in titu. de instru. edic. §. cōpendiose. versi. quid si filius. ſm Ang. in. d. l. seniū. qui cum eo transit qđ ⁊ tenet ibi Rapha. fulgo. per dictā rationē sumptā ex. d. l. filius. ⁊ licet Guil. de cu. aliud velit si pars erat p̄sens tamē Bal. ibi pro cōcordia dicit opinionē Guil. procedere si filius expresse dixit dono vel promitto causa mortis ⁊ in donatario appareant aliqua signa cōsensus al's non esset cōtractus. l. illud. de sacrosan. eccl'. al's verior esset opi. Dy. ſm eum. ⁊ idē tenet Ang. in. l. iij. ff. de testa. Cum itaq; in casu isto nō fiat mentio donationis causa mortis nec interuenerit verbū dono vel ꝓmitto seu equipollens: ideo non videtur resultare donatio causa mortis ſm preallegatas auctoritates ⁊ rationes premissas. verbū eñ relinquit adaptatur ad vltimas volūtates ⁊ in eis solet apponi ⁊ nō in cōtractibus. et argumentū a solitis bonū est in iure. l. qđ si nolit. §. qui assidua. ff. de edili. edic. ⁊ l. fi. C. de fideius. et per glo. in. l. j. C. de

7 arbitris. ⁊ l. neq; natales. ⁊ ibi per Bal. C. de proba. ¶ † Licet aūt predicta videantur multū vrgere ⁊ reddant cōsultationem nō mediocriter dubiā: tamen omnibus diligenter pensatis puto de iure respondendū esse cōtrariū. Constat eñ ꝙ actus debet pro posse ita interpretari vt valeat ⁊ nō vitietur. l. quotiens in stipulationibus. ff. de verb. obli. ⁊ l. quotiens in actionibus. ff. de reb. dub. cum simi. Itē constat ꝙ actus censetur adhibitus in virtute aliquid operādi et nō frustra qñ potest interpretari vt quicq̄ operetur. l. si quādo. ff. de leg. j. ⁊ c. si papa. de priuile. lib. vj. ⁊ facit. c. cōmissa. de elec. eo. lib. ⁊ facit. l. si vero. in prin. ff. de iudi. Idcirco cum dicta dispositio dñe Rose non potuerit vllo modo valere nisi interpretetur qđ in subsidiū voluerit donare causa mortis vt est clarum per iam dicta. Et cōsensus patris nō erat oportunus nec etiam cōsensus mariti nisi ad hunc finē vt dicta dispositio validari possit per dictos cōsensus adhibitos vbi al's nō posset valere: quia al's ludibrio ⁊ sine virtute aliquid operādi fuissent adhibiti: attēto ꝙ respectu testamēti vel codicillorū seu similis vltime volūtatis dicti cōsensus nihil operarentur vt est notissimū: idcirco cēseātur ob eam solā causam adhibiti cum nequeant quicq̄ aliud operari: vñ si verba adaptari possunt ad donationē causa mortis debet talis interp̄tatio adhiberi etiā si opus esset aliquali impropriatione verborū per iura preallegata: sed videtur ꝙ verba possint cōmode adaptari ad donationē causa mortis. Ex quo donatio causa mortis cōfertur post mortem prout cetere vltime volūtates que vidētur eo respectu dici vltime volūtates que conferuntur in tēpus in quo nō redit arbitriū. vt in l. j. C. de sacrosan. eccle. ⁊ sunt ambulatorie vsq; ad mortē que cōtinuo possunt reuocari in. l. si quis. in prin. test. ff. de testa. ⁊ §. posteriore. insti. quibus modis testa. infir. ⁊ insti. de ademptione legato-

8 rum. † Que quidē militant etiā in donatione causa mortis que potest nuda volūtate donātis reuocari. l. nō omnis. §. si pupillus. ff. si cer. peta. ⁊ l. qui mortis. ⁊ l. senatus. §. donatio. in fi. ff. de donatio. causa mor. et in multis accedit nature vltimarū voluntatū: vt in. l. fi. C. de dona. causa mortis. ⁊ in. d. l. que sub cōditione. §. in mortis. et in. d. l. j. §. j. de tutelis ⁊ rationibus distrahēdis. ⁊ l. si mortis causa. C. ad legē fal. ⁊ in. l. illud. ⁊ in. l. marcellus. ff. de dona. causa mor. et habetur in. l. ij. ff. de leg. j. ita ꝙ large loquendo potest satis dici vltima voluntas ⁊ maxime quia si volumus verbis vt hebrei penitus inherere donatio causa mor. voluntas est: vñ si circa eam nulla alia volūtas sequitur vltima remanet quia vltimus est quē nullus sequitur. ff. de verb. signi. l. proximus. in fi. Quinimmo verba dicte clausule codicillaris necessario si nolumus a verbis recedere important donationem causa mortis: quia illa verba vel alio modo iure vel causa quo melius ⁊c. Non possunt adaptari ad aliquā vltimam voluntatē proprie sumptā. s. prout differt a quocūq; cōtractu etiā habēte dependentiā a morte prout est donatio causa mortis, quia de illis vltimis volūtatibus erat premissum per signū vniuersalis cuiuscūq; qđ sui natura nihil excludit. c. solite. de maio. ⁊ obe. ⁊ c. si

9 romanorū. xix. dist. ⁊ l. iulianus. de leg. iij. † Itaq; verba sequentia vel omnimodo ⁊c. Necessario referūtur ad alium modū quā vltime volūtatis: tum q2 natura cōiunctionis est poni inter diuersa iuxta no. per glo. in rubrica. de iur. ⁊ fac. igno. tum maxime ex significatu dictionis vniuersalis omni que sui natura nullū modū excludit. d.

10 c. solite. cum cōcor. † Item quia natura aduersatiue vel est vt sufficiat alterā partē verificari. l. si heredi plures. ff. de cōdi. insti. ⁊ regule in alternatiuis in. vj. cum cōcor. Et sic nō voluit ꝙ solū esset vltima volūtas si eo modo valere nō poterat. Ex q̄bus oportet dicere ꝙ mens disponētis fuit prout ⁊ verba ipsa sonant ꝙ disposita per eam si nō poterant valere iure alicuius vltime voluntatis valerent alio modo quo melius valere poterāt sed certū est ꝙ melius valere poterant iure donationis causa mortis quo ad relicta facta dicto Jacobo quā iure alterius vltime volūtatis quia vt donatio causa mortis valere poterat accedēte cōsensu patris ⁊ cōsensu donatarij: ideo verba dicte clausule necessario sunt referēda ad donationem causa mortis que est magis similis vltime volūtati quam donatio inter viuos vt de se cōstat: ideo ad eam adaptātur: licet etiā si importarent donationē inter viuos dictus Jacobus haberet intentum. Ex quo itaq; verba inferunt in hanc interpretationē et ex ea actus redditur validus vbi al's non valeret ⁊ cōsensus paternus et mariti nō resultant ludibrio positi sed in virtute aliquid operandi decens est qđ talis interpretatio adhibeatur: immo videtur talis

11 interpretatio necessaria per iam dicta. † Et ex his videtur concludendū ꝙ relicta facta dicto Jacobo valeāt in vi donationis causa mortis. Et licet quo ad alia relicta dicta interpretatio non cadat cum non interuenerit presentia seu cōsensus eorū quibus relinquitur: tamē non refert quia exponitur si pro quatenus in hmōi clausula. ar. l. stichus qui meus erit. ff. de leg. j. ⁊ no. Bar. in. l. j. ff. de iure codicil. ⁊ Bal. in. l. fi. C. eo. ti. ⁊ doc. in aut. ex causa. C. de libe. prete. Confirmatur dicta cōclusio auctoritate Guil. de cu. qui in simplici clausula codicillari sine dicta clausula vel alio modo ⁊c. Voluit qđ testamentū filijfamilias validaretur in vi donationis causa mortis presupposito scʒ ꝙ adhiberetur cōsensus patris cuius dictum approbat Ange. in. d. l. seniū. ⁊ idem voluit Fede. de senis in consi. cclxxxviij. prout refert Pōta. in. d. l. seniū. quam partē etiā firmat Imo. in. d. l. tam is. dūmodo pars esset presens: nititur ea ratione quia ex quo non pōt habere locū alia vltima volūtas nisi donatio causa mortis illa generalis clausula vel alterius vltime voluntatis que nō potest in alio casu verificari habetur perinde ac si esset nominatim facta specificatio. ¶ Nec ob. adducta in cōtrariū non eñ ob. ꝙ in prefatione fit solū mentio de testamēto seu vltima voluntate quia illud verbū vltimā volūtatem pōt intelligi large vt adaptetur ad sequentia presertim cum subdatur ꝙ facere procurauit presertim vltimā voluntatē in hunc modū ⁊c. Jmodus autē postea describitur. s. quia voluit eam valere non solū iure cuiuscūq; vltime volūtatis proprie sumpte sed etiā alio modo quo valere poterat. ⁊ consensus adhibiti per patrē ⁊ maritū fuerunt adhibiti ad vltimā voluntatē eo modo factā. s. vt valeret omnimodo quo valere poterat: sed nō poterat valere vt testamentū vel vt altera vltima voluntas proprie sumpta ergo consensum adhibuerunt vt dicta vltima

12 volūtas valeret alio modo et sic vt donatio causa mortis. ¶ † Nec refragatur verbū predicta quia satis virtualiter erat predictum ex quo erat p̄missum de vltima volūtate in modū qui sequitur: ideo dicta verba referūtur ad omnia p̄cedētia ⁊ sequētia: accedit etiā. l. si talis scriptura. in fi. de leg. j. ⁊ licet etiam rigor verborū patiatur hanc interpretationē per iam dicta tamē etiam si verborū subtilitas repugnaret dicte interpretationi nō deberet ex hoc dispositio vitiari non enim deberet talis nimia subtilitas verborū assumi ad actus inualiditatē cum mens disponētis ⁊ cōsentiētis fuerit verisimiliter vt actus valeret quia nemo presumitur velle facere actum incassum.

incassum in.l.si vero.in prin.de iudi.et arg.d.c. si papa et nimie subtilitates sunt in iure aufugiende et reprehendende.arg.l.vnice.C. de nudo iure quiritũ tollendo et per glo.in clemẽ.ij.de iudi.et insti.et de fideicõmissarijs libertatibus.§. sed quia ad idem.c. intelligẽtia.de
13 verb.sig.et.l.cum virũ.C.de fideicõmissis.cum si.¶†Nec etiã ob.q in donatione causa mor.requiritur specialis cõsensus et specificus propter quã potissime ratione Dy.Cy.Spe.Bal. Ang.et Raph. fulgo.vbi.s. volunt q clausula codicillaris nõ verificetur in donatione causa mor.quando filiusfamilias testatur cum cõsensu patris per.d.l. filius qd videtur magis obstare in hac consultatione quia respõsio Imo. videtur dictũ fundamentũ contrariũ eneruare per rationem suam quã allegans pro hac parte iuuat alijs similibus et probatur etiã ex theorica Bar. in.l.si quis. in prin. testamenti. de leg.iij.post mediũ versicu.quero si est ponere casum et coadiuuatur quia.d.l.filius. nõ videtur loqui in patre cõsentiente filio donanti causa mortis bona propria ipsius filij:sed in eo qui permittit alij q donare possit res ipsius permittẽtis vt deprehenditur ex his que premittũtur in.d.l.et etiam quia eo tempore filiusfamilias nihil habebat per.l.placet.de acqui. heredi.et.l.cum filio. de leg.j.nisi bona castrẽsia vel quasi castrẽsia in quibus nõ exigitur cõsensus patris.l. ij.ff.ad mace.et.l.fi.C.qui testa.face.pos.et.l.fi.C.de inoffi.testa.et fundatur.d.l.in verisimili mente permittẽtis seu cõcedẽtis generalem potestatẽ quia ex verisimili mente generalitas ipsa nõ trahitur ad donationẽ vt eadem.l.circa prin.et.l.cõtra iuris.§.fi.ff.de pact.que cõiectura verisimilis mentis fundatur in ratione.l.cum de indebi-
14 to.ff.de proba.† Et ideo vbi ex qualitate personarũ vel alia ratione deprehenderetur volũtas generaliter permittẽtis q verisimiliter permisisset etiam donare tunc in generali cõcessione facultatis disponendi veniret etiã donatio vt probatur in.d.l.filiusfamilias. versicu.nõnunq.maxime iuncta glo.in verbo hoc quoq et licet ille versi.videatur loqui in donatione inter viuos: tamẽ eadẽ est ratio in donatione causa mortis vt subditur ibi in versi. pari ratione in quo apparet q ea ratione quare nõ permittitur donatio inter viuos eadem ratione non permittitur donatio causa mortis ex quo datur intelligi q dicta.l.filius.non intendit q cõsensus patris requiratur spãliter in donatione inter viuos vel in donatione causa mortis nisi ea ratione quia non est verisimile q in specie cõcessisset facultatẽ donandi inter viuos vel causa mortis et in generali cõcessione non veniunt ea que non esset quis in specie concessurus vt in regula generi in.vj. et in.c.fi. de offi.vica.eo.lib.et in.l. obligatione
15 generali.ff.de pig.† Et vult tex.d.l.filius.in versi.sed enim q si cui est permissum donare illa permissio referatur ad donationẽ inter viuos et non ad donationẽ causa mortis et potest esse ea ratio quia appellatione donationis venit in dubio donatio simplex et sic donatio inter viuos nõ donatio causa mortis vt probatur in.l.j.ff.de dona.ideo cõcedens facultatẽ donãdi censetur intellexisse de propria donatione: ideo tunc nõ venit donatio causa mortis nisi etiã de ea permittatur iste est tex.ibi vnde qñ verisimilis mens permittentis seu cõsentientis esset q cõsentiret vel permitteret etiam donationem causa mor. videtur ille tex. ex premissis potius velle qd veniat donatio causa mortis in generali pmissione seu in generali cõsensu cum verba proprie sumpta etiam ad donationẽ causa mortis adaptentur et ita videtur cõtingere in casu nostro quia ex quo dicta filia testabatur de bonis proprijs non de bonis paternis in titulo mere lucratiuo intendebat illa in alios transferre: ita q nõ agebatur de preiudicio patris saltem maiori q valeret iure donationis causa mor. quã valeret iure testamenti vel codicillorum vel alterius vltime voluntatis non cadit ratio quare magis pater voluisset valere iure vltime volũtatis quã iure donationis causa mortis:idcirco talis cõsensus sufficiat etiam dato q nõ censeretur specialis cõsensus ad donationẽ causa mortis qui vt dixi sufficit generalis stante verisimilitudine q specialiter cõcessissent pbatur in.d.
16 l.filius.versi.nõnũq.et versi.seq. inductis:vt.s.† Preterea dictus versi.sed enim loquitur in cõcessione indefinita et etiam totus tex. eiusdem.l.nos autẽ sumus in vniuersali quia dictio cuiuscunq et dictio omni sunt vniuersales: et natura vniuersalis plus importat quam natura generalis orationis quia in vniuersali veniunt qñq ea que nõ veniunt in generali dispositione ex illa ratione quia nõ esset verisimiliter in specie concessurus:qr virtus vniuersalis tollit quãdoq illam coniecturã et verisimilitudinẽ q non esset in specie cõcessurus prout diligenter aduertendo voluit Bar.in.l. si pluribus.de leg.ij.dum loquitur de.d.l.obligatione generali. licet itaq dictus versi. sed enim probet q quãdo generaliter permittitur facultas donandi nõ sufficiat nisi specialiter exprimatur de donatione causa mortis: nõ tamẽ idem probat quãdo per signũ vniuersale esset permissa donatio vel quãdo esset vniuersalis permissa administratio seu facultas alienandi nec enim ibi pbatur q semper requiratur specialis expressio:sed q si pmittitur q possit donare id non sufficit nisi specialiter exprimatur de donatione causa mortis vt sic exceptio sit de regula prout decet sm ea que habentur in.l.j.ff. de reg.iur.in.l.nam qd liquide.§.fi.de penu lega. et notant Bar. et
17 Bal.ideo.l.actione.C. de transac.† sed in his terminis consensus adhibetur nedum specialiter sed nominatim et in indiuiduo: nam consensit huic actui qualitercunq celebretur vnicus est actus ergo nedum in specie sed in indiuiduo cõsentit actui si igitur est non potest valere nisi vt donatio causa mortis: ergo qui facit actũ et vult facere eo modo quo melius valere potest si nõ potest valere nisi vt donatio causa mortis: ergo facit donationẽ causa mortis: ergo si consentit huic actui consentit huic donationi causa mortis: ergo nedum in specie cõsentit donationi causa mortis sed in indiuiduo huic donationi causa mortis. Plus aũt est cõsentire in indiuiduo quã specialiter quia aliud est exprimere aliquid generaliter aliud specialiter aliud singulariter seu nominatim prout est quãdo denenitur ad indiuiduũ vt notat Bar.in.d.l.si quis.in prin.testamenti post mediũ.versi.quero quid si testator et idem in.l.j.in fi. de vulg. et pupil.in quibus vult q maior sit expressio in indiuiduo quã in specie sed hic est vnus actus cuiuscunq qualitatis sic et huic indiuiduo actui cõsensit:ergo cõsentit singulariter huic donationi causa mortis si donatio causa mortis est si pro quia quid enim si dico dono huic animali demõstrando titiũ nõne dono singulariter titio:licet ipsum demõstrem sub genere animali profecto nulli dubium accedat q no.in.l. si quis in fundi vocabulo.de lega.j.ideo si consentit huic dispositioni cum hoc q valeat omni meliori modo et non potest valere nisi vt donatio causa mortis ergo consentit q valeat vt donatio causa mortis et cõsequenter cõsentit huic donationi causa mortis prout cõtingeret in hoc casu filius donat bona aduentitia post mortem pater cõsentit simpliciter in dubio censetur donatio causa mortis.l.seia.de dona.causa mortis.et.l.seia.de dote prelega. certe nemo diceret talem donationẽ causa mortis nõ valere: quia non est expressum q donatio causa mortis ita formaliter hoc casu valeret:ideo licet quãdo esset simplex clausula codicillaris qua dixit valere voluit iure codicillorum vel alterius vltime voluntatis probabilis dubitatio vertatur propter cõtrarias opi. quia potest dubitari an cõsensus sit adhibitus donationi causa mortis que nõ est propria vltima volũtas et si nõ adest cõsensus honorati res esset clara si vero adesset cõsensus putarem rem dubiam et legendo.d.l. senium.inclinabam pro validitate actus: tamẽ vbi est clausula vel omnimodo quo melius valere põt prout addita est in casu nostro puto aperta fronte concludendum esse q sustentatur vt donatio causa mortis ex quo infertur q heredes dicti Jacobi possunt reti-
18 nere dicta relicta vt donata causa mortis.† Nec refragatur q verbum reliquit magis videatur accõmodatũ vltime volũtati quã donationi causa mortis saltẽ attento eo q frequentius accidit quia dato q fatendũ sit tamen ex aduerso cõsensus patris et consensus mariti magis sunt accõmodati donationi causa mortis quã vltime voluntati attento q sunt soliti et necessarij in donatione causa mortis et in vltimis volũtatibus insoliti et superuacanei nec in donatione causa mortis requiritur verbũ dono vel promitto sed satis est quocunq modo volũtas appareat probatur in.l.auũculo.ff. de dona.causa mortis.et facit.l.ex hac scriptura.de dona.cum ergo appareat ex illis verbis vel omni meliori modo etc. q voluit valere iure donationis causa mortis nec repugnet verbũ relinqt maxime cum nõ minus relinquat alteri qui donat quã qui legat merito etc. nec est verũ q illa clausula sit reijciẽda tanq remotiua illius qd est de substantia actus.argu.l.cum precario.ff.de preca. qd si hoc esset semper clausula codicillaris esset reijcienda qd esset penitus cõtra
19 omnes et absurdum dicere et hoc clarum non curo insistere.† Dico autem q.l. cum precario et eius materia loquitur quãdo quis vult actũ subsistere et eo subsistẽte vult addere aliquid ei non cõpatibile de quo etiam habetur in.c.fi.de condi.appo.et in c.solicitudinẽ.de appel. et per Imo.in.l.vbi ita donatur de dona. causa mortis vbi videtur tex.in contrariũ:hic autẽ virtus clausule est q vno ex incõpatibilibus non existente resultet alterum qd non est prohibitũ.l. fi.C.de codi.l. eam quã.C. de fideicõ.et.l.recusare.§.titius. ad treb. et.l.generaliter.§.ex testamento.ff.de fideicõ.liber.concludo itaq qd heredes dicti Jacobi retinere possunt et consequi relicta facto Jacobo tanq eidem donata causa mortis. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccxxxviij.

1 ☞ Doctores artantur ad consulendum pro iustitia.
2 Testamentũ inter liberos citra omnẽ iuris solẽnitatem valet.
Substitutio pupillaris an probetur tribus testibus in testamento minus solẽni quorũ vnus nõ dicitur idon eus.per totũ.
3 Testes testamentarij debent toti tenori testamenti esse continuo presentes et intelligentes et an ille qui vadit per cameram dicatur posse intelligere.nu.seq.et.6.
Factũ coram titio dicitur quãdo eo presente et intelligente eodem titio est factum.circa prin.
4 Probationes debent esse tales que moueant et mouere debeant bonum virum hoc est iudicem et necessario concludentes.
In dubijs sunt attendenda ea que conueniunt nature negotij et verisimilia.
5 Pluralis locutio est duorum numero contenta.
Testis dictum ambiguũ interpretatur cõtra producentem tanq tendens ad probationẽ obscuram que non releuat probantem.

7 Testes singulares pñt dici ex diuersitate facti super quo deponũt.
8 Substitutio compendiosa dicitur habere nomẽ magistrale et non habet distinctã speciem ab alijs substitutionibus et vbi mater vel auia est in medio an dicatur omni tempore fideicõmissaria.
Argumentum de cõtractibus ad vltimas volũtates est optimum in iure. in fi. nu.
9 Libello si aliqd addatur vel minuitur an dicatur nouus libellus.
10 Tutoris datio in testamento minus solẽni an valeat et quot testibus possit probari ⁊ an excludant auiã iam a iudice datã tutricem.
11 Tutor datus in testamẽto minus solẽni ⁊ a iudice confirmatus an matri preferatur.
12 Tutor etiam testamẽtarius an debeat inuentarium facere anteq̃ administret ⁊ si ante confectum inuentarium administret an vt suspectus remoueatur.
13 Creditor vel debitor an dicatur ille qui potest conuenire vel cõueniri actione reali.

¶ Consilium. ccxxxviij.



In nomine dñi nostri Jesu
1 christi. ¶ † Reperio superiori anno dum propter pestẽ ruri agebam apud eandẽ ciuitatẽ Camerini consuluisse super eodem vt arbitror facto ⁊ quia ad consulendum pro iustitia artamur. l. in sacris. C. de proxi. sacro. scrini. ⁊ ibi Bar. per illũ tex.
2 et Bar. ⁊ Bal. in. l. proxime. ff. de his que in testamẽto delẽ. † Deuenio itaq̃ ad consultationẽ ⁊ descendendo ad secundũ consultationis articulũ videtur prima facie dicendũ ꝙ dictum testamentũ et dicta substitutio pupillaris teneat duplici ratione prima quia testamentũ ⁊ alie vltime voluntates inter liberos citra omnẽ iuris positiui solẽnitatem valent ⁊ tenent. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. ⁊ in aut. ibi positis. C. de testa. ⁊ in. l. fi. C. fami. hercis cũ. itaq̃ quatenus filius instituitur clarũ est et idem videtur quatenus pupillariter eidem filio substituitur cum agatur de filij fauorabili successione ⁊ similiter quatenus de tutela filij disponitur filio fauetur: et ideo videtur inter liberos in ea parte testatũ ⁊ propterea videãtur militare dicta iura. ⁊ per consequens videtur ꝙ testamentũ valeat non obstante defectu numeri testium: secũda quidem ratione videtur dicendũ ꝙ valeat quia interuenerũt tres testes inter quos fuit presbyter parochialis: ideo videtur ꝙ valeat per tex. in. c. cum esses. extra de testa. quod quidem est seruandũ ſm omnes in terris ecclesie prout est ciuitas Camerini: et licet super hoc instari possit quia vna ex tribus est femina ⁊ femina nõ possit esse testis in testamento. d. l. hac consultissima. in prin. ⁊. l. qui testamento. §. mulier. ff. eo. ti. ⁊ tex. d. c. cum esses. requirat personas idoneas quia negatur interuenisse presbyterum parochialem quia illi duo presbyteri dicuntur esse capellani non presbyteri parochiales et si presbyteri parochiales forent non supersunt duo vel tres vltra presbyterum parochialem prout requirit. d. c. cum esses. cum non presupponatur ꝙ sit nisi vna persona que non sit presbyter parochialis: tamen ista non obstant prout probaui al's in cõsilio super hac materia nõ repeto nec expedit consultanti: ideo non iterũ super hoc laboro et presupposito ꝙ predicta non obstent nihil videtur obstare ex quo tres testes presupponitur interuenisse in dicto testamento et inter
3 eos fuisse presbyterum parochialem. † Nec videtur obstare si quis dixerit ꝙ dicta dña Catherina Sclaua nõ fuit presens toti tenori testamenti prout requiritur per. l. cum antiquitas. C. de testa. eo quia ibat ⁊ redibat prout deponunt duo alij testes qui fuerũt presentes quia ad hoc videtur respõderi posse ꝙ dicti testes dicunt ꝙ dicta dña ibat et redibat per salã vbi iacebat infirmus dictus testator ⁊ forte prout audio dicta sala erat parua ita ꝙ poterat eũdo et redeũdo cõtinuo audire verba testatoris: ⁊ ideo cum ipsa deponat de sui presentia et aliorũ ⁊ deponat factum fuisse testamentũ videtur ꝙ sit idonea testis. et maxime cum alij duo testes deponant ꝙ dictum testamentũ fuit per dictum testatorẽ habitũ pro perfecto coram dictis testibus coram autẽ tali dicitur factũ quãdo presente et intelligente illo tali factũ est. l. coram. ff. de verbo. signi. ⁊. l. diem proferre. §. coram. ff. de arbi. ideo cum etiã dicta Sclaua fuerit vna ex dictis testibus dicti duo testes deponẽtes ꝙ coram dictis testibus videtur deponere ꝙ dictum testamentũ fuit perfectum etiam in presentia dicte dñe Catherine confert etiam quia alter ex dictis duobus testibus deponit ꝙ dicta dña Catherina debet de predictis esse bene informata: non autẽ esse videretur bene informata si non fuisset presens ita ꝙ deponere possit: nam ita videtur suadere subiecta materia cum ageretur de probatione testamẽti nec potest quis bene deponere nisi de his quibus p̃sens fuit. l. qui testamẽto. §. fi. de testa. ⁊. l. testium. C. de testi. ⁊. d. l. cum antiquitas. Preterea modica absentatio testis non vitiat testamentum. d. l. cum antiquitas: ideo ex his videtur concludendũ ꝙ dictũ testamentũ valeat et legitime probetur. ¶ Tamen predictis non refragantibus puto contrariã partẽ esse de iure veriorem presuppositis pro veris conclusionibus factis in primo cõsilio ⁊ hoc quia arbitror dictam dominam Catherinam sclauam non esse idoneam testem vt vna cum alijs duobus sufficiens sit saltẽ in probãda substitutione pupillari de qua potissime agitur ex pluribus ⁊ primo quia ipsa nõ deponit de toto tenore testamenti nec apparet ꝙ fuerit presens toti testamento prout requiritur vt. d. l. cum antiquitas. C. de testa. vbi per illũ tex. dicit Bal. ꝙ testis debet probare totũ tenorem testamẽti: adeo ꝙ si aliqui probent plus aliqui minus videtur ꝙ nõ probent quia nõ videntur interfuisse toti testamento ſm eum qui hoc videtur velle: licet non precise firmet qđ ⁊ videtur etiam velle ibi Pau. de cast. et ita legendo. d. l. cum antiquitas visum fuit nisi testis qui non deponit de toto testamento diceretur se interfuisse toti testamento: non autẽ de toto deponit quia oblitus vel quia nõ interrogatus vel alia causa simili: nam tunc cessat ratio Bal. in casu autẽ nostro nõ dicit ipsa dña Catherina se interfuisse in toto testamẽto nec etiam alij testes id asserunt immo ex eorũ dictis innuitur contrarium vt inferius deducã: ergo cum non deponat de toto tenore testamenti censeatur nõ interfuisse toti tenori testamenti ⁊ sic non reputetur idonea testis ſm sentẽtiã Bal. ⁊ Pau. de cast. superius recensitã ⁊ maxime ex quo duo alij testes qui soli super tenore testamenti deposuerunt plenarie deponunt de singulis partitis dicti testamẽti: ita ꝙ si dicta dña Catherina intellexisset et ipsa singula in dicto testamento disposita deposuisset vel de omnibus vel de maiori parte dispositorum in testamento: cum itaq̃ de paucis ex multis deponat satis persuadendum est quod non fuerit presens que omnibus dictus testator disposuit quod et ꝑsuadetur ex alijs: nam dicti duo alij testes qui dicuntur dicto testamento interfuisse interrogati de presentibus vnum alium nominat ⁊ quilibet etiam dominã Ansouinam: item in principio depositionũ deponunt ꝙ dictus Marianus cõdidit testamentũ in presentia sua et alterius capellani et neutro loco vocant inter presentes dictam dominam Catherinã: ita ꝙ est verisimile ꝙ etiã nominassent dictã dominã Catherinã si etiam ipsa fuisset p̃sens: maxime cum ex alijs postea eorũ attestationibus apparet ꝙ ⁊ de ea erãt memores vt proxime subijciam. item super interrogatorio partis aduerse quilibet eorũ deponit ꝙ ipsi ⁊ dña Ansouina fuerũt cõtinuo presentes ⁊ ꝙ dña Catherina ibat ⁊ redibat per salã ⁊c. cum itaq̃ dicant ꝙ ipsi ⁊ dña Ansouina fuerunt cõtinuo presentes videntur negare cõtinuam presentiam dicte dñe Catherine. arg. c. nonne. de presump. ⁊. l. cum pretor. ff. de iudi. cum cõcor. quod ⁊ persuadetur ex eo quia ex quo ipsa erat occupata circa ministrãda necessaria dicto testatori morbo epidimie grauato nec firma ꝑmanebat circa talia occupata nõ est verisimile ꝙ cũcta testatoris dicta et omnia que disponebat intelligeret attenta maxime qualitate facti cum testamentum multa contineat capitula ⁊ testator disponebat ⁊ vnus ex dictis capellanis scribebat ita ꝙ nõ breui tempore fuit verisimiliter expeditũ et maxime quia morbo mortali ⁊ quasi in articulo mortis constituti solent cum difficultate ⁊ raris verbis loqui et submissa voce ita qđ nullo pacto est verisimile ꝙ femina sclaua ad quam negotiũ ipsum non spectabat anxia verisimiliter ⁊ ipsa de periculo in quo degunt qui cum grauati tali morbo mortifero versantur eidem imminẽti et que in alijs occupata iens ⁊ rediens cuncta intelligeret profecto non deberet aliquis recti iudicij id credere predictis tot et tãtis
4 cõcurrentibus. † In dubijs autẽ que conueniunt nature negotij ⁊ verisimilia que vero proxima dicuntur plurimũ in hmõi attendũtur. c. licet causam. de proba. ⁊. l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. facit. l. in obscuris inspici. de reg. iur. ⁊ in. c. inspicitur. eo. titu. ⁊ lib. cum simi. et probationes debent esse tales qđ mouere debeant bonũ virum hoc est iudicem ad credendũ id de quo agitur. l. iij. §. tu magis. ff. de testi. ibi quid credas ⁊c. et licet forte illa sala erat adeo parua qđ poterat per eam iens et rediens continuo audire dicta testatoris: tamen nõ est verisimile attentis tot circunstantijs. s̃. ponderatis ⁊ attentis dispositionibus aliorũ testium. s̃. ponderatis ⁊ attento ꝙ alij deponunt factũ plene ⁊ ipsa nedum plene sed minus quã semiplene cum non recenseat dimidiam eorum que dicitur testatorem disposuisse cum alij extense deponant: ⁊ licet possibile sit ꝙ omnia intellexerit: tamẽ ⁊ possibile est ꝙ nõ omnia intellexerit quod ⁊ est longe magis verisimile quãtacũq̃ fuerit illa aula: ideo cum nemo nec ipsa nec quiuis alius deponat de eius presentia toti testamento arbitrandũ est indubio ꝙ nõ omnibus fuerit presens et intelligens et maxime quia probatio debet esse necessario concludens adeo qđ in re dubia interpretatur contra habentem probare. c. in presentia. de probatio. ⁊. l. neq̃ natales. ⁊. l. ad probationem. C. de proba. ⁊. l. non hoc. C. vnde legi. et propterea dicat alias Bal. in. l. celsus. edicto. C. de edic. diui. ad idem adducẽs dicta per Bar. in. l. celsus. ff. de vsucap. ꝙ prout nõ probant testes singulares ita nec probant testes qui possunt esse singulares et cõtestes: ita ergo in proposito dicamus in simili qđ prout non probaret ista dña Catherina si nõ fuisset presens toti testamento ita ⁊ si ex eius ⁊ aliorũ attestationibus non apparet ꝙ fuerit presens in toto testamento: q̃tomagis quando cõcurrunt tot verisimilia ꝙ non intellexerit cuncta. et per consequens non fuerit in cunctis presens per. d. l. diem proferre. §. coram. ⁊. d. l. coram ⁊ insuper audio ꝙ ipsa pro ministrãdis necessarijs ⁊ oportunis dicto testatori exibat dictam aulam ⁊ ibat ad coquinam: tamẽ ibat. s. ad coquinam vel ad aliam aulam per dictam salam

salam vbi iacebat dictus testator ꝛ similiter per eam redibat prout si dixerim vado romam per tudertum ꝛ per tudertum reuortor et etiam hoc est verisimile qđ.s. sclaua pro necessarijs infirmo exiret quandoqꝫ dictā aulam ꝛ sic illa verba testium qđ ibat ꝛ redibat per dictam salam sunt equiuoca ad duplicem sensum et non inferunt quod cōtinuo staret tempore testamenti in dicta sala ꝛ insuper dicitur mihi ꝙ dictus testator iacebat in lecto in quadam camera et sala erat ante illam camerā ꝛ dicta Catherina ibat extra cameram descendendo per certā scalam ad coquinam ꝛ in eundo ꝛ redeundo transibat per dictam scalam ita ꝙ non poterat dum exibat salam audire dicta verba testatoris et hoc reddit rem in hac parte clarissimam: si ita est prout cōsultans mihi dicit posse probare qđ ita est: ꝛ ideo remota ista Catherina non remanent tres testes ꝛ cessat
5 dispositio.d.c. cum esses. ¶†Nec obstat huic medio ꝙ.s̄. in contrarium dicebam.s. ꝙ alij duo testes deponunt ꝙ dictum testamentum fuit habitum pro perfecto coram dictis testibus quia ad hoc dantur plures responsiones primo qđ non apparet ꝙ sub illo plurali dictis testibus voluerint cōprehendi dictam dominā Catherinam. nam illa pluralis locutio satis habet si verificatur in duobus. nam plurale duobus contentatur.l. inter illam.§.fi. de verbo. signi.ꝛ regula pluralis locutio in.vj. ita ꝙ potest verificari in altero capellano ꝛ in dicta Ansouina que.s̄. nominatur fuisse testis in testamento et cum indefinita non semper equipolleat vniuersali iuxta.l.iulianus.de leg.iij.ꝛ notatorum.in.l.si pluribus. de leg.ij.ꝛ in.c.vt circa. de elec.lib.vj. et vbi equipollet non equipolleat ex vi verborum sed ex quadam humanitate.l.si seruitus.ff.de serui.vrb. predio.et notat Bar.per illum tex.in.d.l.si pluribus. et ponderat Bal.in dicta.l.si seruitus. et sic etiam notant docto. per illum tex. ibi prout dicit ibi Rapha.fulgo.ꝛ ibi tex. apertus ꝙ locutio indefinita est obscura prout ꝛ notant ibi doctores et probatio obscura non releuat probantem.l.certum.in prin.ff.de confes.ꝛ.d.c. in presentia.de proba.dictum enim testis ambiguū interpretatur contra producentem dicta ratione dicit Jmo.in.l.inter stipulantem.§. si stichum. de verborū obli.ideo dicta indefinita prolata per dictos testes interpretatur contra producentem qđ non intelligatur de dicta domina Catherina ex quo verificari potest in duobus alijs quod maxime dicendū est quia dicti testes non vocauerant in cōtestem dictam dominā Catherinam prout dictos alios prout.s̄.ponderatum est: insuper licet dicant qđ habuit testamentū pro perfecto coram dictis testibus: non tamen dicunt ꝙ totū testamentum condiderit coram dictis testibus: stant enim hec simul qđ domina Catherina interuenerit dum testator cōpleuit testamentū. ꝛ dum dixerit se habere testamentū pro completo.et tamen non interuenisset in medio testamenti vel in principio vt hoc natura est notissimum: ideo nihil obstat suprascripto fundamento illa depositio ꝙ
6 habuit pro perfecto coram dictis testibus. ¶†Nec videtur per.d. c.cum esses. sublata in hac parte dispositio.d.l. cū antiquitas cum non prouideat quod illi tres testes nō debeant interesse toti testamento sed solum derogat circa numerū testium ꝛ forte qualitatem sexus: ideo dicendū videtur ꝙ prout septē testes requisiti in testamento debent adesse in toto testamento ita ꝛ tres requisiti in speciali dispositione.d.c.cum esses.debeāt interesse in toto testamento cum iura sint iuribus concordanda.c. cum expediat. de elec.lib. vj.ꝛ.l.vnica.de inoffi.dot.nec obstat ꝙ alter ex dictis capellanis dicit ꝙ dicta Catherina debet esse bene informata quia potest intelligi de alia informatione quā per presentiam habitam in cōfectione testamenti cum de sua presentia non deponat et dicendo debet esse innuit ꝑm cōmunem stilum loquendi qđ ignoret an sit plene informata sed sit verisimiliter ꝙ sic: nec obstat ꝙ dicebatur ꝙ modica absentia testis nō vitiat testamentū.d.l.cum antiquitas. quia procedit quando non propterea desunt audire iuribus proprijs cuncta que testator disponit quia vel eo tempore supersedetur vel
7 eo redeūt repetūtur gesta vt apparet in.d.l.cum antiquitas.† Insuper ex alio videtur concludendū ꝙ dictum testamentū non censeatur habere tres testes saltem circa duo de quibus agitur.s.circa substitutionem pupillarem ꝛ circa dationem tutorum: nam circa dationem tutorū dicta domina Catherina nihil deponit: itaqꝫ in hac parte non sunt nisi duo testes qui nō sufficiunt per dictum.c. cum esses. ꝑm cōmunem opinionem de qua ibi et posui in.d.l. hac cōsultissima. item circa pupillarem substitutionem dicta domina Catherina non est cōformis cum alijs duobus testibus ꝛ est discordia nedum in verbis sed in sententia: nam ipsa attestatur ꝙ substitutio fuit facta sub conditione si decesserit et ꝑm hoc etiam si decessisset pubes valuisset substitutio: et tamen alij testes deponunt quod substituit sub conditione si decesserit in pupillari etate ꝛ per consequens de diuersa conditione deponunt duo capellani et de diuersa dicta Catherina ergo non sunt contestes in ipsa substitutione quia diuersitas in qualitate facti super quo deponant testes reddit testes singulares inquit Bal.in.l.testium.C.de testi.colum. vij.versicu.adde tu ꝙ sicut.x. sunt predicamenta. versicu. similiter in predicamento qualitatis ꝛc.ꝙ saltem dicendum est in his terminis in quibus diuersitas in qualitate reddit diuersitatē in essentia seu in substantia quia alia est substitutio facta sub vna conditione
8 alia sub alia conditione. ¶†Omitto ꝙ vna esset expressa pupillaris alia compendiosa quia posset dici qđ verbum compendiosa est nomen magistrale non est distincta species ab alijs substitutionibus prout doctores volunt in.l.precibus.C.de impube.ꝛ in.l.centurio.ff.eo.titu. item omitto quod vbi mater vel auia est in medio prout erat in casu isto Bar. et multi sequaces volunt ꝙ sit fideicōmissaria si non est facta mentio de pupillari etate: secus vero si de pupillari etate specifica mentio facta fuit: quinimmo multi ꝛ multi idem tenent etiam si mater non sit in medio qui concurrunt in eandem sententiam cum Bar. in illo indiuiduo quando mater est in medio: adeo qđ plures doctores quorum scripta memorantur sunt in ea sententia qđ tunc saltem quando mater est in medio sit fideicōmissaria et non pupillaris vbi est facta per verba cōmunia sine dinumeratione etatum quā sint in ea sententia ꝙ sit pupillaris et si hoc esset clarissimum esset ꝙ de alia substitutione deponit Catherina de alia deponunt illi duo capellani et per consequens circa substitutionem pupillarem non essent nisi duo testes qui nō sufficiunt: vt.d.c.cum esses. sed posito ꝙ contraria sententia obtineret.s. ꝙ compendiosa facta sine dinumeratione etatum per verba cōmunia sit intra pupillarem etatem pupillaris etiam matre existente in medio: nihilominus omnimodo est diuersitas in qualitate ꝛ in substantia eius qđ deponit dicta Catherina ab eo quod deponunt dicti capellani. Nam illa adiectio in pupillari etate reddit diuersitatem in conditione ꝛ propterea reddit diuersitatem in dispositione et sic in substitutione vt probat textus in.l.j.§. si quis simpliciter. in princi.ꝛ versicu. sed cum adijcit qui et pro.§. allegatur.ff.de verborū obli: vbi licet diuersa est stipulatio illa que pure ab illa que sub conditione vel in diem ꝛ econtra et illa que sub vno die ab alia que in alium diem vt ibi exprimitur de idibus et kalendis quod quidem exemplū potest applicari ad tempus prolixius et ad tempus breuius: nam si stipulamur in fine mensis propinquiores sunt kalende future quam idus si stipulamur in principio mensis propinquiores sunt idus futuri quā kalende ita et diuersa est dispositio si diuersitas est in cōditione prout ꝛ dicit ibi Jmo. et subest idētitas rationis: quinimmo et generalitas illius. versicu. sed cum adijcit qui generaliter probat qđ quando aliquid adijcitur vel detrahitur est alia stipulatio idē pariter dicamus in substitutione cum procedat argumentū de contractibus ad vltimas voluntates.ꝛ econtra.l.fi.C.de lega.l.seruum filij.§. eum qui cyrogra-
9 phum.de lega.j.ꝛ.l.si ex legati causa.de verbo. obli.† Et Ange.et doct.in.d.§.si quis simpliciter trahunt ad alios terminos: nam dicunt ꝙ si libello aliquid additur vel detrahitur est alius libellus: ideo alia dilatio danda est: item si iudici iniungitur ꝙ aliquid faciat ad suam iurisditionem ordinariam spectās si quid additur vel detrahitur et sic in aliquo alteratur. nam negotij censebitur alia iurisditio.s.delegata transfusa ꝑm eos ad idem notata per docto. in.c.licet in corrigendis.de offi.ordi.ad idem.l.ius autem ciuile.ff. de iustitia ꝛ iur. vbi probatur si ius aliquid addit vel detrahit iuregentium resultat aliud ius. scilꝫ ius ciuile non ius gentium ex quibus apparet in his terminis ꝙ alia est substitutio facta sub conditione si decesserit in pupillari etate alia est substitutio facta sub cōditione simplici si decesserit quod quidem clarū est per.d.§. si quis simpliciter ergo dicta diuersitas reddit singularem dictam Catherinam per predicta: ideo tanꝙ singulari nulla sibi adhibetur fides in hac parte quia testibus singularibus non creditur.l.iurisiurādi. C.de testibus.ꝛ.c.cum dilecti.de elec.ꝛ.c.tam literis.in fi.principij. de testibus remota ergo quo ad istam substitutionē ꝛ quo ad tutelam hac Catherina remanēt soli duo qui nō sufficiunt vt premisi.
10 ¶†Nec obstat.d.§.ex imperfecto quia licet duo testes sufficerent quatenus testamentum est inter liberos et sic de liberis disponit honorando et onerando: tamen quatenus interserit de extraneis idest de alijs quā de liberis siue eos honorando siue eos onerando testamentū vel vltima voluntas coram duobus testibus facta non valet vt est expressum in dicto.§. ex imperfecto. in fi. ideo si pater filio dat in testamento in solēni in tutorem alium filium tutoris datio valet secus si dat extraneum licet respiciat fauorem filij prout voluit glo.in.l.j.de testamētaria tute. ꝛ volunt Richar.malū. Cy. Barto.Bald.ꝛ cōmuniter omnes in.d.§.ex imperfecto. ita reducentes ad concordiam glossas que videntur aduersarij: nam glo. preallegata vult simpliciter quod tutoris datio non teneat in testamento imperfecto ꝛ aliud vult glo.in.d.§.ex imperfecto.et docto. cōmuniter omnes concordant ꝙ si est datus tutor extraneus non valeat datio: ratio est dicit Bald.quia officium est tutoris vnde in extraneū confertur officium quod disponitur ꝛ confertur in testamento insolēni: licet disponatur in fauorem ꝛ contemplatione pupilli ꝑm eum et eadem ratio dicendum est in substitutione pupillari ꝙ non valet si substituitur extraneus secus si substituitur alter ex liberis prout est de mente doct.in dicto.§. ex imperfecto. et firmat ibi clarissimus iuris interpres pater ꝛ preceptor meus dominus Joānes de nobilibus de mōte sperello et ita legēdo ibi tenui: concludo itaqꝫ qđ non valet dictum testamentum saltem quo ad

pupillarem substitutionem vel obliquam ⁊ quo ad dationem tuto rum per predicta. Corroborantur iam dicta quia tex. in. d. c. cum esses. non disponit simpliciter qđ sufficiant due persone vna cum presbytero parochiali sed dicit due vel tres persone et similiter veritas dominica de qua ibi subditur non dicit simpliciter in ore duorum stat omne verbum sed in ore duorum vel trium nec cuiq; persuaderi debet ꝙ illa verba vel triū prolata ab ore diuino et verbum tribus positum in dicto. c. cum esses. sint posita sine ministerio aliquid operādi si enim indistincte sufficerent duo ad quid vel trium ad quid de tribus cum et tunc duo sunt verba enim censentur posita vt aliquid operētur. c. si papa. de priui. lib. vj. l. si quādo. ff. de lega. j. nec deberet in iure aliquid esse superfluum. §. quibus. in prima cōstitutione. C. nec de casu indubio. l. qđ labeo. ad carbo. si ergo generaliter sufficerent duo indubium foret qđ sufficerent tres. ideo videretur qđ non semper sufficerent due persone sed in arbitrio iudicis resideret an due persone sufficerent: attenta qualitate personarum et alijs circunstantijs. arg. l. j. ff. de iure deliberā. et. c. de causis. de officio delega. iunctis proxime dictis ⁊ facit quod notant glo. ⁊ docto. in. c. quoniam frequēter. §. porro. extra vt lite non cōtesta. vbi habetur ꝙ quando iura reperiuntur varie loquentia puta circa numerum mensium vel alterius temporis censetur remissum arbitrio iudicis qui habeat circūstantias inspicere: ideo etiam quando ius non se restringit ad certum numerum sed de diuerso numero personarum censeatur pariter cōmissum iudici vt circunstantijs pensatis negotij et qualitatibus personarum inhereat vni vel alteri numero in iure contentis ⁊ si hoc esset videretur iste esse de casibus in quibus iudex haberet arbitrari non sufficere duas personas attentis his que impinguntur dicte Catherine de quibus. s. in hoc tamen medio nō me fundarem si alia media non vigerent prout vigent. Cum itaq; deductum sit ꝙ datio tutorum non est legitime probata ita vt dicti nominati tutores possint vt tutores testamentarij excludere a tutela auiam maternam constitutam tutricem: est modo videndum an sint confirmandi tanq; dati a patre in minus solēni testamento: constat enim qđ tutor a patre constitutus in minus solēni vltima voluntate est confirmandus a iudice vt est expressum in. l. ij. C. de cōfirma. tuto. ⁊. l. iij. ff. eo. titu. et quasi per totos illos titulos. ⁊. l. iure nostro. §. fi. ff. de testa. tute. ⁊ hoc clarissimum ⁊ datus in testamento patris minus solēni confirmatur sine inquisitione vt. l. j. ff. de confir. tuto. insti. de tute. §. fi. ⁊ per glo. ⁊ docto. in dicta. l. ij. et non tamen excludit prius datum a iudice vt est expressum in. l. si vt proponis. C. de confirma.
11 tuto. et omnes tenent. † Sed est non mediocre dubium an datus in testamento minus solēni ⁊ confirmatus a iudice matri preferatur. et glo. in. d. l. ij. C. de confirma. tuto. firmat ꝙ preferatur mater Cy. autem Bar. ibi ⁊ in. d. l. j. eo. titu. ⁊ docto. cōmuniter in dictis iuribus post Marti. fili. tenent ꝙ confirmatus preferatur legitimo saltem si datus est a parte et. Marti. fili. Cy. Barto. dicunt qđ prefertur legitimo. ⁊ similiter Bal. non exprimit ꝙ preferatur matri licet aliquid interserat de matre. ⁊ Bar. loquens in tutore legitimo nititur argumento Marti. fili. ex ordine. s. titulorum quia premittitur titulus. de confirma. tuto. titulo. de legi. tuto. et ponitur post titulum. de testa. tute. itaq; primo est locus testamentario secundo cōfirmato tertio legitimo quarto alias datiuo ſm eos profecto istud argumentum non militat in matre ⁊ auia quia titulus quando mulier tuto. offi. fungi potest postponitur et titulo de legi. tuto. ⁊ titulis tractantibus de tutoribus datiuis. ⁊ tamen mater et auia per iura nouissima prefertur omnibus alijs tutoribus exceptis testamentarijs vt est expressum in auḱ. matri et auie. in fi. C. quando mulier tuto. offi. fungi potest. ⁊ sic patet ꝙ dictum argumentum ordinis titulorum ruit in matre et auia attento iure nouissimo: postponitur autē in. C. titulus ille quia illo iure post legitimos dabatur mater. l. ij. ⁊. iij. eo. titu. vnde argumentum quo nititur potissime Marti. fili. ⁊ quo se fundat Barto. ruit in matre. et Saly. in. d. l. ij. de cōfirma. tuto. licet quo ad legitimum teneat opi. istam ꝙ confirmatus seu confirmandus preferatur tamen primo videtur premittere pro constanti ꝙ mater referatur dato in testa-
12 mento minus solēniter. ¶ † Quod saltem videtur dicendum quia talis datus in testamento insolēni vt presupponitur administrauit vt tutor non confecto inuentario quod minime facere debet: nam prius debet inuentarium facere et si prius administrat ea in quibus non est periculum in mora presumit lex eum dolose administrare vt est tex. in. l. tutor qui repertorium. in prin. ff. de admini. tuto. et propter talem dolum presumptū remouetur vt suspectus vt ibi glo. ⁊ Bar. ⁊ est expressum in. l. iij. §. tutores qui. ff. de suspec. tut. ⁊ in. l. fi. C. arbi. tute. cum ergo datus remouetur fortius debet datio seu cōfirmatio impediri quia turpius eijcitur quā nō admittitur hospes. c. quemadmodum. de iureiuran. et multa impediunt contrahenda que non tollunt iam contracta. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ⁊ ibi glo. allegat cōcor. ad hoc etiam. c. ad apostolicā. de regu. item dictus tutor in dicto asserto testamento datus ex alio videtur repellendus. s. quia imminet futura lis inter ipsum qui pretendit se tutorem testamentarium ⁊ pupillam de hereditate dicti pupilli que ab intestato spectat ad dictā sororem vtrinq; coniunctam pro dimidia cum admittatur vna cum matre vel auia auḱ. defuncto. C. ad tertullia. et sic est futura lis de maiori parte bonorum que pretenduntur esse dicte pupille de cuius tutela agitur: nam dicti substituti pretendunt venire ex substitutione pupillari ad successionem dicti pupilli ⁊ dicta pupilla ⁊ eius tutrix auia materna pretendūt dictam hereditatem dicti pupilli ad eas ab intestato spectare tanq; non facta pupillari substitutione. et ad hunc finem fuerunt petiti testes examinari ⁊ pupillari super dicto asserta testamento ad perpetuam rei memoriam ⁊ vt arbitror fuit citata dicta Christophora pupilla vel eius tutrix et comparitum fuit et oppositum nomine dicte Christophore pupille aduersus dictos substitutos et sic iam inter eos videtur versari seu versata quodāmodo quedam lis super istis ⁊ saltem sunt facta preludia et
13 preparamenta pro lite futura. † Ex quo causatur qđ dicti substituti qui petierunt dictos testes examinari et qui pretendunt se cōsecutores bona dicti pupilli predefuncti et excludere dictam Christophoram pupillam ab hereditate et bonis dicti pupilli non carent non mediocri suspitione. arg. auḱ. minoris debitor. C. qui petant tuto. dari ⁊ que ibi habentur vbi prohibentur tutores esse minorum creditores vel debitores pupillorum si debitum vel creditum non est paruum. et licet qui potest conuenire vel conueniri actione reali prout est petitio hereditatis non sit proprie creditor vel debitor iuxta ea que habentur in. l. j. ff. si certū petatur. et insti. de acti. in prin. tamen glo. ⁊ doct. in. d. auḱ. minoris debitor dicunt illam autenticā procedere etiam in actione reali quia viget eadem ratio vt ibi latius habetur. et licet Bald. ibi dicat non procedere causato ex vltima voluntate in tutore dato in testamento: tamen quia negatur istum vel istos esse pupillariter substitutos et nō sperauit pater istam litem futuram esse inter pupillam ⁊ ipsos datos tutores non videntur isti tales esse immunes ab hmōi suspitione ⁊ licet hoc vltimū medium habeat aliquid dubietatis: tamen attentis alijs premissis puto dictos assertos tutores datos in dicto in solēni testamento non esse confirmandos ⁊ non debere eis administratio decerni ex quo est data auia que caret suspitione et omnimodo est remansura tutrix per. d. l. si vt proponis. ⁊ isti qui volunt se ingerere in hac tutela non sunt immunes a non mediocri suspitione per iam dicta. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccxxxix.

1 Adire vel repudiare an censeatur matris hereditatē filia donans iura dicte hereditatis. per totum.
Accrescit portio deficientis causa repudiationis alteri portioni etiam ignorantibus ⁊ inuitis.
2 Bona fides quando non presumatur ex possessione longi vel longissimi temporis. nu. 8.
3 Renuncians iuribus ⁊ actionibus que quis habet in bonis ⁊ hereditate talis non censetur renunciasse iure acquirendi bona ⁊ hereditatem que non est in bonis tempore renūciationis.
Hereditas quid sit ⁊ an dicatur esse in bonis nostris.
4 Renunciatio non appellatur in iure hereditatis recusatio.
5 Adeundi ius alteri cedi non potest et si filia donauit duobus iura materne hereditatis quorum donatariorū vnus retrocessit dicta iura sibi donata ipse filie donatarij an dicta filia possit cōtra alium donatarium agere vt ei partem dicti donatarij restituat ⁊ an dicta retrocessio valeat. nu. 7. ⁊ per totum consi.
6 Institutus in re certa si illam alteri relinquat an videatur illam acceptare.

¶ Consilium. ccxxxix.

In nomine dñi nostri Iesu
1 christi. ¶ † In hac cōsultatione videtur primo aspectu dicendum qđ dicta domina Angelella nequeat agere. Quia ipsa videtur renunciasse dicte hereditati materne dum dicit quod renunciauit dictis Petro ⁊ Antonello ⁊ propterea videtur repudiasse dictam hereditatem: si autē repudiauit hereditas ipso iure accrescit fratri qui erat heres pro dimidia quia portio deficiēs accrescit portioni ipso iure. l. si totam. ff. de acquirenda heredi. ⁊. l. si ex pluribus. de suis et legiti. ⁊. l. j. C. quando non pet. partes. et accrescit ignorantibus ⁊ inuitis. l. si heres institutus. ⁊. l. qui patri. de acquirēda heredi. ⁊. l. quidam elogio. C. eo. titu. ⁊. l. vnica. §. his ita. C. de caducis tollen. ideo nullum ius fuit ſm hoc quesitum dicto Antonello cum facta repudiatione nullum ius remaneat ipsi qui repudiauit. et consequenter nihil videtur potuisse in Antonellum transferre quia nemo dat quod non habet. l. traditio. ff. de acquirenda rerum domi. ⁊. l. nemo plus iur. ff. de regulis iur. cum
2 cōcor. † Preterea dictus Petrus possedit longo tempore ⁊ quasi longissimo tempore et cēsetur fuisse bonefidei quia bona fides presumitur vt per glo. et docto. in. l. penulti. C. de euic. presertim cum possederit tanto tempore per not. per Innocen. in. c. ij. de in integrum restitu. et videatur habuisse titulum pro herede precedente renunciatione dicte sororis ⁊ iuris accrescendi et dato ꝙ non esset verus titulus tamē sufficit putatiuus. l. celsus. ff. de vsuca. ⁊. l. quod vulgo.

vulgo.ff.pro empti. et hec magis persuadentur quia Antonellus nunq possedit quod no videtur verisimiliter ex alio contigisse nisi quia putabant q omnia essent devoluta ad dictu Petrum vigore dicte renunciationis vel forte: quia licet apparenter videatur fuisse donatum Antonello pro dimidia. arg.l.si mihi et titio. in princi. de verborum obliga. et l.duos reos. §.cum in tabulis. de duobus reis. tamen re vera fuerit donatum dicto Petro insolidum suadet hoc subiecta materia: quia hereditas materna decet q magis spectet ad filios quam ad ceteros iuxta.l. cum acutissimi. C. de fideicomis. cum concordan. et l.nam et si parentibus. in princi. de inoffi. testa.l. scripto.ff.vnde libe. et l.cum ratio. de bonis damna. item ex postea gestis prius gesta interpretantur.c.cum per bellicam. xxiiij.q.ij. et ibi glo. et glo.in.c.multis.xliiij.distin. et quodcunq ex predictis fue-
3 rit habere videtur obtentum dictus Petrus. ¶ †His tamé non obstantibus arbitror contrariam partem intrepide firmandam: nam dicta domina Angelella no renunciauit hereditati materne: sed renunciauit iuribus. et actionibus que et quas dicta donatrix habebat in bonis et hereditate sue matris que iura et actiones.§. donauerat. ius autem immiscendi vel adeundi non est in bonis et hereditate defuncti quia defuncto nullatenus competebat: nec etiam hereditas: sed est ius competens ad acquirendum hereditatem et competit ei cui est delata hereditas.l.delata.ff. de verborum signi. nec dicitur esse in nostris bonis vt probatur et ibi doct. not. in.l.precia reru.§.sed nec heredem.ff.ad legem falci. et per Richar. et Bartho. de sali. in.l.licet.C. de iure delibe. multominus potest dici esse in bonis vel hereditate defuncti vnde renuncians iuribus et actionibus que quis habet in bonis et hereditate talis non renunciat iuri acquirendi bona et hereditatem que non est in bonis et hereditate vt dictum est. et sic non repudiat hereditatem qd etiam ex alio probatur: quia aliud est hereditas aliud ius in hereditate vt in simili not. per glo. in verbo eisdem. in cle. vt hi qui.§.illi vero. de etate et qualitate vbi habetur q qui habet ecclesiam in beneficium non dicitur habere beneficium in ecclesia: idem ex alio probatur quia qui repudiat hereditatem vel ab ea se abstinet repudiat et abstinet simpliciter non magis vni qua alteri sed lex defert heredi tatem repudiatam vel abstentam vel coniuncto vel substituto vel proximiori in ordine successionis nec potest ille qui repudiat vel abstinet facere qd ius acquirendi alicui queratur nisi cui al's a iure defertur idcirco si repudiat non dicitur repudiare alicui maxime cui hereditas postea non defertur sed simpliciter vt est videre in omnibus iuribus de repudiatione loquentibus sed dicta Angelella renunciauit Petro et Antonello cui Antonello non deferebatur hereditas ea repudiate sed devoluebatur fratri suoq here di: vt.s.deductum est in deductis pro altera parte idcirco demonstratur q illa renunciatio non causauit repudiatione hereditatis.
4 ¶ †Quod etiam et quarto deducitur quia in iure recusatio heredi tatis non appellatur renunciatio sed repudiatio vt in rubrica.C. de repudianda hereditate. et ff. de acqui. et repu. heredi. et in q pluribus legibus illorum titulorum insuper ex quinto dicta Angelella dicte renunciationi subdidit ponens eos in locum suum. et vt in rem suam procuratores costituens: ita q ammodo possint petere et experiri etc. que quide omnia non coueniunt repudianti quia repudians nihil habet amplius se intromittere in bonis et hereditate repudiantis: ita q non potest petere nec experiri cum nihil sibi iuris remaneat et sine iure et actione nemo experiri potest.l.si pupilli. §.videamus. de nego.gest. et ideo similiter non potest alteri dare facultatem experiendi quia nemo plus iuris in alium transferre potest qua ipse habeat.l.nemo plus iuris.ff. de regu.iur. et l. traditio. de acquirendo rerum domi. nec potest repudias alium ponere in locum suum cum locum non habeat in bonis repudiatis nec circa ius adeundi potest alium ponere in locum suum seu procuratorem in rem suam constituere: maxime post repudiatam hereditatem seu hereditatem repudiando quia sonaret tunc in repugnan-
5 tiam: nam repudians perdit ius adeundi et illud per repudiatione euanescit.l.sicut.C. de repu. hereditate.† Nec potest ius adeundi alteri cedi prout q est fortius non potest cedi ius cosequendi here ditatem ex trebel.l.mulier ex asse.ff. de iure dotium. et notatur per glo. et doct. in.l.vtrum.§.antistia.ff.ad trebel. nec potest aditio per alium fieri puta per procuratore eo casu quo poterat per se solum fieri.l.paulus respondit per procuratorem.ff. de acquireda heredi. et ibi per Barto. et Bal. in.l.j.in.iij.charta in.xxx. oppositione.C. qui admitti. et sic non poterat dicta Angelella constituere procuratores in rem suam ad adeundum nec si repudiasset ad experiendum seu petendum ex quibus infertur q nec illa positio in locum suum et constitutio procuratorum in rem suam et datio facultatis petendi et experiendi non sint ludibrio contra mentem contrahentium quia gerens aliquem actum censetur velle vt sit efficax et aliquid operetur iuxta.l.si quando. de lega.j. et c.si papa. de priuileg. lib.vj. et ideo in dubio fit actus vt sit efficax.l. quotiens in stipu. de
6 verbo.obli. et l.quotiens in actionibus.ff. de rebus dub.† Et hinc est q ne actus reddatur inutilis censetur actum gerens velle omne id quod est necessariu vt actus reddatur vtilis. et non inutilis.l.ad rem mobilem. et l.ad legatu.ff. de procura. et l.illud.ff. de acquireda heredi. et hinc est q si aliquis est institutus heres in hereditate vel aliqua eius parte si illam hereditatem vel partem sibi relicta alteri relinquit censetur eam acceptare si est delata iure directo resultat aditio vt est tex. in.l.si auia.C. de iure delibe. ita etiam dicendum est in casu nostro q ne dicta costitutio procuratorum in rem suam vt illi possint petere et experiri sit inanis et inefficax censeatur dicta domina Angelella adiuisse hereditatem matris q et clarius demostratur ex precedetibus verbis. et ipsa principali dispositione quia dicta domina dedit donauit et cocessit dictis Petro et Antonello omne ius omnemq actionem quam haberet seu habere posset in bonis et hereditate: constat enim q non poterat dare donare actiones quas haberet in bonis et hereditate nisi hereditate adiret quia prius nullam actionem habere poterat presertim iure successionis prout subditur in dicta donatione: ideo vt datio et donatio et concessio sint efficaces et sortiri possint effectu interpretari debet q cen-
7 seatur voluisse adire. ar. d.l.auie. et l.illud. cum simi. ¶ †Si autem ex dicto contractu non resultat repudiatio hereditatis sed potius aditio non video in quo versari possit dubitatio quominus remissio iurium seu retranslatio seu retrocessio ipsorum iurium valeat et teneat: quoniam si per ipsam Angelellam fuit aliquod ius translatum in dictum Antonellum potuit per cotrarium actum retransferri iuxta ea que habentur in.l.nihil tam naturale.ff. de regu.iur. et in.l.ab emp.ff. de pactis. cum concor. sinautem nullum ius fuit translatum in Antonellum pari ratione nec translatu fuit in Petrum cum non detur ratio differetie ergo idem ius.l. posthumi.ff. de iniusto testa.l.j.C. de liberis prete. si vero nullum ius fuit in eis translatum ergo remansit apud ipsam Angelellam prout contingeret si non censeretur adiuisse nec repudiasse per illum contractu: nam tunc remansisset apud eam ius adeundi et repudiandi et censeretur postea adire petendo bona hereditaria: solum autem posset fouere iustitiam dictus Petrus si resultasset repudiatio que minime resultauit: vt.s. deductum est clarissime et latiori prosecutione qua forte subiecta materia suaderet quia res de satis videtur clara tamen insteti quia non video super quo possit verti dubitatio in
8 hac consultatione. ¶ †Nec etiam obstat lapsus.s.temporis quia non fuerunt elapsi.xxx. anni copleti qui requiruntur ad complendum prescriptione longissimi temporis.l.sicut.C. de prescrip.xxx. vel.xl.an. itaq illa prescriptio non iuuat nec etia iuuat prescriptio longi temporis.x.vel.xx.annorum quia illa requirit titulu.l.diutina. et per totum.C. de lon.temp.prescrip. qui titulus cessat quo ad portionem donatam Antonello nec titulus putatiuus sufficit nisi sit iustus error ita loquutur. d.l.celsus. et d.l.quod vulgo. ideo error iuris no prodest in hac prescriptione.l.nunq.ff. de vsucap. in casu nostro non posset esse error nisi iuris et quidem supinus ex quo verba contractus sunt aperta: ideo potius presumitur malafides qua iuris error: vt no. Bar. et Ange. in.l.sed et si lege.§.scire.ff. de peti. heredi. facit.l.quemadmodu.ff. de agrico. et censi. et regula qui cotra iura mercatur in.vj. nec presumptio ex logissima possessione bone fidei cadit cui ius non interuenerit longissima possessio nec longa sufficit vt est de mente Bar. vbi.s. et Imo. in.d.l.ij. quinimmo nec sufficit longissima prout dicunt pleriq moderni. in dicta.l.celsus. tamen no est opus insistere maxime cum non sufficeret bonafides ex quo cessat titulus nec obstant cóiecture et persuasiones que fuerunt adducte pro cotraria parte quia cóiecture et persuasiue rationes sunt inanes vbi stamus certo.l.continuus.§.cum ita. de verb. obli. cum itaq verba cotractus sint clara q donat vtriq et no Petro insolidum stamus claro et non est locus interpretationis.l.ille aut ille.§.cum in verbis. de leg.iij. concludo itaq q dicta domina Angelella debet cosequi dictam hereditatem et bona materna pro quarta parte no obstante dicto contractu donationis et no obstantibus adductis in contrarium que patent sublata.s. per adducta pro hac parte. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccxl.

1 L.ij.C. de rescind. vendi. remediu an habeat locum in contractu diuisionis tanq videatur posse extendi ad omnes contractus nominatos siue innominatos et bonefidei ac stricti iuris.nu.seq.
2 Actio rescisionis Zctus an copetat post executione eiusde Zctus.
Diuisio est contractus bonefidei.
3 Rationis rei administrate remissio an liberet a dolo gestis et restitutione reliquorum. vsq ad fi.consi.
Legato an quis propter demerita priuari possit.
4 Dolus futurus remitti non potest licet possit preteritus.nu.seq.
5 Pater an teneatur reddere rationem administrationis bonorum aduentitiorum et an teneatur de administratis dolose vbi est sibi remissa administratio.nu.seq.
6 Dolo an possit ascribi si reliqua non restituantur.

¶ Consilium.ccxl.



1 In nomine dni nostri Jesu christi. ¶ †Presuppositis his que ex cosilio percipiuntur et ex puncto quia non vidi instrumentum mandati

ad diuidendum nec instrumentum mandati ad ratificandum nec
contractum diuisionis: licet ad primum consulentem transmissa
fuerint dicta instrumenta vel duo ex eis vt ex puncti serie demon-
stratur placent cōclusiones excellentissimi vtriusq; iuris doctoris
domini Petri de vbaldis patris ⁊ domini mei Hono. et quoniam
de sola subscriptione requisitus fui paucis rem absoluam. Et qui-
dem placet ꝙ diuisio etiam a principalibus facta ratione lesionis
vltra dimidiam iusti precij effectualiter rescindi possit remedium
enim.l.ij.⁊.l.si voluntate.C.de rescin.vēdi. licet loquatur in cōtra-
ctu emptionis ⁊ vēdi.bonefidei.et similiter.c.cum causam.⁊.c.cum
dilecti.de emp.⁊ vendi.tamen extenditur etiā ad omnes alios con
tractus bonefidei.l.maioribus.C.cōmunia vtriusq; iudi.que loqui
tur in cōtractu diuisionis ⁊ dicit ibi Bar.illam.l. esse valde ad hoc
notabilem ꝙ remedium.d.l.ij.extēditur ad omnes cōtractus bone
fidei ⁊ est etiā glo.in.l.si olei.C.de loca. ⁊ cōmuniter omnes tenent
2 in dictis iuribus.⁊ in.l.si quis cum aliter. de verb.obli.† In cōtra-
ctibus autem stricti iuris non competit dictum remedium prout
est de mente glo.in.d.l.ij.⁊ doct. cōmuniter omnes presupponunt
in dictis iuribus:competit autem exceptio doli ante factam tradi
tionem vt est expressum in.d.l.si quis cum aliter vtrum autem post
factam cōtractus executionem cōpetat actio ad rescindendū con-
tractum vel repetendum data doct.variant:nam Azo. in summa
de rescin.vendi.tenet ꝙ non possit agi sed solū excipi.⁊ idem tenet
Ang.in.d.l.si quis cum aliter.licet Bar.cōtra Imo.ibi pro concor
dia opi.distinguit non expedit intrare dictam difficultatem quia
cōtractus diuisionis reputatur bonefidei per.d.l.maioribus. et nō
immerito quia est quedam permutatio vnius portionis cum alia:
ideo permutationi assimilatur.l.cum pater.§.hereditate.ff.de leg.
ij.⁊ permutatio nuncupatur dicit glo.in.l.j.in fine glo.C.cōmunia
vtriusq;. ideo dicit ibi tex.ꝙ vicem emptionis obtinet. et facit.l.si
fratres.eo.titu.ideo cum cōtractus emptionis ⁊ venditionis ⁊ cō-
tractus permutationis sint bonefidei similiter ⁊ cōtractus diuisio-
nis ⁊ tangit glo.in.d.l.j.est igitur res indubia si aliud extrinsecum
non adducitur ꝙ dicta diuisio potest rescindire medio.d.l.ij.⁊.d.l.
maioribus prout ⁊ dicit dominus consulens.Et maxime ex quo di
uisio non fuit facta per ipsum magistrū Angelū sed per eius procu
ratorem seu procuratores quo casu Barto.in.d.l. si societatem.§.
arbitrorum videtur velle ꝙ sufficiat deceptio in.vj.parte ⁊ illud di
ctum Bar.vidētur sequi do.Anto.Imo. ⁊ Panor. in cōmento.c.
quintauallis.de iureiurā. volentes ꝙ sufficiat lesio minor dimidia
arbitrio iudicis. ⁊ idem vult Imo. licet cum quadam distinctione
in.l.si quis arbitratu.ff.de verbo.obli.licet de eo dubitauerit idem
Panor.in.d.c.cum causam ⁊ multū vrgeat cōtra Bar.d.l. si volun
tate vbi vēditio fuit facta per filium.⁊ tamen nō curatur deceptio
minor dimidia iusti precij maxima tamen est auctoritas Barto.et
sequacium licet Bar.nō precise figat pedes:allegatur tamen cōmu
niter pro hac parte ipse Bar.⁊ ad.d.l. si voluntate potest dici ꝙ ibi
venditio fuit facta voluntate patris qui forte consensit ipsi vendi
tioni eo modo facte non oportet tamen super hec insistere ex quo
presupponitur lesio vltra dimidiam iusti precij claram etiam arbi-
tror esse decisionem domini consulentis circa secundū consultatio-
nis articulum:ideo cōtentus suis dictis vlterius nō insisto.⁊ idem
circa tertiū dubij decisionem que sit contra magistrum Angelū con
3 sultantem:ideo non instandū. ¶ † Circa quartū autem ⁊ vltimum
dubium aduertēdum duxi ꝙ licet in liberatione relicta in vltima
voluntate nō veniant dolose gesta nec reliquorū restitutio: tamen
in liberatione facta in cōtractu inter viuos secus est vt videtur vo-
luisse glo.fi.in fi.l.actione.C.de transac.que pro singulari allegatur
vt dicit ibi Pau.de cast.eam sequens.⁊ ita intelligens per rationē
Petri de bellapertica qui ibi idem sequens dicit aliud esse in con-
tractibus in quibus verba attenduntur que implicite includunt
omniū remissionem.l.sub pretextu.eo.titu. aliud in vltimis volun
tatibus in quibus verba nō debent trahi ad dolosum eo quia lega
ta relinquuntur propter merita et priuatur quis legatis propter
demerita merito legata non trahūtur ad dolosum qui semper de-
meretur vt est casus in.l.lucius.§. lucius titius damam. de lega.ij.
ſm eum.⁊ Cy.et maxime verum est in cōtractibus onerosis in qui-
bus meritum vel demeritum non ponderatur prout dicit Bald.in
dicta.l.actione.⁊ idem volunt ibi Richar.⁊ Batho.de sali.⁊ hanc
differentiam inter contractus inter viuos ⁊ vltimas voluntates in
his terminis facit etiam Barto.in.l.aurelius.§.gaio.de libe.lega.
idem Rapha.fulg.in.l.sub pretextu specierū.C.de transac. sed hec
quidē respiciunt remissionē rationis de retro administratis prout
loquūtur doc. in dictis iuribus non quādo remissio rationis respi
4 cit administrationem futuram.† Nam ⁊ dolus preteritus remitti
potest sed futurus minime.ff.de pact.l.si vnus.§. illud nulla.ff. de
5 pactis.l.conuenire.ff.de pac.cōuen. cum concor.† ⁊ hinc est ꝙ ius
concedit patri ꝙ non teneatur reddere rationem de administra-
tione bonorum aduentitiorū.l.cum oportet.§.non autem.⁊.l.cum
non solum.§.procul dubio.C. de bonisq; libe. et tamen tenetur de
dolosa administratione reddere rationem: vt.d.l. cum oportet.§.
fi.ſm vnam lectu. quam approbant Richar.malū. Barto.Ange.
Saly.⁊ Pau.de cast.in.d.§.non autē.⁊ hoc dicta ratione ne remit
tatur dolus futurus ⁊ detur occasio delinquendi ꝙ iura abhorrēt.
6 d.l.conuenire.cum si.† Sed nō restituere reliqua ascribitur dolo.l.
dolus.ff.mandati.⁊.l.si procuratorē.§.dolo.eo.ti.⁊.l.j.in fi.cum.ll.
sequentibus.ff.depositi merito is cui est a testatore a lege vel ex cō-
tractu cōcessum ꝙ non teneatur reddere rationē non censetur libe
ratus a redditione rationis quo minus teneatur de dolose gestis
vel dolose neglectis et quominus teneatur restituere reliqua que
apud eum sunt vel que sibi appropriauit cōuertendo in suos vsus
facit.l.j.§.in tutela.de tute. ⁊ rati.distra. vbi furtum committit tu
tor vel curator qui sibi appropriat rem pupilli vel adulti ⁊ nō vult
illam restituere ⁊ eadē est ratio in alijs administratoribus et absur-
dum esset ꝙ pater qui non tenetur reddere rationē ⁊ orphanotro-
phi qui saltē iure codicis nō tenentur ad hmōi rationē reddendā.
l.orphanotrophos.C.de epis.⁊ cle.⁊ similes prout sunt prelati qui
prout dicit Bal.in.d.l.orphanotrophos nō tenentur ad redditio-
nem rationis de quo tamē in.c.qualiter ⁊ quando.ij. de accusa. vbi
glo.in verbo rationē non teneantur restituere ea que habent.et sic
reliqua filijs ecclesie vel hospitalibus ⁊ pijs locis quorum sunt ipsa
bona ad eos peruēta ratione dicte administrationis:ex his itaq; ⁊
latius dictis per dnm consulentē patrem Hono. approbo conclu-
siones per eum factas circa istum quartū consultationis articulū.l.
ꝙ dicti magister Ludouicus et heredes dicti Guidonis tenentur
reddere seu restituere dicto magistro Angelo reliqua omniū que
ad manus dictorū magistri Ludouici ⁊ Guidonis peruenerunt de
bonis dicti magistri Angeli siue ratione pecuniarum quas dictus
magister Angelus ad eos misit siue ratione precij redacti ex vendi
tione bonorum dicti magistri Angeli siue ratione fructuū perce-
ptorum ex eius bonis siue qualitercūq; ad eos peruenerint bona
ad dictum magistrū Angelum spectātia siue illa penes se habeant
siue in suos vsus conuerterint et non in vtilitatem dicti magistri
Angeli vel al's dolose circa dicta bona se habuerint prout ⁊ dolus
est procuratoris si non reddit mandanti ea que ad eum peruene-
runt de bonis vel ex bonis mādantis per supradicta. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccxlj.

Bladū ꝙ nulli sit licitum extrahere de territorio sine expressa
licentia consilij generalis sub pena confiscationis an extrahens
illud cum licentia priorum qui tamen fuit condemnatus potuerit
appellare.per totum.
1 Testes non iurati non probant.
2 Testis dictum non probat vbi pretendit ille deponens particu-
lare interesse.
3 Testis idoneus an ⁊ quādo dicitur particeps criminis in proban-
do crimine.nu.9.
4 Libello accusatorio reqritur exprimi annus et dies delicti cōmissi
illaq; probari.
Probatio que se habet ad alium diem ꝙ secūdū deducta an pro-
bet.nu.12.
5 Libelli forma in causa appellationis que sit.
Sententia an ⁊ quādo possit dici nulla propter instantie defectū.
6 Reus ex quibus possit obtinere victoriā alias ius contra actorē.
7 Consiliarij vel municipes seu ciuitatis administratores represen-
tant ipsam ciuitatem ⁊ an illorū facta sint ciuitatis facta.nu.16.
Argumentum a ratione cessante an valeat.
8 Testibus productis ⁊ iuratis parte non citata nulla datur fides et
quomodo generalis monitio partis sufficiat quando citatur ad
productionem testium ad certam diem et alias singulis diebus et
horis quibus interest parti producenti.
9 Testium exceptiones vel obiectus quo iure sint causate.
10 Mandans ⁊ mandatarius in delictis pari puniuntur pena.
11 Probationes possunt fieri in causa appellationis quia in appella
tione deducitur que nō deduxi deducam ⁊ nō probaui probabo.
12 Probatio alterius an sufficiat duobus intentatis.
13 Testes non videntur varij si deponunt super actu qui potuit pro-
tellari contra vsum cōmunem.
14 Instantia iudicij an possit per iudicem abbreuiari.
Cause summarie celeritate indigentes que sint et an remittantur
iudicis arbitrio.
Clausula sine strepitu ⁊ figura iudicij procedit in causis summarijs
et que sint cause summarie.
15 Appellari potest a sententia nulla.
16 Licentia consilij specialis vt administratorum ciuitatis non excu-
sat contra generale consilium ciuitatis.
17 Prohibitus extrahere granum si vendat alteri quomodo emens
illud potest granum extrahere prohibitione non obstante.

¶ Consilium.ccxlj.



In nomine dñi nostri Jesu
christi. ¶ In causa inquisitionis formate contra Pe-
trum perutij de perutijs videtur prima facie dicendum
ꝙ dictus inquisitus qui succubuit in causa principali fuerit iniuste
cōdemnatus ⁊ successiue debeat obtinere ⁊ absolui in causa appel-
lationis

lationis et hoc ex pluribus et primo quia non videtur quod delictum in inquisitione deductum fuisset legitime probatum ex defectu testium qui non videtur idonei pluribus rationibus et primo quia
1 dicitur qd non iurati deposuerunt.†Constat autem qd testes debent esse iurati al's non probant.l.iurisiurandi.C.de testibus.et.c.
2 veniens.extra eo.titu.et.c.et si christus.in fi.de iureiurã.† Secundo quia deponunt qd extraxerunt granum de mandato dicti Petri inquisiti.quod quidem videntur deponere ad eorum excusationem quia vt dictus Petrus inquisitus et non ipsi condẽnarentur ad penam:et sic videntur esse testes quodammodo in causa propria merito videntur repellendi.l.nullus.ff.de testi.et.l. omnibus.C.eo.
3 titu.†Tertio quia ipsi sunt participes criminis et participes criminis non sunt idonei testes in probando crimine.c.j.de testibus
4 lib.vj.et.c.j.de confes.et.d.c.veniens.†Item videtur qd non fuerit probatum delictum intentatum: quia in inquisitione deducitur delictum commissum de mense septembris prout et de iure cõmuni requiritur qd in libello accusationis et inquisitionis exprimuntur annus et mensis commissi delicti.l.liberorum.ff.de accus. alias libellus non tenet vt ibi vult Barto.quod et firmant Bart. et Pau.de ca.in.d.l.edita.C.de eden.vbi idem videtur velle Bal. licet in contrarium adducat Innocen.et Joã.and.in.c.fi.de purg. cañ.et ex quo est necessaria expressio mensis in libello est etiam necessaria probatio al's frustra exprimetur:et vult Barto.in.l. is qui reus.de pu.iud.et testes non deponunt de tali mense sed deponũt de tempore recollectionis frumenti:quod tempus solet esse de mẽse Augusti:et sic videntur deponere de alio tempore merito non releuent:quinimmo ex quo istud delictum est reiterabile etiam si fuisset expressus dies qui non est necessario exprimendus si nõ probaretur dies delicti quãuis delictum alias probaretur veniret accusatus vel inqsitus absoluendus prout hoc disputat Bar.de quo concludit in.d.l.is qui reus.et Imo. ibidem. et volunt qd nedum si probatur de alio tempore:sed etiam si probatio est dubia: quia poterit se habere ad idem deductum:et ad alium diem probatio nõ releuet:et merito quia probatio dubia non releuat.c.in presentia. de probatio.et.l.non hoc vnde legi.et.l.certum.de confessis.Sed dato sine preiudicio qd ex hoc capite non debuisset obtinere ipse inquisitus:tamen videt quod debuerit obtinere ex defectu instantie:quia ex forma statuti disponitur quod huiusmodi cause celeriter expediantur: et per consequens celeri et breui tempore videtur quod debuerit causa expediri:et sic meta instantie videtur qd sit breuis temporis:ideo elapso breui tempore videtur quod instãtia sit finita prout in simili per Justinianum deciditur qd omnis causa intra triennium terminetur:et ex tali dispositione resultat quod lapsu talis temporis instantia expirat.l.properandum.C.de
5 iudicijs.†Nec sine instantia potest valida sententia ferri prout ibi habetur.et in.l.prolatam.C.de sententijs.et ideo ex capite nullitatis sententie late in causa principali debeat appellans obtinere in causa appellationis:cum in libello appellationis sit communis stilus dicere dico sententiam nullam:et si qua est appello:de qua forma per glo.et docto.in.l.j.C.quando provo.non est necesse: et dato qd non exprimatur nullitas sententie in libello appellatorio:tamen virtualiter comprehenditur etiam nullitas: quia in appellatione simpliciter interposita venit incidenter etiam causa nullitatis.l.carmelia pia.de iure patrona.et.l. quedam mulier.ff.familie
6 hercisc.et not.Barto.et docto.in.l.si expressim.ff. de appellatio. et moderni in.c.dilecto.extra eodem titulo.†Ex tertio etiam capite videtur qd inquisitus debuerit obtinere ex defensionibus et iuribus suis.reus enim obtinet ex defectu iuris vel probationum aduersarij et ex iuribus seu defensionibus suis:iuxta.l.fina.C. de rei
7 vend.cum concordantijs.et.l.circa.et.l.in exceptionibus.ff.de probatio.et in titu.de exceptio.ff.C.et extra quasi per totos.† Probat enim ipse Petrus inquisitus quod ipse habuit bullectã a gabellarijs et soluit gabellam:et sic non incidit in penam quasi fraudator gabelle.item probat qd habuit licentiam extrahendi a magnificis dominis prioribus Fani et a concilio dicte communitatis Fani profecto municipes qui presunt communitati prout solent esse priores terrarum et concilio ciuitatum representant communitates.l.j.in fi.et.l.sequẽ.ff.de acquiren.possessio.l. municipibus.ff. de conditio.et demonstratio.et per glo.in.l.sed ex dolo.§.primo.ff. de dolo.et in.l.aliud.§.refertur.ff.de regu.iuris.et per Barto.in.l. aut facta.§.fina.ff.de penis.Per statuta enim Fani phibetur talis extractio Fani:ideo et per ipsam communitatem potest concedi licentia:et sic dispensari aduersus dicta statuta et per ipsam cõmunitatem et per representantes ipsam communitatẽ prout sunt presidentes communitati et concilium eiusdem per predicta:et maxime quia illud granum quod dicitur exportasse seu exportari fecisse dictum Petrum poterat licite exportari p laboratores a quibus habuit dictus Petrus:quia alienigeni qui cultiuant predia sita in territorio Fanẽsi presupponitur qd possunt cum grano per eos recollecto tangente laboratori transire per territorium Fanẽse portare illud extra territorium Fanẽse quo volunt:et eadem ratio videbatur in eo qui ab eis recepit eorum partem insolutum cũ succedere videatur in locum ipsorum:ergo idem ius et eadem facultas.argumẽ.l.illud.ad.l.aquil.et.l.a titio.de verborum obliga. cum similibus. et per hoc videtur euitari posse ius municipale et bulla pontificis prohibentes extractionem grani de territorio Fanensi quia non videntur intelligende de frumento recollecto per laboratores venientes extra territorium ad cultiuandum predia Fanensia ex quo tunc potest extrahi pars tangens laboratoribus put presupponit esse in viridi obseruantia:et hoc ad finẽ vt homines inducantur ad veniẽdum cultiuare predia:et ita resultet maior abundantia frumenti in territorio propter quam abundantiã habendam solent fieri huiusmodi prohibitiones qd granum non extrahatur.itaqz in huiusmodi casu videtur cessare ratio phibitiua extractionis grani:et per consequens cessare videtur ipsa municipalis lex prohibitiua arguendo a ratione cessante iuxta.l.adigere. §.quãuis.ff.de iure patrona.et.l.qd dictum.de pactis.et.c.cũ cessan
8 te.extra de appellatio.cum similibus.¶†His tamen minime refragantibus contrariam sententiam arbitror magis iuri consentaneam:naz in causa principali per plures testes probatur quod dictus inquisitus portari fecit granum de territorio Fanensi ad aliud territorium:et licet semel forte disposuerint non iurati:tamen repetiti fuerunt cum iuramento et iuramenta fuerunt delata monita parte prout monitio requiritur.l.si quando.C.de testi.et.c.ij.extra eo.titu.quia precessit generalis monitio quod singulis diebus et horis interesset et c.et inter ceteros testes fuit vnus cuius psona fuit ab ipso inquisito approbata cum et ipsum ipse in testem produxerit merito non potest eam impugnare.l.si quis testibus.C.de testibus et licet ipsi fuerint participes criminis:tamen non videnť hoc casu repellendi quia participes criminis repelluntur ex dispositione iuris positiui non ex dispositione iuris naturalis vel iuris gen
9 tium.†Qd et demonstratur quia in criminibus in quibus relaxantur requisita a iure positiuo prout sunt crimina excepta admittuntur participes criminis.c.in fidei fauorez.de here.lib.vj.et.d.c.j.de confes.in antiquis.et de testi.cog.c.fi.et.vj.q.j.§.verũ.ver. si quis eũ et.xcix.distin.si quis ergo.idem videtur in casu nostro in quo ex cẽsura iuris municipalis mandatur deueniri ad executionem pene in isto crimine obmessa omne solẽnita de ragione.per que verba videtur in ista causa res deducta ad merum ius gentium per ea que habentur per docto.in.l.j.ff.de testamen.mili.in.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testamẽ.per Barto.et modernos in.l. si filius.ff.de donatio.per Bart.in extrauagã.ad reprimenda.in verbo videbitur.et in alijs verbis illius extrauagã.iste autem exceptiones quibus repelluntur testes propter crimina eorũdem sunt causate potius ex rigore iuris positiui quã ex equitate iuris gentium probatur in.c.per tuas.de symo.maxime iuncto dicto capitulo primo de confessis.ideo per dicta verba statuti et la executione de la dicta pena se debbia fare obmessa omne solẽnita da ragione.videntur enim statuentes voluisse quod quodammodo manu regia deueniretur ad executionem dicte pene prout fiebat de iure gentium ante ius positiuum.l.ij.in princip.ff.de orig.iuris.que quidem manu regia non repulisset huiusmodi testes ex eo quia sint participes criminis:quia non ex hoc est verisimile quod deuenirent a veritate:immo ex quo etiam se incusant hoc respectu videtur verisi
10 militer eis magis credẽdum nec sunt testes in causa ppria.† Quia mandatum alterius in hoc casu eos non reddit immunes a pena: cum mandans et mandatarius in delictis pari pena plectuntur.c. j.extra de officio delega.l.non solum.§.si mandato.ff.de iureiurã. l.si id quod.§.fina.ff.de iurisdi.omnium indi.et saltem predicta videntur procedere quia dicti testes iuuantur alijs adminiculis:naz dictus inquisitus produxit librum gabellariorum ad probandum qd de grano quod extraxerat de territorio soluerat gabellam:et liber prefatus continet quod dictus Petrus et pro eo Paulus ioachini soluit in quatuor diuersis diebus quatuor libras pro trãsitu seu passagio pro quadraginta incarchis grani vt iuxta vulgare dicti libri loquar et dictus Paulus est vnus ex dictis testibus. itaqz dictus Petrus producendo dictum librum causa se excusandi a delicto in inquisitione deducto videtur tacite asserere quod dictũ granum extraxerit.et maxime cum in ipsa productione dicti libri dictus Petrus asserit quod in dicto libro continetur solutio pro passagio grani in inqsitione contenti:sed in inquisitione non continetur nisi granum per Petrum extractum merito et c. et sic saltẽ adminiculatur plurimum dato quod talis tacita asseueratio sola forte non sufficeret vt si non prosunt singula saltem plura simul iuuent iuxta.l.excusantur.in principio.cum concordantijs adductis ibi per glo.ff.de excusatio.tuto.et.c.fina.de successio.ab intesta.cum similibus.et dato sine preiudicio veritatis quod probationes facte in primo preiudicio non fuissent sufficientes:tamen supplentur per confessionem factam per inquisitum in causa appellatio
11 nis.†Nam probationes possunt fieri etiam in causa appellationis: quia dicitur in causa appellationis non probatum probabo: non deductum deducam. l. per hanc. cum ibi notatis.C.

de tempo.appel.cũ ibi notatis.⁊.c.fraternitatis.extra de testibus.
sed in causa appellationis ipse Petrus respondendo capitulis et
positionibus productis pro parte cõitatis rñdet qđ credit extra-
xisse q̃titatẽ grani descriptã in libris gabellarum:in libris gabel-
larum non describitur alr quantitas grani qđ extrahitur nisi quia
scribitur quantitas grani pro qua fit solutio vectigalis seu gabelle
pro passu:vnde dicta responsio dicti Petri inquisiti videtur se re-
ferre ad dictas partitas libri gabellarum qui ⁊ que fuerunt produ
cte per dictum Petrum in causa principali:⁊ pro parte communi
tatis in causa appellationis anteq̃ fuerint facte responsiones di-
ctis articulis:ideo ex hac confessione ⁊ etiam ex confessione facta
ad quartum quo fatetur qđ de grano per eũ vel alterũ eoꝝ exacto
fuerunt facte bullecte per notarium gabellarum fani:⁊ ad librum
communis fani descripte per dictum notarium:⁊ ideo cum in li-
bris gabellarum manu dicti notarij appareant bullecte de quãtita
te.xl.incarcarum grani apparet euidenter ex sua confessione et di-
ctis libris ⁊ dictis attestationibus que etiam in repetitione de eis
facta referunt se ad librum gabellarum ⁊ per productionem dicti
libri vt supra deductum qđ veritas fuit ꝙ ipse fecit extrahi dictum
granum ⁊ cuiusq; iudicis mens debet induci ad estimandum ⁊ cre
dendum veritatem ita esse prout ad hoc tendit omnis probatio.l.
testium.§.eiusdem.ibi:sed ex sententia animi te estimare oportere
quid aut credas ⁊c.ff.de testi.imminent itaq; tot ⁊ tanta que ostẽ-
dunt hanc veritatem.s.ꝙ dictus inquisitus extraxerit granum qđ
minime debet mens iudicis esse dubia quominus sit legitime pro-
batum existimet:concurrunt enim plures testes concurrit scriptu-
ra gabelle edita a publico notario approbata etiam per ipsum in-
quisitum qui eam produxit ad finem vt probaret se soluisse gabellã
pro passu ⁊ transitu dicti grani pro quo extrahendo habuerat licẽ
tiam a prioribus dicte terre cũ hoc ꝙ dictam gabellam solueret:cõ
currũt etiam confessiones dicti inquisiti vt supra ponderate.itaq;
saltem ex his omnibus remanet clara conclusio ꝙ sit legitime pro
batũ ꝙ dictus inquisitus extraxit dictum granum vz incarcas.xl.
et per 9ñs veniat condẽnandus ad rationem ducatorum.x.p qua
libet salma non obstantibus adductis in contrarium que re vera
non obstant.Non enim obstat ꝙ primo loco dicebatur in contra-
rium qđ testes non iurati deposuerunt:quia immo saltem in repe
titione de eis facta iurati deposuerunt prout supra deductum est:
nec etiam obstat ꝙ secundo loco dicebatur ꝙ ad eorum excusatio-
nem deponere videantur:et qđ tertio loco qđ sunt participes cri-
minis:quia ista duo sunt supra confutata.et etiam quia iuuantur
ex confessionibus inquisiti supra ponderatis non repeto gratia
12 breuitatis:†non ob.qđ dicebatur ꝙ nõ est probatus mensis in in-
quisitione deductus:quia respondetur ꝙ immo probatur mensis
ex quo testes ⁊ partes se referunt ad librum gabelle cantat de men
se septembris:⁊ sic de mense in inquisitione deducto. preterea licet
de iure communi esset necessaria expressio mensis in libello accusa
tionis vel inquisitionis per.d.l.libellorum.tamen constat istã esse
solẽnitatem iuris positiui:que quidem solẽnitas est sublata ex for-
ma iuris municipalis per illa verba statuti obmessa omne so-
lẽnita de ragione:⁊ per illa verba e la executione de la dicta pena:
non dicit la condẽnatione quasi innuat qđ procedatur via executi
ua ⁊ quodãmodo manu regia prout ⁊ supra dictum est:⁊ sic non re
quiratur libellus:⁊ ex quo libellus non est necessarius non fuit ne-
cessaria expressio mensis:adeo qđ si non fuisset expressus mensis et
probatum fuisset delictum: licet non mẽsis delicti fuisset condem-
nandus inquisitus ex quo omnis solẽnitas iuris est sublata.Ideo
licet fuerit expressus ⁊ inepte:quia alius mensis fuisset exprimen-
dus non videretur qđ deberet vitiare.arg.glo.notabilis in.l.vinũ.
in verbo petitum.in fi.ff.si cer.peta.⁊ facit.§.multis.iuncta glo.in
verbo in transitu.insti.de libertinis.⁊ dato qđ hoc medium solum
foret forte dubium:tamen videtur militare ⁊ astringere stãte clau-
sula que apponi solet in inquisitionibus.s.super quibus omnibus
et singulis ⁊c.que quidem clausula apposita fuit in inquisitione de
qua agitur:cuius clausule verba importãt ꝙ super deductis iudex
inquirens intẽdit procedere cõiunctim ⁊ diuisim prout melius ⁊c.
et repertos culpabiles in predictis vel aliquo predictoꝝ punire ⁊c.
et sic sufficit alterũ ex intentatis probare et constare iudici prout
inquit Bal.in.l.ij.C.de proba.et improbat vis verborum iuxta no
ta.per glo.in verbo omnia et singula in.c.vt circa.de electio.lib.vj.
et per Barto.in.l.hoc articulo.ff.de heredi.institu.et dicit domi-
nus Ange.de aretio in suo tractatu maleficiorum in verbis super
quibus omnibus ⁊c.allegat etiam Florianum idem voluisse in.l.in
delictis.§.si detracta.ff.de noxa.ideo ꝑm hoc inquirens non cense
tur se astrinxisse ad probandum mensem. idcirco videtur perinde
ac si non fuisset expressus mensis virtute dicte clausule stante etiã
dispositione iuris municipalis per quam tollitur necessitas libel-
landi et exprimendi mensem in libello inquisitionis:et per hoc eui
13 tatur qđ inquit Bar.in.d.l.is qui reus.†Nec videntur testes varij
vel contrarij si primo deponunt ꝙ fuit tempore recollectionis: et
postea in repetitione se referunt ad librum gabellarum:⁊ liber ga-
bellarum dicit de mense septembris quia tempus recollectionis
potuit protellari vsq; mensem septembris.licet enim vtplurimum
fiat recollectio de mense Junij Julij et Augusti:tamen quandoq;
propter intemperiẽ temporis vel propter copiam magnã frumẽti
vel segnitiẽ seu propter occupationes habentis recolligere se extẽ
dit non solum ad principium septembris quo tempore fuit expor-
tatum dictum granum:sed etiam longe vltra se extendit:⁊ satis ve
risimile est ꝙ cum de area vbi tritulabatur dictum granum p ipsos
tritulantes portaretur Pensaurum prout deprehẽdi potest ex na
tura ⁊ processu facti quatenus deprehenditur ex deductis in pro-
cessu extraheretur tpe recollectionis facit quia prout dicit Imola
in.l.inter stipulantem.§.si stichum.de verborũ obliga.dicta testiũ
non sunt calũnianda sed iuuanda.facit.c.cũ tu. de testi. cũ multis
14 cõcordantijs.¶†Nec etiã obst.qđ allegatur de defectu ⁊ perẽptio
ne instantie:quia lz ius municipale disponat ꝙ causa celeriter ex-
pediatur:non autem disponit ꝙ postea instantia sit finita: immo
inducitur in fauorem cause ⁊ odium fraudantiũ non debet in frau
dantium fauorem ⁊ odium cause retorqueri.argu.l.qđ fauore.C.de
legi.⁊.c.qđ ob gratiam.de reg.iur.in.vj.nec in causis que exigunt
celeritatem prout sunt cause alimentorum ne testamenta aperian
tur ⁊ similes de quibus in.l.fi.ff.de appe.recip.cause in quibus pro
ceditur de plano ⁊ sine strepitu de quibus in cle.sepe.de verbo.sig.
et extraua.ad reprimenda ⁊ cause breuiores.l.j.⁊.ij.C.de sententijs
ex peric.reci.volũt doc.qđ instantia finiatur elapso breui tempore
et maxime quia per peremptionem instantie lites prorogarentur
quia oporteret iterato agi ⁊ omnia denuo haberẽt reiterari ⁊ per
hoc non magis celeriter sed minus breui tempore expedirentur.
preterea istud celeriter non est determinatum in iure:ideo remitti
tur arbitrio iudicis.l.j.ff.de iure deli.c.de causis.de offi.dele. iudex
itaq; potuit arbitrari si per multos mẽses durauit esse celeriter ex-
peditum.⁊ dicitur mihi ꝙ multotiens solent durare longiori tem
pore q̃ ista causa principalis durauerit. insuper dato ꝙ sententia
15 fuerit nulla propter defectum instantie qđ non puto verum.†Ta
men ⁊ a sententia nulla potest appellari: licet appellatio non sit
necessaria.l.si expressim.ff.de appel.d.l.carmelia pia.⁊.d.l.quedam
mulier.et.c.dilecto.extra de appel.⁊ ibi per Inno.⁊ Joã.and.et.c.
exhibita.de iud.⁊ causa appellationis deuoluit negotium princi-
pale ad superiorem.ideo licet appellans a sentẽtia nulla obtineat
in eo articulo:quia sententia sit nulla:tamẽ debet super causa prin
cipali de qua est cognitum etiam pronunciari ꝑm Inno.in.d.c.di-
lecto.Archi.Joã.mo.⁊ Jo.an.in.c.fi.de re iu.li.vj.Domini de ro-
ta deci.ccclxvj.que incipit.item fuit dubitatum si appellet.⁊ Bal.
in.l.j.in princi.C.de sententijs ex peric.reci.⁊ Lappus allegatione
que incipit appellatio.⁊ Imo.in.d.c.exhibita.quinimmo ⁊ si prin
cipaliter deducta fuisset nullitas sentẽtie deducitur negotiũ prin-
cipale ad ipsum iudicem aditum super nullitate:adeo ꝙ debet su-
per negotio principali pronũciare si fuerit petitum ⁊ de eo cogno-
uerit prout hoc voluit Bar.in.d.l.si expressim.circa finem.per tex.
in.l.absentem.C.de accusa.⁊ in.l.j.§.j.ff.que sententie sine appel.et
refert Inno.idem velle in.c.cum contingat.de offi.delega.in glo.
magna circa medium.et idem firmat Bar.in.l.j.C.quando prono.
non est necesse.col.vlti.⁊ in.l.si vt proponis.C.quomodo et quãdo
iudex.vbi idem tenent Jaco.butri.⁊ Bal.⁊ Saly.in.l.si preses.eo.
titulo.⁊ cum hac opi.videtur residere Ange.in.d.l.j.C.quãdo pro
uo.non est necesse.⁊ idem tenent.d.Anto.de bu.Imo. Panormi.
in.d.c.dilecto.et Imo.in.d.l.si expressim.⁊ Panor.in.c. in literis.
de offi.deleg.in fi.⁊ licet super hoc vltimo posset instari.tamen hec
est vera ⁊ communis sententia:sed magis clarum quando deducit
nullitas per viam appellationis prout dicitur esse deductum in ca
16 su de quo agitur:ideo ⁊c. ¶†Nec obst.qđ habuit licentiam a ma-
gnificis dominis prioribus dicte terre ⁊ a concilio minori eorũdẽ:
quia dicta licentia non iuuat dictum inquisitum:nam in terra Fa
nensi est duplex concilium:vnum maius aliud minus:et solent cõ-
cilia maiora ⁊ minora in plus ⁊ minus representare communitatẽ:
nam in his que sunt ex iure municipali statutario vel consuetudi-
nario eis cõmissa:⁊ sic tali iure in quibus sunt deputati vt presint
cõitati in his representãt cõitatẽ ⁊ eorũ gesta cẽsentur gesta a cõita
te non in alijs vt voluit Bart.in.l.aut facta.§.fi.ver.sed dicit com-
mittere.ff.de penis.⁊ sumitur ex verbis glo.in.l.aliud.§.refertur.ff.
de reg.iur.Prioribus autem ⁊ concilio minori dicte communita-
tis non est ex forma statuti concessa ⁊ attributa ista facultas dandi
licentiam extrahendi granum de dicto territorio nec in hoc p̃sunt
dicte communitati.ideo licentia concessa dicto minori concilio nil
releuat:qđ quidem est luce meridiana clarius ea rõne quia viget su
per hoc clara ⁊ aperta lex municipalis ⁊ vbi casus legis nulla de-
bet esse dubitatio.l.illam.versi.de modo.C.de colla.et.l.ancille.C.
de furtis.sz lex municipalis dicte terre clare ⁊ apte statuit ꝙ nulla
persona ciuis comitatinus vel habitãs de ciuitate Fani vel eius co
mitatu aut districtu audeat vel presumat per aliquod tps extrahe
re vel portare extra territorium dicte terre biadam seu granum
cuiuscunq; qualitatis sine expressa licentia concilij generalis sub
pena.x.

pena.x.ducatoꝝ pro qualibet salma grani:et ita manifeste inhi
bita extractio grani facta per fanenses etiam si facta fuerit de licē
tia alterius concilij ꝙ concilij generalis:sed dictus Petritius nō
habuit licentiam a ꝯcilio generali ⁊ est ciuis fanensis merito apte
cōprehenditur sub dicta prohibitione penali:ideo non excusat li
centia concilij specialis ⁊ minoris ꝙ sit concilium generale:et licet
per statuta Fani solēniter edita potuisset tolli dictum statutū ꝓhi
bitiuum:quia eius est tollere cuius est condere:iuxta.l.nihil tā na
turale.de reg.iur.⁊.l.fi.C.de.ll.tamen non fuit factum tale statutū
nec priores quorum tota potestas causatur a statutis possent hu
iusmodi concilia facere derogatiua statutorum saltē in his in qui
bus statuta volunt ꝙ non habeant potestatem et est clarissimum:
17 itaqꝫ frustra est in hoc multum instandum. ¶ Nec obstat qđ in
contrarium adducebatur qđ istud granum poterat portari extra
territorium per eos qui fuerunt prius domini qui de territorio vi
cino existentes cultauerunt predia in quibus fuerat recollectū di
ctum granum quia dato qđ istud verum sit tamen postꝙ factū est
ciuium fanensiū non potest per ipsos ciues vel terrigenas extrahi
quia statutū generaliter loquitur ꝙ nullus ciuis comitatinus vel
incola ciuitatis Fani possit extrahere granum de qualūcha ragio
ne:et sic per verba vniuersalia prohibetur extrahi tam granum re
collectum per ipsos terrigenas in eorum possessionibus vel ex eo
rum cultura ꝙ granum ab alijs recollectum ⁊ per ipsos fanenses
emptum:quia dicta lex municipalis in hoc nō distinguit nec nos
distinguere debemus.l.iij.ff.de offi.presi.⁊.l.de precio.de pub.cum
concor.et maxime quia loquitur per verba vniuersalia dum dicit
niuna persona.⁊ dū dicit grano de qualūcha ragione: ⁊ verba vni
uersalia nihil excludunt.c.solite.de maio.⁊ obe.l.iulianus.de leg.
iij.⁊ cañ.si romanorum.xix.dist.nec statutum prohibet homines al
terius territorij non habitantes in districtu fanensi: ideo pmitti
tur forensibus qđ denegatur ciuibus:⁊ ꝫm verba dicti statuti forē
ses non prohibentur:licet forte emerint a fanēsib' ⁊ fanenses ꝓhi
bentur extrahere siue recollegerint in eorum predijs siue ab alijs
emerint ita important verba dicti statuti a quibus non est recedē
dum.l.non aliter.de lega.iij.l.j.§.si is qui nauē.de exerci.nisi.l.mu
nicipali scripta vel consuetudinaria aliter disponatur vel lege supe
rioris et satis trahuntur forenses ad cultiuandum predia fanensia
si ipsi possunt extrahere eorum frumenta dato ꝙ fanenses qui ab
eis emerint extrahere nequeant:⁊ si dictus Petrutius vidisset qđ
statuta non artarent hoc casu non postulasset licentiam quā postu
lauit:licet itaqꝫ possit extrahi per laboratores forenses non potest
extrahi per fanēses granum ab ipsis laborantibus recollectum et
fanensibus concessum:quia statutum distinguit personas distri
ctuales et forenses non distinguit qualitates vel species grani seu
a quibus recollectum fuerit:nec recte intuenti est eadē ratio vt ex
iam dictis colligitur.bulla autem Pauli multuz late loquit:adeo
qđ videtur comprehendere etiam laboratores ⁊ imponit grauio
rem penam:sed forte quo ad hoc non est in obseruantia: ideo cir
ca penam bulle relinquo iudicio habentis iudicare. Nec etiam ob.
qđ pro parte dicti inquisiti allegatur qđ statutum punit extrahen
tes granum:sed Petrus inquisitus non fecit extrahere sed fecit
transire per territorium ⁊ licentia permittit ꝙ possit pertrāsire ⁊c.
et bullecta ⁊ liber gabellariorum dicunt ꝙ soluit pro passu nō lo
quūtur de extractione seu qđ liceret extrahere nec qđ solueret pro
extractione:nam ista allegatio est vt ita loquar quoddam somniū:
nam transeundo cum grano existente ⁊ recollecto in territorio et
eundo in aliud territorium est extrahere granum de territorio:nā
vis verbi hoc importat et ethymologia ipsius a qua vtplurimum
capitur vis verbi iuxta.l.tigurium.de verbo.signi.insti.de dona.§.
est et aliud.cum si.componitur enim ab extra ⁊ traho:vnde cui du
bium qđ dictum granum fuit tractum extra territoriuz:⁊ ipsemet
Petrutius in suis articulis ⁊ in suis responsionibus factis articu
lis communitatis semper dicit se extraxisse euidenter ex eis patet
et similiter testes de extractione loquuntur:vnde huiusmodi alle
gatio est frustra:restat itaqꝫ ꝙ appellans debet succumbere: quia
dictus inquisitus merito debuit et debet condēnari et puniri ad
penam statutariam ad rationem.x.ducatorum pro qualibet salma
reducendo dictas.xl.incarcas ad salmas.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccxlij.

1 ¶ Testari ꝙ nequeat vxor sine consensu mariti an possit cōsen
sum prestare maritus si ipse heres ab vxore instituat. vsqꝫ ad nu.4.
Donatio facta per filium patri cum eius consensu an valeat.
Minor ꝙ nequeat contrahere sine tutoris auctoritate an valeat
donatio facta per minorem ipsi tutori cum eius auctoritate.
2 Contractum reprobare nitens vt quia non interuenerūt consan
guinei ex statuti forma dꝫ probare qđ tempore contractus erat cō
sanguineus habilis ad consentiendum.
3 Iudex qñ possit supplere defectum consensus requisiti.
4 Heres rogatus hereditatem restituere que supererit a supradictis
legatis an teneatur restituere id quod supererit tempore mortis
sue an vero oia quatenus supsunt supra vltra legata.vsqꝫ ad fi.ꝯsi.
5 Qualitas adiecta verbo debet intelligi ꝫm tēpus verbi.
6 Verba solent magis influere in sequētia ꝙ in precedētia.
7 Clausula pleno iure quid importet in substitutionibus.
8 Plenum est quod adiectione non indiget.
9 Legatarijs satisfaciendi onus incumbit fideicōmissario vniuersali
post factam restitutionem fideicommissi.
10 Ius derogans iuri exorbitanti est ampliandum.in fi.
11 Autentica res que.C.communia de fideicom.an procedat in quo
cūqꝫ herede.
12 Alienare an possit in vltima volūtate rogatus restituere.
13 Heres rogati an possit aliquid retinere ex fideicommisso si roga
tus nihil retinuit.
14 Heres rogatus restituere quicquid supererit ⁊ vltra qđ superit an
possit alienare vel retinere de dodrante.

¶ Consilium.ccxlij.

N nomine domini nostri
1 Iesu christi. ¶ Circa primū quesitum imminet articu
lus multū tritus.s.vtrū qs valeat auctorari seu ꝯsensum
prestare i actu sibi proficuo in casib' in quib' ex dispōne iuris cōis
vel municipalis statutū est ꝙ nequeat actus fieri sine eius auctori
tate vel consensu puta in pupillis qui nō pñt se obligare sine aucto
ritate tutoris in filiofa.qui nō pōt donare cā mortis sine consensu
patris.l.tā his.ff.de do.cā mor.in hmōi statutis que solēt dispone
re ꝙ minores vel mulieres nequeāt cōtrahere vel testari sine cōsen
su cōsanguineorū vel ꝙ nequeat vxor sine cōsensu viri. Nā in aucto
ritate tutoris est expressum in.l.j.ff.de aucto.tu.⁊ Bart.ibi trahit
ad filiū donantē patri cū eius cōsensu ꝙ nō valeat ad idē Bar.in.l.
frater a fratre.in fi.de condi.inde.idē Bal.in.l.bonorū.C.q admit.
ad idē allegat Bal.in.l.si furiosi.C.de nup.⁊ in.l.si vxorē.de condi.
inser.allegat etiā Jo.an.in addi.Spe.in ti.de instru.edic.§.porro.
in additio.magna que incipit Petrus de ceruottis.item allegat
Imo.in.c.nōne.de ꝓsum.⁊ Inno.pro ⁊ cōtra in.c.dudū.de rebus
eccle.nō alie.qđ ⁊ firmat idē Imo.in.l.j.§.fuit quesitū.ff.ad trebel.
et in.l.in edibus.§.qđ si filius.ff.de do.⁊ facit tex.in cle.si vna.de re
bus eccle.nō alie.⁊ in cañ.hic vsus.xj.q.j.⁊ in.§.iconomus.in aut.
de alie.⁊ emphy. ¶ Sed cōtrariū firmat Petrus de bellaper.in.d.
l.j.ff.de auc.tu.allegat ꝓ hoc.l.j.de impo.lucra.descri.li.x.⁊.l.si pro
parte.§.idē tractat.ff.de in rē verso.idē sentit Cyñ.in.d.l.j.de auc.
tu.allegat notata in.l.cū post.C.de cōtrahē.emp.idē Ang.in.d.§.
fuit quesitū.qđ ⁊ tenet ibi Rapha.cuma.qđ ⁊ cōsulendo tenuit idē
Ang.in cōsi.cxxvij.incip.filia refutauit patri.idē etiā voluit Ra
pha.fulg.in.l.senium.C.qui test.fa.pos.idē Pau.de ca.in.l.qui in
potestate.in fi.de testa.⁊ in.l.si quis mihi bona.§.si quis mandaue
rit.ff.de acqui.here.⁊ in.d.l.senium.vbi dicit ꝙ ita cōsuluit vna cū
pluribus doc.perusinis.idem firmat Ponta.in consi.dxv.ꝫm ordi
nem informis.et dicit idem latius dixisse in.l.si filius.ff. de dona.
idem etiam firmauit Bal.in terminis statuti disponentis ꝙ filius
non possit contrahere vel renunciare sine licētia patris in.l.si quā
do.§.illud.C.de inofficio.testamen.volens qđ quo ad hoc sit diffe
rentia inter auctoritatem consensum et licentiam allegat pro hac
parte Innocen.in.d.c.dudum.nec in.d.l.si vxorem.firmat contra
rium immo in versiculo preterea ista non est auctoritas: sed quidā
consensus sentit hanc partem.et idem Bal. in dicta.l.si furiosi.nō
figit pedes sed procedit ponderando glo. et argumentando. et
quicquid ibi velit alibi vult contra in terminis statutarijs in qui
bus non ponderatur patria potestas.et in hoc potest considerari
aliqualis ratio differentie:nec etiam Joan.and.in dicta additio
ne firmat eam partem:et dum legerem pisis vidi consultum a plu
ribus famosis viris circa statutum florentinum quo disponitur
quod si filius se obstat cum consensu patris teneantur ambo si sine
consensu patris non teneat ipso iure quod non valeat quedam fi
deiussio filij facta pro patre: et inter cetera que in dictis con
silijs deducebantur dicebat alter ex consulentibus vidisse origina
le consilium Bald.cum subscriptione domini Honofrij de bartho
linis distinguens quod aut statutum fuit factum in fauorem ma
riti aut in fauorem vxoris:requisitus tamen de subscriptione recu
saui consulere:quia decisio illa mihi non apparebat iuri consona
in illis terminis.et profecto rationes sunt hincinde et longū esset
motiua adducere et refellere nec expedit. Magis in indiuiduo tā
git Baldus in.l.prima.C.vnde vir et vxor.dicens ꝙ stante statuto
quod mulier non possit testari sine consensu viri si vxor vult insti
tuere virum cautela est quod vir renunciet statuto et nihilominus
consentiat:vt sic saltem de facto seruet tenor statuti: renūciare aūt
pōt qꝛ statutū est inductū in fauorē viri nō sic in terminis.d.l.j.de
auc.prest.ꝫm eñ.Saly.aūt ibi dicit ꝙ renūciatio non est necessaria
qꝛ pater fungit duplici ꝑsona statuto annuente si vult ꝙ ꝓcedat in
testāte in virū.nec ob.l.j.de auc.tu.qꝛ ibi auctoritas requiritur in
fauorem pupilli hic consensus requiritur in fauorē viri ꝫm Saly.
qđ ⁊ presupponit Bal.ibi:nec Bal.vult ꝙ sit necessaria renūciatio
sed ad cautelā dicit adhibendā:facit ⁊ ista est intentio Bal.absonū
esset ꝙ vigore huius statuti vxor non possit testando relinquere

quicꝗ viro: ideo presupponēdum est ꝙ possit in maritū testari: q
non est intentio statuētium qđ maritus nō possit ex testō succede-
re vxori: ideo ad euitandas dubietates Bal. descendit ad cautelas
iam dictas: cū igitur vir in casu nostro consenserit videtur ꝙ hmōi
testm̄ valuerit: qđ ⁊ probatur rōne: q aut maritus est habilis ad cō
sentiendū huic testō qđ voluit facere vxor aut non est habilis: si est
habilis habemus intentū: si non est habilis et tunc videt perinde
ac si non habuisset. † Sed si nō habuisset virū potuisset indistincte
2 testari: prout i sil'i ꝯcludit Bal. in. l. j. C. vñ vir ⁊ vxor. dicēs ꝙ si sta-
tutū dictat ꝙ mulier nō possit testari vel cōtrahere sine cōsensu cō-
sanguineorū si cōsanguineos non hꝫ seruabitur ius cōmune fm eū
qui idem tenet in. l. transac. C. de trāsac. ⁊ in. l. in cōiunctione. C. de
nup. ⁊ in. l. turpia. ff. de leg. j. ⁊ idem voluit Pet. de ancha. in repe.
c. canonum. de consti. xiiij. q. principali. col. xlvj. ⁊ idem voluit Pō
ta. in. l. si quis mihi bona. §. pater filio. ff. de acqui. heredi. vbi idem
dicit si habet ⁊ inhabilē allegat ad hoc fm notata p Bald. in. l. j. in
fi. C. qui admit. idē voluit Pau. de cast. in quodā consilio qđ inci-
pit in causa que vertitur. vbi concludit ꝙ qui vult reprobare con-
tractum vigore talis statuti debet probare ꝙ tpe contractus erat
consanguineus habilis ad cōsentiendū al's succūbit fm eū q addu
cit notata per Bar. in. l. fi. ab hostibus. §. si vir. ff. solu. ma. volentē
ꝙ qui vult excludere maritū a lucro dotali ex eo q non adhibuit
medicū debet probare ꝙ erat medicus in loco: ita ꝙ poterat adhi
beri al's succūberet fm eum quē sequuntur ibi doc. qđ ⁊ volūt ipse
Bar. ⁊ Jmo. in. l. si seruum. ff. de verbo. obli. adducit etiā Pau. de
ca. in. d. cōsi. notata p Bar. in. l. si tertius. de aqua plu. arcē. idē etiā
voluit Bal. in consilio mihi. cxxxix. incip. premittendū est ꝙ quan
docꝫ concludit simpl'r in hmōi statuto qđ vxor non possit testari
sine presentia mariti pōt institui maritus presente ipso marito: et
facit ibi differentiam inter auctoritatem seu consensum auctoriza
bilem prout dicit esse cōsensum patris in facto filij: ⁊ ita dicit loqui
glo. ⁊ Dy. in. l. j. de auctoritate tuto. ⁊ simplicē consensum non ha
bentem in se auctoritatem: ⁊ tunc dicit quem posse etiam ad sui cō
modum ⁊ ad hoc mēbrum consensum mariti in terminis huius sta
tuti. ⁊ idem voluit in consilio mihi. lxij. incip. testamentum in quo
vxor. dicens ꝙ vbi requiritur presentia potest adhiberi in re sua: ⁊
similiter vbi requiritur cōsensus loquens in similibus terminis. s.
in institutione viri: sed idem Bal. in consi. dliij. incip. sic factū pro-
ponitur domina. V. al's allegatur incipere. vnde quatuor puncta
videtur in principio consilij decidere ꝙ maritus non possit consen
tire in sua institutione in terminis statuti asisij: tamen vt percipio
ex alio consilio sui fratris reddito super eo facto statutum asisij re-
quirit presentiam ⁊ consensum viri in testō vxoris. et hoc idem de-
prehenditur ex prefato consilio Bal. qui subdit consensus cū pre-
sentia requiritur ad substantiam actus nil aliud est ꝙ auctoritas.
licet enim diuersa sint nomina: tñ vna ⁊ similis est natura. adducit
verba rubrice. ff. de auctoritate tuto. ⁊. l. etiam. eo. tit. ibi dum dicit
hoc est enim auctoritatem fieri: secus subdit si statutum require-
ret solam presentiam vel si statutum requireret solam presentiam
sine consensu. ⁊ idem si solum consensum sine presentia: ⁊ concludit
ꝙ vbi statutum requirit solum cōsensum vel vbi requirit solam pre
sentiam possit consensus seu presentia in re ppria adhiberi: secus
si requiritur vtrūcꝫ. ⁊ dicit ꝙ hec opi. est verissima. subdit autem ꝙ
etiam vbi requiritur vtrū potest maritus prestare consensum vxo-
ri ꝙ testetur in genere ad sui libitum. ⁊ idem subdit in patre: ꝙ li-
cet non possit prestare consensuꝫ donationi causa mortis facte sibi
per filium: tamen potest eidem prestare consensum ꝙ donet cau-
sa mortis pro suo arbitrio: nam tunc poterit ipse filius donare cau
sa mortis ipsi patri: ⁊ ita intelligit opi. Petri de bellaperti. in. d. l.
j. de aucto. tuto. et licet non habeam dictum consilium Bald. alias
subscriptiones dicto consilio tamen reperio nuper relatū dicto cō
silio se subscripsisse dñm Honofrium de bartholinis ⁊ dñm Euge-
rium de perusio. ⁊ ita etiam allegabatur in consilio apud Floren.
reddito de quo supra. Et ista faciūt qđ nec consensus iudicis adhi
beatur: tamen in casu nostro fuit adhibitus consensus viri qđ cau-
tum est prout dicit Bal. in. d. l. j. vnde vir ⁊ vxor. ⁊ etiam est de men
te Saly. ⁊ fuit adhibitus in genere prout cōsuluit Bal. vt. s. prout
3 presupponitur in facto. † Dicit autem Ponta. in. d. l. si quis mihi
bona. §. pater filio. qđ tutius est adhibere iudicē. ⁊ in. d. l. j. vnde vir
et vxor. dicit ꝙ ad hoc vt in aliquo seruetur mens statuentiū debet
interuenire iudici auctoritas que supplebit defectum propinquo
rum qui non extant vel sunt inhabiles. cum itacꝫ in casu nostro nō
possit adhiberi consensus a statuto requisitus al'r ꝙ fuerit adhibi
tus: ⁊ interuenit auctoritas iudicis qui in hmōi pōt supplere defe
ctum consensus requisiti a iure communi vel municipali per nota-
ta per glo. et Bald. in. l. si furiosi. C. de nup. ⁊ in. l. bonorum. C. qui
admit. in quibus iuribus habetur ꝙ iudex supplet defectum con-
sensum vel auctoritatē que habet interuenire in actu minoris. ad
idem. l. profectitia. de iure do. ⁊. l. si infanti. in fi. C. de iure delib. ad
hoc etiā notata per Bart. in. d. l. transactione. facit qđ notat Bal.
in. l. vidue. C. de nup. vbi iudex se intromittit qñ propinquior non
vult consentire praua intentione ad idem quod notat Bar. ⁊ doc.
in. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. so. ma. vbi in simili iudex
supplet qñ habens consentire sine iusta causa contradicit: pari er-
go rōne si non potest consentire: quia inhabilis ⁊ maxime si cōsen-
tit eo modo quo potest: ⁊ licet Pōta. in. d. l. vnica. vnde vir ⁊ vxor
dicat ꝙ cautela est ꝙ maritus se absentet ⁊ iudex tunc consentiat:
non tamen puto voluerit requiri de necessitate ꝙ se absentet: sꝫ id
dixerit vt deseruiat verbis doc. quia docto. solent dicere ꝙ supplet
defectum absentiū. sed in. d. l. si furiosi. iudex supplet defectum pre
sentis qui propter furorem nequit consentire: ita ⁊ suppleat defe-
ctum consensus mariti si cōsentire non potest: ⁊ si maritus presens
nequit cōsentire ad quid est in consideratione eius pñtia vel absen
tia: ⁊ maxime quia hoc casu saltēꝫ erat necessarius suus consensus
propter alia relicta pphana facta in dicto testō. concludo itacꝫ ꝙ
intrepide tenendum est ꝙ hmōi testm̄ teneat etiam in fauorē ma-
riti ex quo interuenit consensus mariti in genere ⁊ auctoritas iu-
dicis. Circa scđm autē quesitum non expedit elaborare: quia rñdē-
do contra intentionē consultātis qui vellet esse immunis ab one-
re satisdandi ⁊ ab onere conficiendi inuētarium ⁊ reddendi rōnem
de rebus subiectis restitutioni que superessent: labor esset superua
cuus in iuuando partem aduersam: ⁊ reperio super hoc egregie cō
4 sultum. ideo super hac parte vlterius me non intromitto. † Sed
descendendo ad tertium consultationis articulum in quo totum
pondus negotij dicitur versari principaliter videndū est an dictus
heres rogatus censeat de restituēdo id quod supererit tēpore mor
tis sue non alienatum necꝫ deperditum fm terminos aut. ꝯtra ro
gatus. C. ad trebel. ⁊. l. titius. ff. eo. titu. ⁊ in. l. imperator. §. fi. cū. l. se
quēti. ff. de leg. ij. ⁊ in. l. in fideicōmissi. §. nōnūꝗ. ff. de vsur. an vbo sit
sensus qui cēseatur esse rogatus restituere omnia bona quatenus
supersunt supra legata. et primo aspectu videtur dicendum ꝙ illa
verba testamenti ꝙ post eius mortem omnia bona sue hereditatis
que supererint a supradictis legatis ⁊ relictis factis vt supra vēdā
tur ⁊ distribuātur inter pauperes interpretari debeant ꝙ oīa bo-
na allegatis. s. vendantur ⁊ distribuantur amore dei: al's illa vba
allegatis ⁊ relictis factis vt. s. nihil importarēt: quia cōstat ꝙ per
fideicommissum vniuersale maxime factum post mortem nō dero-
gatur relictis particularibus maxime factis pure: vt in. l. fin. C. ad
treb. ⁊ in. l. marcellus. in prin. ff. eo. ti. ⁊ est notissimum. ideo frustra
fuissent adiecta illa vba allegatis ⁊ relictis vt supra factis. ne itacꝫ
sint superflua quod euitandum est per. l. si quando. ff. de lega. j. ⁊. c.
si papa. de priuileg. lib. vj. interpretari debeāt ꝙ sint posita vt de-
terminent ⁊ declarent verbum supererint immediate precedēs qđ
non intelligatur nō alienatum vel deperditum prout intelligitur
in terminis. d. l. titius. et. d. aut. contra rogatus. sed intelligatur qđ
supererit supra legata quasi voluerit testator ꝙ detrahantur reli-
cta singularia et omnia alia que allegatis supra restarent vendan-
tur ⁊ distribuantur post mortem heredis instituti: qđ et persuade-
tur ex eo quia dictus Michael fuit institutus heres in vita sua tā-
tum quasi voluerit testator qđ talis institutio non sortiatur vires
post mortem: sed si posset in vita alienare ad libitū ⁊ alienatio du-
raret post mortem cōsequeretur effectum dicta institutio etiā post
mortem: ideo mens testatoris videatur esse ꝙ non possit se intro-
5 mittere de dictis bonis nisi ad tempus sue vite. † Tamen licet pri-
mo aggressu reddiderint predicta me non parum dubium: nihilo-
minus mature animaduertendo ⁊ sepe sepius accurate ponderās
verba testamenti speculando etiam mentem testatoris arbitratus
sum contrariam partem esse magis iuri consonam: nam verba in-
telligendo vt iacent important ea que tempore mortis dicti Mi-
chaelis supererant tempore mortis dicti Michaelis: nam quali-
tas adiecta verbo intelligitur scđm tempus verbi. l. in delictis. §. si
extraneus. ff. de noxali. si quid autem erit tunc alienatum verū est
qđ non supererit allegatis factis: nam id quod non superest non
potest dici allegatis superesse: quia qđ non est nulla re superest. nō
entium enim nulle sunt cause inquit philosophus: et probatur in
l. ij. ff. de vsufru. et in. l. eius qui in prouinciam. ff. si certū petatur.
et in. l. adeo. §. qđ si toto. de acquirend. rerum domi. ideo tempo-
re mortis videbitur que bona tunc supersunt et omnia que ex di-
ctis bonis allegatis supra supererunt vendentur et precium inter
pauperes distribuere: ita importat vis verborum a qua non est
recedendum si de mente non constat. l. non aliter. de legatis. iij. l. j.
§. si is qui nauem. de exerci. nam talis videtur mens qualem osten
dunt verba. c. secundo requiris. de appellatio. l. labeo. §. idem tube
ro. de suppel. leg. cum similibus. et hec prout verba illa allegatis et
relictis factis supra determinant verbū supererint: sed magis aper
te et clarius dictum sensum haberent si dicta verba a legatis et re-
lictis vt supra factis determinarent verbum vendantur: et sic fie-
ret virgula post verbum supererint. nam tunc essent sensus quod
essent vendenda solum ea que supererint tempore mortis Mi-
chaelis non alienata et vendenda essent a legatis supra: et certe
6 ita possunt determinare sequentia prout precedentia. † Et so-
let dici quod verba magis influunt in sequentia quam in prece-
dentia. l. quisquis. de legatis tertio. et quod ibi per glo. et Bar-
to. ideo dicta verba ad tollendam dictam dubitationem possunt
referri

referri ad sequens verbum vendātur ⁊ fieri virgula ante verba illa
allegatis accedat qđ in simili in modo pūctandi ante vel postea di
cit glo.in.c.j.de tēpo.ord.lib.vj.⁊ doc.ibi post eā que solet allegari
qđ qñ ꝯstitutio pūctādo pōt decidere casum de quo q̄rit̄ al's dubiū
tunc debet punctari ante vel post prout adaptatur ad decisionem
eliciendam:facit q: verba ambigua magis interpretantur contra
legatarium q̄ꝫ cōtra heredē oneratū.l.si ita ascriptū.ff.de leg.j.et.l.
nūmis.de leg.iij.⁊.l.stichū.de suppe.leg.⁊.l.si ita relictū.§.fi.de leg.
ij.cum si.confirmantur predicta q: si bona sunt deperdita nō pote-
runt vendi:⁊ tamen testator vult ꝙ vendantur.vnde est sensus qđ
vendātur non ꝑdita nec alienata prout interpretat̄ fideicōmissum
factū de his que superūt.d.l.titius.⁊.d.l.in fideicōmissi.§.nōnūq̄ꝫ.
7 et.d.aut̄.cōtra rogatus.†Corroborantur premissa vehemēter ex
verbis precedentibus:quia testator in vita instituit Michaelē ple
no iure:que verba pleno iure al's in substitutionibus interpretant̄
qđ faciant censeri substitutionē directam al's qđ censeatur prohi-
bere trebellianicā prout varie interpretātur Bart.Bal.⁊ doc.in.l.
centurio.de vulg.⁊ pupil.⁊ in.l.precibus.C.eo.ti.⁊ in aut̄.sed cum
testator.ad.l.falci.⁊ per Ange.cōsi.cxxvj.incip.substitutiones.nec
autē patiuntur significationes predictas in casu isto:q: v̄ba erant
clara qđ directā institutionē importabant: ideo non cēseātur hoc
respectu adiecta illa verba pleno iure:⁊ longe minus vt excluderēt
trebellianicam vel aliam quartam cum trebellianica ⁊ falcidia de-
trahantur per heredem ⁊ pleniori iure fuisset institutus Michael
si potest trebellianicam vel falcidiam detrahere q̄ꝫ si detrahere nō
potest vt est manifestum merito dicta verba importēt ꝙ dictus mi
chael in vita habeat plenum ius.i.latas habenas circa hereditatē
et bona dicte testatricis:vt sic possit diminuere pro necessitatibus
et pro arbitrio suo saltem si bona fide per.d.§.nōnūq̄ꝫ ⁊ similia in-
8 ra preallegata.†Plenum enim non indiget adiectione.vj.q.j.si
omnia.xcvj.dist.bene quidem in principio.⁊.vij.q j.nihil.et pleno
iure dicitur pertinere quando potest alienari non obstante iure
alterius dūmodo non in fraudem.l.generaliter.ff.qui ⁊ a quibus.
ita ergo dicatur pleno iure institutus in vita ille qui non obstāte
ꝙ sit rogatus restituere post mortem potest in vita pro libito non
in fraudem alienare:prout contingit in eo qui est rogatus restitue
re id vel quicquid supererit.d.§.nonnūq̄ꝫ.⁊.d.l.titius.⁊ hoc impor
tent illa verba pleno iure vt non stent sine virtute operandi: nam
semper solent apponi ad ampliationem eius rei cui adijciuntur.c.
cum ⁊ plantare.§.in ecclesijs.⁊.c.quoniā in principio.cū sua glo.de
priui.in antiquis.⁊.c.abbates.eo.titu.lib.vj.c.cum inter vos.de re
iudi.cle.causam.de elec.l.si titio.de vsufr.leg.⁊ infinita iura possent
adduci.accedat tex.in aut̄.de resti. circa mediū. collatione.viij.ibi
vti perfectis dominis competit:qui tex.probat ꝙ non censet̄ per-
fectus dñs qui non potest pro libito alienare:ita ⁊ pari ratione nō
dicatur pleno iure heres qui non potest res hereditarias alienare
cum verbum heres dñm significet.insti.de heredum quali.⁊ differē
tia.§.fi.ex his itaq̄ꝫ concludo ꝙ dictus Michael censetur rogatus
post mortem restituere id quod supererit tunc temporis non de-
perditum non diminutum nec alienatum bona fide:⁊ per ꝯsequēs
hoc casu militat dispositio.d.l.titius.d.l. in fideicōmissi.§.nōnūq̄ꝫ.
9 cum concordantijs.¶†Nec obstant adducta in contrarium:quia
immo etiam s̄m istam interpretationem verba illa allegatis et reli
ctis vt supra per eum factis non stant sine virtute aliquid operan
di:nam licet verum sit ꝙ etiam non appositis dictis verbis singu-
laria relicta remansissent integra ⁊ illesa: tamen heres omnia ha-
buisset restituere ⁊ fideicommissarij potuissent omnia vendere ⁊ de
pecunia inde vel aliunde relicta soluere legatarijs quibus sunt re-
licte quātitates:nam onus satisfaciendi legatarijs incūbit fideicō-
missario vniuersali post factam restitutionem.d.l.fi.ad treb.de quo
etiam per glo.⁊ doc.maxime Jmo.in.d.l.cogi.§.⁊ generaliter.⁊ in
l.marcellus.in prin.in verbo heredis.⁊ in.§.pōpo.in verbo ex oib⁹.
eo.ti.trāseūt enī in fideicōmissarium omnia iura actiua ⁊ passiua:⁊
sic omnes actiones hereditarie.l.j.in princ.ff.ad treb.⁊ insti.eo.tit.
§.restituta.sed per dicta verba allegatis vt.s̄.factis censent̄ exēpta
et separata legata a restitutione facienda fideicommissario ⁊ rema
neat onus ipsi heredi soluendi legata:saltem si vult vt est in simili
text.notabilis in.l.cogi.§.generaliter.versi.et inde queritur.ff.ad
trebel.per quem tex.dicit Bar.ibi ꝙ quando relinquūtur omnia
bona deductis legatis censetur fideicommissum singulare non vni
uersale:ideo cessat senatusconsultum trebellianum:⁊ per cōsequēs
cessat quarta trebellianica prout voluit Bar.in.d.§.⁊ generaliter.
et in.d.l.titius.non autem dicit Bar.ꝙ si relinquitur quicquid su
pererit post mortem deductis legatis qđ non intelligatur superit
non alienatum ⁊ non diminutum:nam licet deducātur legata ⁊ fi-
deicommissa vel aliud es alienum non sequitur quin etiam deduca
tur id quod erit alienatum deperditum vel diminutū:⁊ sic est sen-
sus ꝙ legata deducantur ab eo qđ supererit non diminutum de-
perditum vel alienatum.item non loquitur Bart.in rogato resti-
tuere quicquid supererit post mortem a legatis supra:sed simplici-
ter quicquid supererit a legatis supra quo etiaꝫ casu loquitur tex.
quem allegat.s.in.d.§.generaliter.quo casu non militarent.d.l.ti-
tius.⁊.d.aut̄.contra rogatus ⁊ similes.nam ex quo esset tunc fidei-
commissum purum cuius dies cederet a die mortis testatoris.l.a ti
tio.de furtis.l.j.in prin.de cadu.tollen.intelligit̄ quicquid superit
non alienatum vel deperditum.s.tempore quo cedit dies:⁊ sic tem
pore mortis testatoris:et per consequens non detrahetur de tali
fideicommisso id quod postea diminuetur per heredem: ita potest
intelligi Bar.in.d.l.titius.cum itaq̄ꝫ dicta verba operentur qđ de
fideicommisso alias vniuersali reddatur singulare s̄m opi.Barto.
cum qua solet transiri:licet Jmo.instare videatur in contrariū sa-
tis operantur illa verba:⁊ si hoc non operantur satis operātur qđ
heres potest recipere hoc onus satisfaciendi legatarijs etiam post
restitutam hereditatem:tamē de bonis hereditarijs prout ⁊ dicit
Barto.in.d.§.generaliter.item satis operantur operando ꝙ lega
tarij habēt eorum actiones aduersus heredem vt probat tex.in di-
cto.§.generaliter.versi.inde queritur.in fi.⁊ forte non contra fidei
commissarium etiam post restitutam hereditatem prout et vide-
tur de mēte illius tex.Constat itaq̄ꝫ apertissime ꝙ dicta verba non
stant sine ministerio aliquid operandi etiam data interpretatione
quam supra dedimus dicto fideicommisso.¶Nec etiam obstat qđ
secundo loco dicebatur scilicet ꝙ institutio fuit restricta ad vitam
tantum ipsius Michaelis:quia respondetur ꝙ in vita tantū fuit
institutus pleno iure:sed post mortem non quia post mortem non
poterat alienationem facere ipse vel eius heres vel in tempus post
mortem conferre alienationem:ideo in vita tātum fuit pleno iu-
re:⁊ sic cum plenaria potestate disponēdi institutus:sed post mor
tem:licet duret heres maxime ante restitutam hereditatem:tamē
non pleno iure:quia non habet ipsum representans litem potesta
tem alienandi prout habebatur in vita:remaneat itaq̄ꝫ firma con
clusio ꝙ dictis fideicommissarijs erunt restituenda bona que tem-
pore mortis dicti Michaelis non diminuta predicta vel alienata:
et ideo dictus Michael poterit alienare pro suis necessitatibus et
ex alijs causis dūmodo bona fide ⁊ non in fraudē.s.causa diminuē-
di fideicommissum.d.l.in fideicommissi.§.nonnunq̄ꝫ.et.l.sed ⁊ si le
ge.§.qđ autem.de peti.heredi.et alijs iuribus supra adductis:dū-
modo reseruet fideicommissario quartam totius hereditatis non
diminutam:nam licet olim potuisset totum perdere pro libito vo
luntatis dummodo non dolo seu causa diminuendi fideicommissi:
tamen hodie regulariter non potest nisi vsq̄ꝫ ad dodrantem vt est
expressum in.d.aut̄.contra rogatus.fallit tamen quatuor casibus
ibi expressis in quibus potest totum diminuere hodie prout pote-
rat olim vt ibidem:⁊ hoc deficientibus suis facultatibus prout est
expressum saltem in tribus casibus in corpore illius aut̄.s.in auten
10 tico de resti.collatione.viij.†Imminet autem dubitatio circa pri-
mos tres:scilicet circa dotem donationem propter nuptias et re-
dēptionem captiuorum an generaliter procedant:an vero restrin
gantur ad dotem vel ad donationem propter nuptias erogandā
vel pro alijs de suo genere: et similiter an in redemptionem capti-
uorum quicūq̄ꝫ sint an in redemptionem captiuorum de suo gene
re.circa quod Petrus de bellapertica tenet qđ intelligatur de re-
demptione captiuorum de suo genere:al's secus secundum eum et
Cynum:⁊ cum eis transit Angelus dicens esse notabile.et idem te
net Dynus:pro quibus facit aut̄.res que.C.communia de leg.sed
in contrarium facit generalitas.d.aut̄.contra rogatus.qđ ad hoc
propositum ponderat ibi Rapha.fulg. et contrarium firmat ibi
Salyce.et similiter Bal.et hoc quando pro egenis secūdum Bal.
et eadem disceptatio quam faciunt in redemptionem captiuoruꝫ
cadit pariter in dote et donatione ꝓpter nuptias.in quib⁹ Pau
lus de cast.ibi dicit qđ ille tex.procedit generaliter siue dotent̄ illi
de genere siue penitus extranee persone.et hec opinio videtur de
iure verior attenta dispositione iuris antiqui que generaliter per
mittebat alienationem qđ ius antiquum non reperitur correctuꝫ
in his tribus casibus:immo ius nouissimum in his tribus casibus
generaliter disponit idem qđ ius antiquum:qđ ergo non mutatur
immo confirmatur quare dicimus esse correctum.arg.l.sancimus.
C.de testamen.et.l.precipimus.C.de appellatio.accedat glo. nota
bilis in.c.statutum.j.de preben.volens quod ius derogans iuri de
roganti priori iuri est ampliandum quantuncūq̄ꝫ sit exorbitans.
11 ¶†Nec obst.d.aut̄.res que.quia illa aut̄.se delarat et est correcti-
ua seu exorbitans a iure antiquo:ideo non amplianda: ideo non
sunt similes termini quod et patet quia dicta autentica res que.
loquitur solum in liberis institutis rogatis de restituendo:sed au-
tentica contra rogatus loquitur generaliter etiam si sunt instituti
extranei.in contrarium autem est glo.in corpore dicte autētice de
qua Paulus de cast.non facit mentioneꝫ que redderet rem dubiā
in pratica:et maxime esset dubia quando dotasset non egenas pro
pter auctoritatem Bal.supra relatam:ideo saltem quando nō do-
tasset egenam non auderem firmare in via decisiua in qua versa-
12 mur.†Imminet etiam alia dubitatio quid si non alienauit in vita
sed alienat in vltima voluntate an diminuatur fideicommissum:
et circa hoc non reperio maiores nostros nisi Bal.in dicta aut̄.cō-
tra rogatus.hanc dubitationem tangere qui concludit qđ etiam
in vltima voluntate heres potest dodrantē in alium cōferre addu-

cendo.l.sicut.§.venditionis.ff.quibus modis pignus vel hypote.
solua.vbi legatū ⁊ venditio equiparanť.mihi autē legendo.d.auť.
cōtra rogatus visa fuit opinio Bal.non iuricōsona:lȝ nō reperie/
rim ꝯtradictorē.verborū em̄ vis repugnat qꝛ dies legati cedit post
mortē:quinimmo quo ad verā iuris trāslationē post aditā heredi
tatē.l.si tibi homo.§.cū seruus.de leg.j.ideo tpe mortis ipsius ro/
gati ista bona in testō relicta adhuc supersunt:⁊ ad.§.venditionis
rn̄deri posset ꝙ dicta silr̄itudo militat vbi nō est rō diuersitatis:⁊ sic
stātibus silr̄ibus terminis qui nō vigēt in casu isto posset etiā attē/
tari ꝙ si cōtulisset venditionē post mortē silr̄ veniret in restitutio/
ne talis res ita vendita ⁊ non tradita ex quo tpe mortis nō est alie/
nata:⁊ sic supest:ista tn̄ nō sunt ad presens multum accurate inue/
stiganda nec precise firmanda quia dictum Bal.facit pro cōsultā/
te:ideo non opȝ instare in refellendo dicta doc.que consultans cu/
13 peret esse vera.†Instari etiā potest an si iste Michael non aliena
uerit in vita an possit eius heres aliquid retinere:⁊ glo.in.d.auť.
cōtra rogatus dicit ꝙ retinet totū dodrātē:sed cōiter nō teneť nō
insisto.itē Ang.in.d.l.cogi.§.generaliter.vult ꝙ non retineat ali/
quā quartā ille qui est rogatus restituere quicquid supererit vel ꝙ
supererit.⁊ idē voluit in.d.auť.contra rogatus.sed nō videtur ve/
ra snīa Bar.qꝛ vba iuris noui nō artant ad istā exorbitantiam:et
Bar.in.d.l.titius.generaliter vult ꝙ ⁊ olim ⁊ hodie trebellianum
senatuscōsultū habeat locū vbi quis est rogatus restituere quicqd
supererit:si hȝ generaliter locū trebellianū:ergo ⁊ trebellianica q̄
inde causať:⁊ hoc firmat Imo.in.d.§.generaliter.⁊ ita legendo te/
nui in.d.auť.cōtra rogatus.lȝ autē hoc casu forte nō sit locus tre/
belliano ꝓpter illa vba a legatis ⁊ relictis vt.s.factis per not.per
Bart.in.d.§.generaliter.versi.inde queritur.⁊ in.d.l.titius.cuius
tamē cōtrariū firmat Imo.in.d.versi.inde queritur.nihilominus
non ꝓpterea debemus dicere ꝙ cesset detractio quarte:qꝛ si cessat
trebellianica ex eo qꝛ fideicommissum sit singulare non vniuersale
prout vult Bar.habebit locum falcidia que detrahitur de relictis
singularibus prout trebellianica de vniuersalibus:⁊ hoc puto sa/
tis clarum:tamen superfluam reputo hanc insistentiam hoc casu:
quia ex quo tale fideicommissum est in piam causam cessat falcidia
auť.similiter.C.ad.l.fal.⁊ licet sit magna hesitatio inter doc.⁊ con
flictus opi.vtrum idem dicendum sit in trebellianica.s.an cesset in
legatis ⁊ fideicommissis vniuersalibus ad pias causas prout eas la
te recitaui in.d.auť.similiter tamen quia communis opi.est ꝑ pia
causa:⁊ quia in dubio pro pia causa est inherendum tanꝙ in partē
benigniorē iuxta.l.sunt ꝑsone.de relig.⁊ sum.fune.⁊.l.benignius.
ff.de legi.hec pars est in pratica secunda prout dicit Saly.in dicta
auť.similiter.⁊ Imo.in.d.l.marcellus.§.qd̄ autē.licet ipsi in pūcto
14 iuris sint in contraria sentētia.†Unus autē remanet mihi scrupu
lus super quo non reperio quicꝙ a maioribus nostris scriptum.s.
vtrum rogatus restituere qd̄ supererit se omnia que superfuerint
possit hodie alienare dodrātem dictorum bonorum pro libito vo
luntatis etiam gratia diminuendi fideicommissum:nam cōstat qd̄
de iure antiquo id facere non poterat vt.d.§.nonnunꝙ.⁊.d.l.sed ⁊
si lege.§.qd̄ autem.⁊ in.d.l.titius.tamen verba Iustiniani in dicta
auť.de resti.col.viij.videntur aperta in cōtrarium.refert em̄ Iusti/
nianus constitutionem diui Marci que circa alienationē require
bat arbitrium boni viri:de qua constitutione sit mentio in.d.l.ti/
tius.⁊ decisionem papiniani qui disposuerat non posse alienari fi/
deicommissum interuertendi causa:postea Iustinianus capit aliā
viam disponendo ꝙ penitus non possit alienare vltra dodrātem:
et sic etiam si bonafide ⁊ ex quadam necessitate alienaret:⁊ subdit
formaliter.non enim concedimus ei qui grauatus est etiam ex stu/
dio ꝙ Papinianus dicebat interuertendi fideicommissi causa vt
etiam quarta minuatur institutionis eius:sed hoc omnino relin/
quere alijs autem omnibus in eius positis potestate et licentiam
habere in his sicut voluerit vti quēadmodum perfectis dominis
competit.cum enim supra loquatur etiam specifice de donationi/
bus ex studio factis gratiā interuertēdi quartam et postea omnia
alia simpl'r ponat in potestate heredis innuitur ꝑmissam esse alie/
nationē etiam si fiat gratia ⁊ studio diminuēdi fideicōmissum:qd̄
et suadēt verba sequētia:quia loquitur ꝑ verbū voluerit qd̄ non est
regulatum ab arbitrio boni viri.l.fideicōmissa.§.quāꝙ.de leg.iij.
et ideo videtur recessum a iure antiquo de quo ibi premittitur qd̄
reducebat ad arbitrium boni qd̄ etiam suadent verba sequentia
quēadmodum perfectis dominis cōpetit:sed perfecti domini pn̄t
pro mero libito voluntatis alienare.l.in re mandata.C.mandati.
merito ⁊ huic rogato liceat ⁊ donare dictas res et aliter pro mera
voluntate alienare.volui autem hoc tangere non qd̄ audeam fir/
mare sed vt dem materiam cogitandi.in via autem disputatiua be
ne firmare et substentare auderem.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccxliij.

☞ Sententia lata sine scriptis an valeat stante statuto ꝙ in cau
sis minorum ⁊ cōsanguineorū ꝓcedatur summarie ⁊ de plano ordi
ne ⁊ solēnitate ac substātialitate iudicij omissis.
1 Sententia ꝙ in scriptis feratur quo iure sit inductum ⁊ an possit
3 et facit. l. cogi. §. inde queritur. ff. ad trebel. † Et pariter non subeunt onera hereditaria hi qui succedunt in legitima notatur per gloss. et docto. in. l. cum a matre. C. de rei vendi. a merito quia legitima non est quota hereditatis sed est quota bonorum. l. papinianus. §. iiij. ff. de inofficio. testa. bona autem cēsentur illa que restāt deducto ere alieno. l. subsignatum. §. bona. ff. de verbo. significatio ni. ideo is cui relinquitur quota bonorum non subit onera hereditaria. l. non amplius. §. finali cum. l. se. ff. de legatis prio. et cū itaq; dictus Franciscus fuerit a testatrice institutus solum in parte certe domus pro sua legitima et pro supplemento legitime in bonis testatricis vel in pecunia prout placuerit Bartholomeo heredi vniuersali: et sic in effectu fuit institutus in legitima. et per consequens in re certa censetur institutus non in quota hereditatis. et sic singularis successor non vniuersalis: ideo onus libre nō videtur q sequatur eum sed vniuersalem heredem prout est dictus Bartholome9: quod maxime videtur dicendum: quia dictus Bartholomeus dedit dicto Francisco certam quantitatem pecunie pro residuo dictorum suorum iurium. et per consequens vere dictus Franciscus fuit consecutus certas res non quotam hereditatis: quinimmo nec sub nomine quote bonorum cum non bene appareat vtrum quātitas

et res habite vigore transactionis ascendant vel non ⁊ an excedāt
4 quantitatē legitime. ¶ †Tertio videtur iuvari dictus Francisc⁹
alia ratione quia ea que ipse consecutus fuit non videtur habuisse
vt heres ⁊ sic a testatore sed potius suo cōtractu: ⁊ ideo nō iudicet
dicta pecunia habita a testatore ar. l. si heres institutus. ff. ad. l. fal. ⁊
facit. l. cum hereditas ad trebel. merito non teneatur subire onera
ipsius testatoris vel hereditaria. ⁊ per consequens non teneat̄ sup-
portare onus dicte libre impositum ipsi testatrici ⁊ successiue he-
reditati: si enim nullus adijsset hereditatem dicte testatricis nemi
ni vt arbitror dubium videretur quominus hereditas iacens ha-
beret subire onera datiorum impositorū pro dicta libra: ergo pari
ratione ad ipsa datia teneatur heres vniuersalis in quem trāseunt
iura hereditaria ⁊ actiua ⁊ passiua. l. prima. C. si cer. peta. ⁊. l. ꝑ he-
reditarijs. C. de heredita. ac. cum infinitis similibus. Quarto pre-
dicta conclusio confirmatur quia ita videtur expresse conuentum
ex quo expresse actum fuit in ipsa transactione quod dictus Bar-
tholomeus subiret cōmoda omnia ⁊ incommoda dicte heredita-
tis ⁊ ipse Frāciscus rem ⁊ quantitatem conuentas ⁊ sic sine distin-
ctione: ergo generaliter de omnibus incommodis intelligitur cō
uenisse inter eos quod spectent ad Bartholomeum cum vniuersa
liter loquatur transactio per verbum omnia ⁊ qui vniuersaliter lo
quitur nihil excludit. c. solite de maio. ⁊ obe. l. iulia. de lega. iij. capi.
si romanorum. xix. distinctio. cum similibus: sed prestatio imposi-
tarum: ⁊ sic ipsa datia sunt onera libre ⁊ incommoda: ergo cēsetur
conuentum inter partes quod dictus Bartholomeus subeat di-
ctum incommodum soluendi dicta datia seu prestantias. Quinto
iuuantur predicta: q: videtur hoc decidi lege municipali sub rubri
ca de rebus alienandis qua cauetur quod cogatur soluere datia il-
le ratione cuius allibramēti imposita sunt datia: sed ista datia seu
prestantie de quibus agitur sunt imposite occasione allibramenti
dicte testatricis quā vniuersaliter representat dictus Bartholo-
meus ergo ipsas cogatur soluere ipse Bartholomeus ⁊ non dict⁹
Franciscus: dato etiam quod ipse Franciscus cēseatur habere quo
tam bonorum dicte testatricis ⁊ illam censeatur habere a testatri-
ce quia cauetur expresse dicta lege municipali quod non cogatur
5 soluere possessor: sed auctor in cui⁹ libra sunt bona estimata. †His
tamen minime refragantibus contrariam partem arbitror de iu-
re veriorem scilicet quod solutio dictarum prestantiarum ⁊ colle-
ctarum spectet ad dictum Franciscum: nam iste prestantie specta
re videntur ad dictum Franciscum ex cēsura legis municipalis sub
rubrica bona cuiuslibet suppositi transeant cum onere soluēdi one
ra communis senarum: qua lege expresse cauetur quod bona sint
obligata pro dictis oneribus imponendis ⁊ censeantur censualia
ad quemcunq; vadant ⁊ ex tenore dicte legis censeātur indicta di-
ctis rebus ac bonis ac si per dominos ⁊ possessores essent ⁊ fuissent
communi senarum expresse ⁊ solenniter obligata ⁊c. ex quo demō-
stratur quod censentur onera realia ⁊ patrimonialia prout sunt tri
6 buta: maxime ex quo statuitur quod sint cēsualia ipsa bona. †Cū
census ⁊ tributum sint sinonima quando scilicet debent̄ fisco ꝑut
inquiunt gloss. Bar. ⁊ Imo. in. l. j. §. j. ff. de publi. ⁊ probatur in. l. j.
iuncta rubrica. C. sine censu vel reli. ⁊ licet quandoq; differant quia
census presupponit dominium rei censuarie esse penes habentem
soluere tam directum quam vtile ⁊ tributum dūtaxat vtile: tamen
omnimodo censetur onus reale ⁊ transit ad quemcunq; vadat res
censualis dictum onus etiam si sit ecclesia prout tenet ibi Pau. de
castro. ad hoc quod voluit Barto. in. l. rescripto. §. finali de mune-
ribus ⁊ hono. ⁊ in consilio suo quod incipit si aliqua possessio in or
dine mihi. xviij. ⁊ per Baldum in. l. fina. C. sine censu vel reli. facit
etiam quia pro onere mixto scilicet quod imponitur persone pro
rebus prout sunt regulariter collecte non sunt bona obligata sed
tantum persone sed lege municipali bona ipsa sunt obligata meri
7 to censeatur munus reale. ¶ †Et insup est expressum quod legata
rius tenetur ⁊ ad onera imposita postq; cessit dies legati in. l. apud
iulianum. §. heres. ff. de legatis primo. ⁊ ibi docto. omnes ⁊ expsse
disponitur quod in quemcunq; transeant cum suo onere: vnde cū
dicta datia seu prestantie imponantur rebus seu pro rebus ⁊ trās-
eant cum suo onere videtur ex hoc inferri quod quatenus dicta bo
na dicte Bartholomee peruenerunt ad dictum Franciscum dict⁹
Franciscus debeat subire onera dicte prestantie ex quo censentur
in dictis rebus ipsis. prout expresse videtur disponi in dicta lege
municipali ⁊ prout est de natura onerum patrimoniorum. vt. l. iij.
C. de episco. ⁊ cle. suadet itaq; ratio iuris municipalis ⁊ iuris com-
munis quod quilibet subeat dicta onera pro rata bonorum que ad
quemlibet eorum peruenit ex quo respectiue ⁊ commēsuratiue ad
estimationem bonorum imponuntur: ⁊ maxime hoc est dicendū
quia presupponitur quod prima libra erat finita ⁊ debebat finito
iam septennio noua fieri libra: ⁊ si facta fuisset minime dubium est
quod Franciscus augmentasset suam libram ratione dictorū. cccl.
flore. si fecisset debitum ad quod artatur ⁊ dictus Bartholomeus
non habuisset considerationem in estimatione suorum bonorum
de dictis. cccl. flore. spectantibus ad dictum Franciscum cū illa nō
sint de bonis suis: vnde non veniunt in estimatione bonorum suo-
rum secundum quam estimationem debet fieri libra prout in pun
cto presupponitur: cum itaq; libra antiqua fuerit finita ⁊ sopita ⁊
prestantie imponantur pro estimatione bonorum ratio artat q̄d
dictus Franciscus soluat pro estimatione suorum bonorum intra
que sunt que habuit ex dicta transactione et primo erat legitima.
8 †Cum supplementum legitime fiat ipso iure saltem eo ipso quod
filius declarat illud velle. l. scimus. in principio. C. de inofficio. test.
et licet solute sint dicte prestantie secundum libras antiquas: ta-
men est verisimile quod illud contigerit extantibus ipsis allibratis
quo casu ex quadam necessitate factum fuit vt scilʒ citius extorque
rentur pecunie quibus communitas ipsa indigebat. ⁊ licet esset ex
parte alienum a recto tramite iuris tamen non multū aberrabat
ex quo in dubio res presumuntur durare sub eodem dominio. l. si v-
ne possidetis ibi per glo. ⁊ docto. C. de prob. sed vbi allibratus est
defunctus ꝯstat quod ipse non potest exigi ⁊ q bona non sunt sub
eodem dominio: quia mors omnia soluit in autē. de nupt. §. dein-
ceps ⁊ vtplurimum bona testatorum deuoluuntur ad plures: rari
enim testantur qui non distribuant in plures aliqua eorum bona:
ideo id quod est consuetum in allibratis viuentibus non est trahē
dum ad allibratos mortuos cum subsit diuersitatis ratio per ꝓdi-
cta. ⁊ quia dicta exactio facta secundum libram veterem est exorbi
tans a iure communi ⁊ a iure municipali ergo restringenda. c. que
a iure communi exorbitant. de regu. iur. in sexto ⁊ in. l. ius singula
re. ⁊. l. quod vero contra. ff. de. ll. cum si. maxime cum non sit conso
na rationi: ergo etiam ex hoc capite restringenda argumen. l. q nō
ratione. ff. de. ll. ⁊ hoc profecto forent meo iudicio clara si non ob-
starent que in contrarium deducuntur: vnde contrarijs confuta-
9 tis ostendetur vera dicta conclusio. ¶ †Non obstant antē dedu
cta in contrarium: non enim obstat quod onera hereditaria trās-
eant in heredem quia negatur istud esse onus hereditarium saltē
ex quo est iniunctū post aditam hereditatem ex quo prestantie iste
non erant indicte tempore iacentis hereditatis et ex quo sunt in
dicte pro bonis videntur indicte illis quorum sunt bona cum one
ra realia censeantur per supradicta qninimmo ⁊ si essent persona-
lia imposita personis pro rebus ⁊ hoc respectu mixta prout sunt re
gulariter collecte. vt per Ioan. andr. in. c. j. de immu. eccle. lib. vj. et
Bar. in dicta. l. rescripto ⁊ in. d. consi. xviij. simil'r deberētur ab his
qui tempore quo collecte imponuntur sunt domini rerum ꝑ qui-
bus indicuntur ⁊ qui tunc temporis fructus percipiunt per ea que
habentur in dicta. l. rescripto. §. fi. ⁊ per Bar. in. l. is qui. ff. de cessi.
bono. ⁊ in. l. que ratio. ff. de vsuf. leg. ad hoc. d. §. heres qui. §. lʒ lo-
quatur in vectigali ⁊ tributo: tamen per docto. intelligitur etiam
in collectis: maxime per Baldum Imo. ⁊ Pau. de castrō vbi etiā
volunt quod legatarius tenetur rem legatam post diem legati ce-
dentem facere extrahi de libra seu estimo defuncti. ⁊ poni in sua li-
bra multo fortius heres in quota bonorum puta in legitima vel in
rebus certis. ⁊ per consequens. non obstat si dictus Francisc⁹ non
fuit consecutus quotam bonorum primo enim fuit illam consecu-
tus per dicta. l. scimus. ⁊ pro illa fuit postea consecutus certa bo-
na ⁊ certam quantitatem pecunie. ¶ Non obstat tertia ratio quia
ipse Franciscus fuit prius heres in legitima vt predictum est ⁊ il-
lam habuit a testatore iuncta legis dispositione maxime cum sup-
plementum reliquerit ipse testator licet declaratio commissa ꝑ eū
fuerit in arbitrium heredis que remissio videtur ipso iure remota
per. l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. testamento. ideo ante
transactionem subibat onus dicte libre pro sua rata ⁊ post transa-
ctionem: licet non subeat onus pro rata legitime tamen debʒ sub-
ire pro rata bonorum que habuit cum dicte prestantie correspecti
nentur ad ipsa bona qualitercunq; ⁊ a quocunq; sint habita: non
enim habetur respectus a quo sint habita in impositione huiusmo
10 di prestantiarum sed quis habeat bona ipsa. ¶ †Nec obstat q he
reditas iacens artaretur forte ad prestandas huiusmodi prestan-
tias si hereditate iacente fuissent imposite: tunc enim nō esset ali-
qui posset teneri ⁊ bona essent hereditaria ⁊ fructus augerent he-
reditatem cum dominium vere non transeat in legatariū nisi adi-
ta hereditate. l. si tibi homo. §. cum seruus. de legatis primo lʒ adi
ta hereditate fingatur retro a die mortis quesitum. l. a titio de fur.
et. l. legatum. de legatis. ij. ⁊ fructus sibi retro cēsentur quesiti qua
tenus retro transire fingitur dominium prout habetur in. l. si quis
bonorum vbi de hoc lega. j. ⁊ ideo tunc ratione dicte fictionis ⁊ q:
onus tributi ⁊ collecte debetur ratione fructuum vt dictum est le-
gatarius teneretur refundere si hereditas soluisset ⁊ non soluta sol
uere ad quod etiam dicto. §. heres ⁊ pari ratione: imo fortiori he-
11 res in re certa. ¶ †Nec obstat quarta ratio quia respondetur q̄d
immo dicta verba possunt induci pro non contra: nam in dicta ora
tione determinantur commoda ⁊ incommoda ab eodem determi
nabili: remaneant ergo debent pariter ⁊ vniformiter terminari ar
gumen. l. iam hoc iure. de vulga. ⁊ pupil. ⁊. l. hereditatem. ⁊. l. ꝑnis.
C. eodem titu. ⁊. l. fi. C. de sententijs. sed constat quod commoda re
sultantia ex rebus datis dicto Francisco ad eum spectant ⁊ non re
manent Bartholomeo: ita ⁊ incommoda ex dictis rebus resultā-
tia non remaneant ipsi Barthol. intelligitur ergo de commodis
⁊ incōmodis

et incommodis reliquis.i.non respicientibus dicta bona cōcessa a Franci.⁊ istud verbum reliqua includit ⁊ hoc quidem fuit de mente contrahentiū:non enim est verisimile quod fuerit de mente ꝙ prestantias imponendas post finitum iam septēnium haberet soluere ipse Bartholomeus pro rebus ipsi Franci.obuentis maxime cum esset verisimiliter quod noua libra fieret ⁊ si facta fuisset cui dubium quod pro illis rebus Franci.augmentasset libram suam ⁊ nō ipse Bartholo.nec poterāt diuinare quod preter solitum libra nō renouaretur ⁊ verba potius cedunt menti quam econtra.l.in conuentionalibus.ff.de verborum significatio.⁊.l.non aliter.de leg.iij. et.c.intelligentia.extra.de verbo.signifi.licet in casu isto nō discrepent verba quia verbum reliqua excludit dicta incommoda ex dictis rebus ad Franciscum spectantibus causanda prout excludit similia commoda vt premisi.preterea dicte prestantie non erant incommoda dicte Bartholomee testatricis ex quo eius tempore nō fuerant indicte.⁊ tamen dicta verba restringuntur ad incommoda dicte Bartholomee vt innuunt ipsa verba transactionis:itaqꝫ

12 vis verborum non tendit in contrarium. ¶†Nec obstat vltimum quia dictus Franciscus habuit in auctorem ipsam testatricē: non enim legatarius ⁊ minus heres in re certa habet titulum ab herede vniuersali:sed ab ipso testatore sed ipse defunctus non pōt conueniri merito nō militat hoc casu dicta lex municipalis nec in re alteri relicta a testatore vel iure legati vel iure institutionis in re certa heres vniuersalis representat defunctum:sed potius ipse singularis successor.l.id tempus.ff.de vsucap.merito dicta lex municipalis in hac parte exorbitans non artat heredem vniuersalem ad subeundum onera prestantiarum pro rebus particulariter relictis dicto Francisco nec dicta exorbitantia debet extendi sed restringi arg.l.ius singulare.⁊.l.quod vero contra.de.ll.⁊.c.que a iure cōmuni exorbitant.de regu.iur.in.vj.nec obst.si dicatur quod dict⁹ Frāciscus dictam quantitatem habuit titulo transactionis a dicto bartholomeo.⁊ sic in dicta quantitate dictus Bartholomeus est auctor dicti Francisci merito ⁊c.nam ad hoc respondetur quod si hoc argumento fungimur tunc dictus Bartholomeus habet versa vice a dicto Francisco portionem sue legitime que ad eum erat deuoluta:ideo ipse tenetur subire tanꝗ auctor sextam partem libre dicte Bartholomee ex quo legitima sua erat sexta pars bonorū.autē.nouissima.C.de inoffi.test. Laus deo.

¶Summariū super consilio.cclxv.

1 Auus paternus seu auia paterna:an pariter succedant cum auia materna seu auo materno in omnibus bonis nepotis an vero separatim respectu bonorum prouentorum ex eis:⁊ eorum contemplatione.

Fratres vterini an preferātur consanguineis in bonis maternis et econtra consanguinei vterinis in paternis ⁊ quid si sint ex diuersis matrimonijs.

2 L.quod scitis.§.finautem.C.de bonisqꝫ lib.quomō intelligatur.

¶Consilium.cclxv.

1 

In nomie domini nostri Jesu Christi. ¶†Circa istum articulum videtur prima facie dicendum qđ dicta Duchessa auia paterna succedat in bonis paternis exclusa in eis specia auia materna ⁊ an dicta specia auia materna succedat in bonis maternis exclusa in eis dicta Duchessa auia paterna:nam de hoc videt casus quasi in terminis in.l.quod scitis.§.finautem.C.de bonisqꝫ lib.prout illū tex.intelligit ibi Bart.dicens ꝙ ibi est casus ꝙ auus paternus excludit auum maternum in bonis paternis ⁊ econtra auus maternus excludit auum paternum in bonis maternis.⁊ dicit Bart.qđ istum intellectum tenet ibi glo.⁊ idem voluit ipē bar. in autē.itaqꝫ.C.cōmunia.de suc.⁊ idem videtur tenere Ange.in.d. autē.itaqꝫ.C.cōmunia.de suc.⁊ idem videtur tenere Ange.in.d. l.ꝙ scitis.§.finautem.idem etiā videtur Imo.velle in.l.post dotez in vltimis verbis.ff.soluto matri.dicens quod pater prefertur matri in bonis prouentis a patre vel linea paterna per dicta.l.ꝙ scitis.similiter Pau.de castro.in.d.l.ꝙ scitis vltimo loco ponit intellectum Bart.⁊ non impugnat pro quo facit qꝛ al's in simili habet qđ fratres consanguinei preferuntur vterinis in bonis prouentis a patre ⁊ vterini in bonis maternis preferuntur cōsanguineis p.l. de emancipatis.C.de legi.heredi.⁊ per glo.in dicta autē.itaqꝫ qđ et cōmuniter tenetur in dictis iuribus ⁊ al's simile videmus in filijs diuersorum matrimoniorum in.l.cum in alijs.C.de secundis nup. facit etiam.l.si qua mulier in vltimis verbis.C.ad ter.per que similia Ponta.in dicta.l.post dotem.dicit quod licet opinio.Bart.nō probetur per.d.l.ꝙ scitis.§.finautem.tamen est satis substentabilis ex quib⁹ demonstratur quod multi videntur inherere sententie Bart.⁊ prout auus maternus secūdum hoc excludit auum paternum in bonis maternis idem eadem ratione videtur dicendū qđ auia materna excludat auiam paternam prout esse videtur de mēte Bartol.⁊ sequacium.⁊ maxime Jmola.qui.loquitur in patre et matre facit quia masculinum ⁊c.⁊ in materia successionis est sublata differentia sexus ⁊c.nec videtur posse assignari ratio differentie ergo ⁊c. ¶His tamen non obstan.semper mihi visa fuit verior cōtraria sententia scilicet quod non adhibita distinctione bonorum equaliter succedant auus paternus ⁊ auus maternus ceteriqꝫ ascēdentes eiusdem gradus cuiuscunqꝫ sint linee seu sexus prout probat text.in generalitate sui in dicta autentica defuncto ⁊ in corpore vnde sumitur ⁊ suadet ratio:quia ex quo bona vndecunqꝫ prouenerint sunt efficacia vnicum patrimonium ⁊ vnica est hereditas ipsius defuncti de cuius successione agitur non debeat considerari nisi vt vnica hereditas ex quo ipsa hereditas defertur que est successio in vniuersum ius defuncti.l.nihil aliud.de verborum significationibus.⁊.l.hereditas.de regulis iuris.nec deferuntur ab intestato bona:sed ipa hereditas ⁊ ipsa hereditas aditur ⁊ ipsa acquiritur ⁊ repudiatur.vt patet.ff.⁊.C.de acqui.⁊ repub.hereditate. et institu.de heredi.ab intestato.⁊ in corpore eodem titul.licet in cōsequentiam deuoluantur bona tanquam in hereditate comprehēsa.Hinc resultat petitio hereditatis que est actio vniuersalis ⁊ nō dicitur petitio bonorum.vt.ff.⁊.C.de pet.hereditatis in qua actione bona que petuntur non deducuntur principaliter sed veniunt officio iudicis mercennario petitur enim ipsa hereditas hoc est ipsum actorem declarari heredem vt hec habentur in.l.j.in princip. ff.de eden.⁊ in.l.edita.C.eodem titu.⁊ in.l.iiij.ff.de peti.hered.sua det ergo ratio quod vbi defertur hereditas non habeatur distictio bonorum vnde scilicet delata fuerint ⁊ hoc regulariter ⁊ quasi semper videmus obseruari in omnibus successoribus ⁊ merito quia ex quo vnica hereditas defertur non debet diuerso iure censeri.arg. l.eum qui edē.de vsuc.⁊ licet in quibusdam casibus per iura noua specialiter contra rigorem iuris aliud decernatur non debent ille specialitates trahi in consequentiam ⁊ extendi ad casus separatos arg.l.ius singulare.⁊.l.ꝙ vero contra.ff.de.ll.⁊ regule que a iure cōmuni exorbitant.in.vj.cum concordan.⁊ arg.l.quod non ratiōe.ff. de.ll.⁊ hinc videmus quod licet in fratribus consanguineis ⁊ vterinis adhibeatur dicta distinctio bonorum tamen non adhibetur in fratribus patruelibus ⁊ consobrinis qui sunt magis similes fratribus cōsanguineis ⁊ vterinis quam auus paternus ⁊ maternus. ⁊ similiter non adhibetur in patruis ⁊ auūculis nec aliquis audet attentare quod ad eos extendatur ⁊ merito per iura preallegata:si itaqꝫ illa similia non trahuntur ad casus seu casum magis similem multominus debent trahi ad hunc casum minus similem ar.aut. multomagis.C.de sac.sanc.eccle.cum si.vnde licet potuisset imperator ex dictis silibus trahi ad idē disponēdum in auis p̄rno m̄rno nec fuisset improbabilis sanctio nihilominus si non reperit ita sancitum a iurislatore:non possumus ex nostri capitis sententia facere dictam differentiam bonorum quam facit Bart.per iam dicta.

2 †Et propterea est necessario videndum qualiter dicto.§.finautez intelligatur.⁊ an sit bonus ad illum tex.intellectus Barto.⁊ profecto videtur ꝙ intellectus Barto.non patiatur ille tex.nā cōmuniter habetur in illa litera dictio idem scdm quam literā ille tex.debet intelligi in patre ⁊ auo ipsius nepotis prout dicit ibi Cy.⁊ tāgit etiam Bald.item qꝛ dictio eius que sequuntur in litera posita post dictionem auum ⁊ dictionem patrē debet ad vtrāqꝫ referri in dubio ar.l.talis scriptura.de legatis.j.⁊.l.iij.§.si filius de lib.⁊ post hu.et.c.secundo requiris.⁊.c.inquisitioni.de appel.⁊ quod habet in.l.si idem cum eodem de iurisdi.om.iud.⁊ maxime quia in princ. dicti.§.vbi fit mentio de patre non erat facta mentio de matre:ꝫ solum de nepote decedente sine liberis superstitibus auo paterno et patre.ita quod non diuinando seu cauillādo intelligitur de patre ⁊ auo ipsius nepotis defuncti de quo solo premittitur.item dictus intellectus Barto.secundū Saly.⁊ Rapha.ibi non pōt procedere quia filia que fuit superlucrata dotem erat sub potestate sui patris:ideo ipsi patri quesiuit vsumfruct.⁊ propterea vsusfru.pertineret ad ipsum auum maternum cuius contrarium dicitur in.d. §.finautem secūdum eos.que ratio videtur concludens.⁊ lꝫ Pau. de castro conetur dictam confutationem tollere tamen non bene prout alias legendo dicto.§.finautem satis aperte demonstraui. Preterea aduertendum est quod licet intellectus Barto.esset rationabilis si loqueretur in his dumtaxat que profecta essent a matre.arg.d.l.de emancipatis quam Barto.adducit.⁊ argu.dicta.l. cum alijs.C.de secundis nupt.tamē qꝛ tex.dicit ex matre vel ex ei⁹ linea certe remanet dictus intellectus sine ratione ⁊ absqꝫ aliquo simili:quid enim si ab auia materna proficiscatur in ipsum nepotem non est ratio quod ad auum maternum redire debeat ⁊ multominus si peruenisset ex proauia hoc est matre auie materne vel proauo hoc est patre auie materne:tunc enim clare militant verba illius tex.⁊ tamen nulla subest ratio quod hoc casu auus maternus succedat in istis bonis eo quia profecta sunt a persona cui tempore auus maternus non succederet ⁊ cui possibile est quod sit cōiunctus auus paternus ⁊ non auus maternus secundum casuum contingentiam:⁊ licet docto.hoc non ponderent contra Barto.tamē videtur multum ponderandum contra ipsum intellectum Bart. contra quem Rapha.etiam inducit quia ille text.saltē in sua generalitate.⁊ maxime attentis precedentibus procedit in lucris nuptialibus:er tamen si vxor lucratur donationem propter nuptias et postea transit ad secundas nuptias illa donatio ꝓpter nuptias

statim quo ad proprietatem transit in filios primi matrimonij.l.fe mine.C.de secundis nupt.cum autenticis ibi positis.ꝛ similiter si non subit.secundo tamen proprietas vadit ad filios cōmunes qui dicta bona cōsequuntur tanꝙ bona paterna ꝛ non tanꝙ bona materna.l.gnalr.§.fi.ꝛ in trib⁹ se.autēticis ibi positis. C.de scōis nup. ideo nō esset rōnabile ꝙ in dictis lucris succedat dcis filijs auus mr̄nus excluso auo paterno:sed ratio potius suaderet ꝙ ecōuerso paternus auus excluderet maternum si vnus alteri esset preferēdus et ex his satis aperte ꝛ concludenter deducitur ꝙ intellectus bart. non applaudet verbis litere.ꝛ sic eius opinio.non probatur per illum tex.prout etiam dicit Ponta.in.d.l.post dotem circa mediū: nec etiam cōuenit rationi in terminis in quibus loquitur ille text. et non probatur alibi prout etiam ipse ꝛ ceteri dicunt.ꝛ per consequens standum est regule iuris antiqui ꝛ nouissimi secundum quā hi quibus est delata hereditas succedunt in heredite pariter respectu omnium bonorum vndecunqꝫ prouenerint prout hoc est nouissimum ꝛ infra etiam subdetur. Et posito quod dicto.§.finautez intelligeretur prout intelligit eum Barto.nihilominus ei⁹ opiñ. non transiret sine dubio per iura nouissima autenticorum qꝛ Dy. Cyn.ꝛ Raynu.tenuerunt quod per dictaz autēticam defuncto sit correcta dicta.l.quod scitis.§.finautem.nam tex.ibi equaliter vocat auum paternum ꝛ maternum ꝛ clarius in corpore vbi tex.dicit ex quo inter eos hereditas diuidatur per quod videtur quod pariformiter in omnibus bonis succedant equaliter:nam ex quo dicit hereditas omnia bona cōprehendit arg.d.l.hereditas.ꝛ dicta l.nihil aliud prout hoc ponderat Saly.in dicta aut.itaqꝫ vbi inclinat in hanc partem ꝛ in eam etiam ipse inclinat in.d.l.quod scitis licet non se firmet in lec.tamen prout refert ibi excellentissimus doctor.dominus Joannes de monte sperello pater ꝛ dominus meus hoc firmat Saly.ibi in certis recollectis hanc etiam opinio.approbat ipse Dy.in sua di.quam sequitur Cyn.in.l.fin.C.communia. de succe.ꝛ eam tenent Raynu.ꝛ Bal.prout refert Rapha.fulg.in dicta.l.quod scitis dicens eam intrepide tenendam.ꝛ secundū eaz sepissime consuluisse quod auus paternus ꝛ maternus in omnib⁹ bonis equaliter succedant ꝛ maxime procedit in alijs bonis quam nuptialibus lucris:nam si.d.l.ꝙ scitis.§.finautem loquitur in auo paterno ꝛ materno Cy.ꝛ Bald.ibi restringunt in lucris nuptialibus de quibus premittitur.in principio.illius litere.ꝛ.§.finautem videtur prosequi eundem casum vt denotat dictio idem que vt dixi habetur communiter in litera ꝛ suadet natura aduersatiue autē que est quod casus sequens aduersetur precedentibus in eisdez terminis.vt per glo.ꝛ Barto.in.l.mariti.§.fin.ff.de adul.ꝛ per Saly. in.l.vinum.ff.si cer.peta.hanc etiam partem.s.quod in omnib⁹ bonis succedant auus paternus ꝛ maternus tenuit prefatus celeberrimus dominus meus in dicto.§.finautem.ꝛ secundum eum cōsuluit asisij.d.Benedictus capra integerrimi iudicij ꝛ veridicus consultor cuius consilio me subscripti.ꝛ idem legendo tenui in.d.§.fin autem.ꝛ idem semper visum fuit ꝛ in presentiarum videtur esse de iure satis clarum.Non obstat adductis in contrarium que sublata apparent per supradicta:non enim obst.d.l.quod scitis qꝛ habꝫ varios intellectus scilicet quod loquatur in patre ꝛ auo ipsius nepotis de cuius bonis ibi agitur ꝛ hunc intellectum dicit ibi Cyn.esse dandum ad illum textum si dictio idem est dicens qꝺ iste est intellectus glo.alius est intellectus Cyni casu quo in litera non sit dictio idez scilicet quod loquatur in auo paterno ꝛ auo mr̄no prout loquitur Bartol.tamen intelligit in lucris nuptialibus put etiaz intelligit Bald.in alijs autem bonis dicit qꝺ Bart.male loquitur quamuis idem Bal.in auẗ.defuncto videatur velle qꝺ etiam in lucris nuptialibus non procedat opinio ipsius Bar.de iure nouissimo.ꝛ licet Bar.damnet dictā lecturam Cy.tamen ipse Cy.in additionibus.ꝛ Bald.dictam lec.defensant ab obiectione Bart.alia lectu.est quod loquatur in patre ꝛ auo materno matris lucrantis et sic in auo ꝛ proauo maternis ipsius nepotis ꝛ ista fuit lect. Acc. ad illum textum licet Barto.dicat quod glo.intelligit illum text. prout ipse intelligit ꝛ hoc quidem in pratica est non mediocriter animaduertendum propter auctoritatem gloss.que maxima est iuxta not.per Jac.but.in.l.j.C.qui pro sua iurisditione:circa ergo intellectum glo.ꝛc.Acc.semper ibi vbi vult qui ille.§.finautem prosequatur eundem casum.in principio positum scilicet in lucris nuptialibus prout est videre in omnibus glossellis ibi positis excepta gloss.fin.ꝛ glos.antepenul.in quibus aliud non dicitur qꝛ alie gloss.ibi posite omnes pōderāt de lucrante ꝛc.Et ille due nil aliud dicunt ꝛ hinc est quod gloss.nullibi facit mentionez de isto casu de quo esset habēda mētio si intelligeret̃ scōm lec.Bar.que esset mētiteneda si vera foret ꝛ profecto ꝙ loquat̃ in patre ꝛ auo ipsius nepotis magis applaudet illi litere put ꝛ dicit Raph.ibi tamē ƀm istū intellectū ꝛ ƀm intellectū gl.supra deductum est eadē ratio.s.ꝙ attendatur graduū prerogatiua ꝛ consonant cum regulis iuris antiqui ꝛ nouissimi:ideo amplectendi sunt cū non sint inducēde iuriū exorbitantie:sed concordie per iura vulgaria.ꝛ saltē in alijs bonis ꝙ in lucris nuptialibus ponderata per auctoritatē gl.vt supra in hac parte sunt plures ꝛ numero ꝛ auctoritate.s.ꝙ nō debeat adhiberi dicta distinctio bonorum quā adhibet Bar.vt deprehēdi pōt ex iā dictis ꝛ doc.pro hac parte tenentes loquunt̃ magis accurate et digeste:sepe em̄ occurrit ꝙ multi videntes dictū Bart.nō aliter illo ponderato lꝫ sola eius auctoritate contēti cū illa transeūt.ita in hoc casu plerisqꝫ contigit.vt arbitror sed tenentes cōtra sec⁹ faciunt qꝛ solent doc.a Bar.recedētes diligenter ponderare put ꝛ faciunt in his terminis.Nec est hoc casu magnifacienda auctoritas Bar.prout in alijs suis dictis attento qꝺ ipse Bar.errauit in credendo illam fuisse lectu.gloss.ꝛ auctoritas glo.potuit faciliter eū mouere ꝛ forte aliud dixisset si animaduertisset glo.alter intellexisse illum tex.nam auctoritas glo.de facili quemlibet mouet maxie in lectionum discursu.ꝛ ex his concludo prout ꝛ al's legendo ꝛ consulendo pluries conclusi qꝺ auus paternus ꝛ maternus in omnib⁹ equaliter sucedant. ꝛ idem auia paterna ꝛ materna ꝛ al's cōsulendo dicebam ꝙ dato sine preiudicio veritatis ꝙ.d.§.finaūt pateret intellectum Bar.ꝛ non esset sublatus nec moderatus per iura nouissima:tamē qꝛ tex.dicit ex matre vel ex eius linea certe remanet dictus intellectus sine ratione:quid em̄ si ab auia materna pficiscatur nonne ex linea materna.ꝛ tamē nō est ratio ꝙ ad auū mr̄num redire debeat successio ꝛ multominus si peruenisset ex pauia materna hoc est matre auie materne vel proauo hoc est pr̄e auie materne tūc militant verba illius tex.ꝛ tamē nulla subest ratio ꝙ hoc casu auus maternus succedat in istis bonis eo qꝛ profecta sunt a psona cui nō succederet ꝛ cui possibile est ꝙ sit coniunctus auus paternus ꝛ non ipse auus maternus ƀm casuum contingentiā ꝛ hoc etiam est multum ponderandū contra intellectum Bar.licet doc. non ponderant ꝙ licꝫ in via disputatiua foret substentabile tamē non auderē firmare retento intellectu Bar.ad dictū.§.finaūt etiā de iure nouissimo:bene autem aperta fronte audeo firmare quod auia paterna ꝛ auia materna in omnib⁹ bonis equaliter succedāt per alia media supra posita. Laus deo.

¶ Summariū super consilio.cclxvj.

1 ☞ Auia materna tutrix sue neptis si post mortem eius accipiat iterum possessionem bonorum dicte neptis an inciderit in penam statuti prohibentis aliquem ad quem successio defuncti non spectat ingredi possessionem rerū alicuius defuncti.p totum.

2 Possidere nomine suo non dicitur qui nomine alieno possidet et an dicta possessio transeat in heredem etiam ex aditione hereditatis vt requiritur noua apprehensio ꝛ hereditatis acquisitio.nu.9.

3 Substitutio pupillaris censetur testamentū pupilli.

Probatio per testes eandem vim importat vt probatio p instra.

4 Statutum prohibitiuum ꝛ imponens penam alijs quam scriptis heredibus si possessionem apprehendant an videatur etiaꝫ predictum statutum alijs prohibere argumēto a cōtrario sensu.

5 Argumentum a contrario sensu:an sit licitum ad correctionem alterius iuris.

6 Testis testamentarius non est legitimus heres institutus vniuersaliter licet seruus esse possit.nu.seq.

7 Testamentum debet habere testes legitimos in sufficiēti nūero.

8 Decretum ex quibus possit dici subreptitium.

10 Peritis in arte sua iura cedunt.

11 Ignorantia iusta cadit in facto alieno.

Tutor debet curare vtilia pupillo ꝛ dānosa vitare.

12 Officium nemini esse debet dānosum.

13 Possessione sua quilibet tuendus est etiā predo.

14 Causa proxima est efficacior ꝙ remota.

¶ Consilium.cclxvj.



In nomie domini nostri

1 Jesu christi. ¶ † Circa primum consultationis articulum videtur primo aspectu dicendum quod dicta domina Santolina inciderit in penam dicti statuti continuando possessionem dictorum bonorum vt consultātis verbis vtar:non enim est continuare possessionem:sed in possessione perseuerando animo possidenti est de nouo possessionez apprehēdere:nam in vita dicte Christofore pupille dicta Santolina tutrix possessionem retinebat nomine dicte pupille.ꝛ per consequens il-

2 la pupilla possidebat:non autem ipsa tutrix. † Quia qui alieno nomine possidet nō possidet ipse:sed cuius nomine possidetur.l.qꝺ meo.in prin.ff.de acq.pos.ꝛ.l.certe.§.j.ff.de precario.ꝛ.c.cum venissent in fi.de resti.spo.ꝛ p mortem ipsius pupille admittit̃ ipsa possessio nec transit in heredem etiam ex aditione hereditatis sed requirit̃ noua apprehensio ꝛ noua acquisitio possessionis.l.cum heredes.in prin.ff.de acqui.pos.ꝛ.l.vniuersas.§.ꝙ per colonū.ꝛ.l.pōponius.§.quesitū.eo.ti.ideo dicta Sātolina si adita hereditate.d. Christofore continuauit possessionem illam de nouo quesiuit cuz prius ipsa non possideret ꝛ possessio ipsius Christofore esset extincta cum mors omnia soluat in autentico de nup.§.deinceps.ideo ipsa censetur de nouo possessionem apprehendisse.ꝛ per cōsequēs videtur incidisse in penā dicti decreti quod videtur prohibere apprehensionem possessionis rerum que fuerunt a testatore possesse: nam dictus Marianus fuit verus testator.licet etiam Petrus antonius

tonius videtur ꝙ debeat cēseri aliquo respectu testatoꝛ ex quo eiꝰ
pater videtur qꝺ ei fecerit pupillarem substitutionem que videtur
3 pꝛobari per plures testes. ¶ †Nam pupillaris substitutio cēsetur
testamentū pupilli.l.patris ⁊ filij testamentum.ff.de pupil.substit.
et.l.ij.§.pꝛius.eo.titu.⁊ constat eandem esse rationem pꝛohibēdi
appꝛehensionem possessionis rerum que possidebantur a pupillo
qui decessit cum pupillari substitutione.⁊ in appꝛehensione posses
sionis rerum que possidebantur ab alio testatoꝛe.⁊ per consequēs
videtur vtroq; casu idem de iure respondendum.l.posthumi.§.sed
hi.versiculo nam diuus.ff.de lib.⁊ posthu.⁊.l.j.in fi.C.eodem titul.
et.l.de quibus.§.in veterata.ff.de.ll.cum si.maxime quia videt̄ qꝺ
dicta Santolina inciderit in penam duꝫ appꝛehendit possessionē
nomine dicte Chꝛistofoꝛe quia ipsius facto ventum fuit contra di
ctum decretum si talis appꝛehensio non licebat:ideo eidem San-
toline est imputandum non dicte Chꝛistofoꝛe pupille et ignoꝛare
eoꝛum que gerebantur:nec etiam videtur reddi posse ratio differē
tie inter casum in quo heredes sunt scripti in testamēto in scriptis
redacti ⁊ casum in quo sunt heredes scripti coꝛam testibus non ad
hibita scriptura attento quod parem vim habet pꝛobatio ꝑ testes
et pꝛobatio per instrumenta.l.in exercendis.C.de fide instru.et pa
rem vim habet testamentum nuncupatiuum ⁊ substitutio pupilla
ris in eo facta si per testes pꝛobatur ⁊ si pꝛobatur per scripturam ꝑ
ea que habentur in.l.hac consultissima.§.per nuncupationem. C.
de testa.⁊.l.publicati.eod.titu.pꝛeterea pꝛobatur per testes quod
de dicta substitutione pupillari fuit facta scriptura quia totum te
stamentum fuit in scriptura redactum per Permarinum vnuꝫ ex
testibus testamentarijs qui dicitur quod est notarius licet non de
scripserit vt notarius ⁊ pꝛopterea videntur posse verificari verba
dicti decreti loquentia de scriptis heredibus nec videtur refraga-
ri si dicat qꝺ putabatur quod dicta substitutio non valebat:qꝛ di-
ctum decretum videtur super hoc pꝛouidere disponendo quod di
spositio ipsius decreti pꝛocedat etiam si allegaretur de inualidita
4 te testamenti. ¶ †Nec etiam obstare videtur si quis dixerit quod
dictum decretum permittit certis personis appꝛehendere posses-
sionem:non autem pꝛohibet alios possessionem appꝛehendere:nā
verba dicti decreti illum non expꝛimunt ⁊ decretum penale ⁊ a iu-
re exoꝛbitans non videatur extendēdū ad casus verbis non cōpꝛe-
hensos sed potius verba ipsa videantur restringenda ea ratione:
quia exoꝛbitans.l.ius singulare.⁊.l.quod vero contra.ff.de.ll.⁊.c.
cum dilectus de consuetudine ⁊ regula que a iure communi exoꝛbi
tant in sexto.et etiam ea ratione quia iura penalia sunt restringen
da.c.statutum.de elect.in.vj.⁊ regula in penis.eod.lib.⁊.l.si pꝛeses.
et.l.interpꝛetatione.ff.de penis quia ad hoc videtur posse respon
deri qꝺ dictum statutum videtur imponere penam alijsq; scriptis
heredibus si possessionem appꝛehendunt:nam licet decretum ex-
pꝛesse permittat ⁊ non pꝛohibeat tamen a contrario sensu videtur
alijs pꝛohibere.l.si quis ex argentarijs.§.pꝛohibet.ff.de eden.⁊ fa
cit.l.qui testamento.§.mulier.ff.de testamentis.est enim argumē-
tum a contrario sensu validissimum in iure.l.j.§.huius rei foꝛtissi
mum est argumentum.ff.de offi.eius cui man.est iurisditio.⁊ maxi
me in casu isto:quia pena in decreto apposita non potest adaptari
ad casum compꝛehensum in verbis decreti que sunt permissiua ap
pꝛehensionis possessionis.⁊ pena imponitur appꝛehendentibus
possessionem in casu non permisso:non autem appꝛehendentibus
in casu permisso vt aperte significant illa verba si quis vero contra
fecerit ⁊c.⁊ etiam verba rubꝛice alias illa appositio pene esset om-
5 nino ludibꝛio quod non est dicendum caplo commissa.de elect.in
vj.⁊.l.si vero.in pꝛin.ff.de iudi. ¶ †Hinc dicimꝰ quod licꝫ argumē
tum a contrario sensu non assumatur ad alterius iuris coꝛrectionē
vt not.Joan.andr.in caplo publicato.de elect.⁊ Bart.in.l.omēs
populi.de iusti.⁊ iur.⁊ Bald.in dicto.§.mulier.⁊ in.l.conuenticu-
lam.C.de episco.⁊ cle.⁊ Salyce.in dicto.§.huius rei.ad quod etiā
nota.gloss.singularis in.c.cupientes.§.quod si per viginti iuncta
l.apud antiquos.C.de fur.ad quod etiam nota.per gl.in.c.j.de eta
te ⁊ qualitate.⁊ in capi.significasti de foꝛo competenti ⁊ per Arch.
tertia questione.j.in capitu.beatus.tamen fallit quando de cōtra-
ria mente statuentis apparet.pꝛout dicit Barto.in dicta.l. omēs
populi.et satis de mente statuentium apparere censetur quando
statutum al's nihil operetur pꝛout depꝛehenditur ex dictis Bald.
in.l.conuenticulam.vbi refert Dy.consuluisse in ciuitate floꝛentie
et Cy.in ciuitate pistoꝛij quod si statutum disponit quod filia suc-
cedat non extante masculo censetur per illud statutum filia extan-
te masculo exclusa.⁊ sic per contrarium sensum coꝛrigitur ius com
mune.pꝛout volunt pꝛefati docto.ad hoc facit optime auctentica
ex testamento.C.de colla.vbi hoc idem notat Pontanus allegan-
do autē.diaconissam.C.de episco.⁊ cle.iuncta glo.text.enim in.§.
diaconissam in autentico de satis.episco.non loquitur coꝛrectiue:
nec habet coꝛrigere iura antiqua nisi a contrario sensu.⁊ tamē coꝛ-
rigit pꝛout voluit gloss.in.l.nulla.C.de episco.⁊ cle.super qua est ap
posita dicta autentica diaconissam.⁊ etiam glo.in.§.quoniam in
autenti.quomodo opoꝛtet episcopos idem videtur velle Bald.in
l.obseruare.§.pꝛoficisci in.iij.questione colum.iiij.ff.de offi.pꝛocon

su.ex his itaq; videtur posse concludi quod dicta Santolina con-
tinuando dictam possessionem inciderit in penam dicti decreti.et
successiue circa secundum quesitum videtur quod dictus Jacobus
scriptus heres possit ingredi possessionem dictoꝛum bonoꝛum ex
quo pꝛobatur per aliquos testes quod fuit descriptus in dicta pu-
pillari substitutione que vt dixi censetur testamentum filij.⁊ ꝑ con
sequēs videntur militare verba affirmatiua dicti decreti permittē
tia appꝛehensionem possessionis rerum per testatoꝛem possessarū
maxime quia decretum quatenus permittit ⁊ appꝛehensionē pos-
sessionis pꝛopꝛia auctoꝛitate videtur fauoꝛabile ⁊ fauoꝛes sunt am
pliandi non restringendi.l.cum quidam.ff.de libe.⁊ posthu.⁊ capi
tulo odia.de regu.iuris in.vj.cum concoꝛdantijs. ¶ His tamē mi-
nime refragantibus contrariam partem puto de iure intrepide te
nendam pꝛimo quod dicta Santolina non inciderit in penam di-
cti decreti ex pluribus et pꝛimo quia tempoꝛe quo ipsa continuā-
do possessionem illam sibi quesiuit post moꝛtem dicte Chꝛistofoꝛe
non erant examinati nisi duo testes qui nullatenus legitime pꝛo-
babant dictam substitutionem ex quo ad pꝛobandum testamentū
requiruntur septem testes dicta.l.hac consultissima vel saltem cum
pꝛesbytero parochiali duo vel tres alij vt in.c.cū esses extra.de testa
men.ita quod tunc tempoꝛis nō apparebat aliquod testamentum
dicte Chꝛistofoꝛe ⁊ paria sunt non esse vel nō apparere.l.duo sunt
titij.ff.de testamen.tute.⁊.l.si fuerit.ff.de rebus dubijs.⁊.l.cū res.
§.cum itaq;.ff.de legatis.j.ideo cum dicta Santolina esset pꝛoxi-
mioꝛ dicte Chꝛistofoꝛe si putabat illam ab instetato decedere ⁊ ꝓ-
pterea continuauit possessionem non videtur in culpa.⁊ per conse
quens non videtur incidisse in penam cum pena absq; culpa regu
lariter non soleat imponi.l.si qua pena.ff.de verboꝛum significatio
nibus.⁊ in.c.sine culpa.de regu.iur.in.vj.⁊ sexagesima distin.in ca-
no.satis peruersum quod ⁊ videtur de mente condentis dictuꝫ de
cretum quia videtur loq quando testamētum pꝛoducitur vt patet
ex verbis decreti ibi nisi testamentum qꝺ pꝛoducitur appareret in
ualidum ex sui foꝛma.⁊ sic videtur loqui dictum decretum quādo
testamentum pꝛoducitur.et idcirco sentire videtur qꝺ tunc pꝛoce-
dit dispositio ipsius decreti in pꝛimo sui capitulo quādo testamen
tū pꝛoducitur ꝙ quidem minime contingebat saltē tempoꝛe quo
dicta Santolina appꝛehendit possessionem:ideo contrarius sen-
sus illius decreti non adaptatur ad hunc casum.Cum contrarius
sensus descendat ex cōiecturata mēte disponētis.l.apud antiquos
C.de fur.que coniecturata mens depꝛehenditur in contrariuꝫ hoc
casu quo testamentum non ꝓducebatur saltē ꝙ in sui figura appa
reret validum ex quo pꝛesupponitur ꝙ tunc tempoꝛis non erant
examinati nisi duo testes qui sine dubio non sufficiunt etiam de iu
re canonico nisi ad pias causas vel inter libꝛos pꝛout cōmuniter te
netur in.d.l.hac cōsultissima ⁊ in.d.c.cum esses.⁊ in.c.relatum.eo.
titu.quinimmo tempoꝛe quo possessionem quesiuit noīe Chꝛisto-
foꝛe nullus testis fuerat examinatus nec de testamento foꝛte aliqd
dicebatur fuit itaq; dicta pꝛima acquisitio possessionis facta ꝑ di-
ctam Santolinam licita ⁊ immunis a dicta pena dato sine pꝛeiudi
cio veritatis quod dicta substitutio fuerit de se valida.⁊ postea le-
gitime pꝛobata quia dicta Santolina non poterat id diuinare et
pꝛopterea excusanda est per.l.si putatoꝛ.ff.ad.l.aquil.⁊.c.vt nostrū
extra vt ecclesiastica beneficia nec decretum punit continuationeꝫ
possessionis appꝛehense nec illam pꝛohibet sed solum pꝛohibere vi
detur ⁊ punit ipsam appꝛehensionem possessionis.⁊ idcirco dato
sine pꝛeiudicio veritatis quod dictum testamentum pupillare fue-
rit postea legitime pꝛobatum scilicet per examinationem alterius
testis cuius tamen contrarium al's consulendo tenui ⁊ in ꝑsentia-
rum sum eiusdem sententie nihilominus non militat dictū decre-
tum quod vt dixi loquitur de ipā appꝛehensione non de continua
tione possessionis licite appꝛehense nec dictum decretum exoꝛbi-
tans et penale est trahendum ad casum non cōpꝛehensum sub ver-
bis sed potius verba essent restringenda vbi cōmode fieri posset ꝑ
rationes ⁊ iura.s.adducta.⁊ maxime qꝛ nō est eadē ratio nō quere
re vel quesitū amittere iuxta illud turpiꝰ eijcit̄ ꝙ nō admittit̄ ho-
spes.c.quēadmodū.de iureiu.⁊ multa ipediūt faciēda que nō impe
diunt iā facta.c.ad apostolicā de regularibus.⁊.l.patre furioso cū
6 ibi notatis.ff.de his qui sunt sui vel alieni iur. †Et pꝛopterea pari
ratione nō obstaret si dictū testm̄ fuisset postea ꝑ summū pontificē
roboꝛatū ꝓut roboꝛatū dꝛ per quoddā bꝛeue cuius copiā vidi i scri
pturis ad me delatis:nā ex quo illud bꝛeue nō emanauerat tpe ap-
pꝛehēsionis dicte possessionis nō inficit dictā possessionē ꝑ pꝛoxie
dicta lꝫ re vera arbitrer dictū bꝛeue nō iuuare seu roboꝛare dictuꝫ
testm̄ ex eo qꝛ in supplicatiōe fuit suppꝛessum in nō narrādo ꝙ so-
roꝛ testatoꝛis ꝗ narrat̄ deposuisse coꝛā notario sup dicto testō seu
vltima volūtate fuerat directo substituta.d.Chꝛistofoꝛe ſm eiꝰ di
spositionē ꝙ qdē expꝛimi debuit qꝛ institutus heres in testō nō est
legitimus testis testamētarius vt est exꝑssum in.l.qui testō.in ꝑnc.
ff.de test.⁊ ꝓbatur in.§.legatarij ibi qꝛ iuris successoꝛes ⁊c.inst.eo.
ti.⁊ repellit̄ nō solū a pꝛobatione rōne ꝓpꝛij interesse:sꝫ etiā ab ip
so initio nō est censendus idoneus testis ad solēnizandū testm̄ ille
qui hꝫ in testō titulū institutionis:adeo ꝙ etiā si postea recusaret

omne ius suum vel aliter priuaretur omni iure: ita qd̃ cessaret omne eius interesse nihilominus testamentum non iuuaretur eius ꝓbatione si nõ iuuaretur sufficienti numero alioꝝ testium. Quia testamẽtũ debet ab initio hr̃e testes legitimos in sufficiẽti nũero. ɔ. l. hac consultissima. ⁊ insti. eo. titu. §. fi. ⁊ attenditur qualitas testiũ testamentarioꝝ non solum tp̃e quo deponunt: sed etiã tẽpore quo testamentũ conditur insti. de test. §. testes. ⁊. §§. sequentibus maxime in. §. sed nec heres vbi assignatur ratio quare heres scriptus in testõ. ⁊ alij ibi nominati nõ sunt legitimi testes q꜡ tẽpore testamẽti cẽseť negotiũ agi inter testatorẽ ⁊ heredem. ⁊ sic ponderať tp̃s testamenti conditi non tẽpus depositionis sit'r si seruus tẽpore testamẽti adhibeť in testez ⁊ postea tẽpore quo deponit est factus liber nõ ꝓpterea est idoneus testis. ɔ. l. qui testõ. §. seruus⁊ contra si tempore testamenti fuisset liber ⁊ postea efficereť seruus esset iudicãdus idoneus testis: quinimmo qd̃ est fortius si tp̃e testamenti esset seruus sed cõmuni opinione habebatur pro libero lʒ tẽpore depositionis detegať seruus nihilominus censebitur idoneus testis. l. j. C. de testa. ⁊ insti. de test. §. sed cum tẽpore ⁊ est ratio q꜡ testes requiruntur in testamẽto non solum ad approbandum sed etiã ad ip̃m

8 solẽnizandũ vt habetur in dictis iuribus preallegatis. ¶ †Et subreptio resultat non solum quãdo aliquid nõ exprimiť quo expresso rescribens verisimiliter nõ concessisset id quod rescripsit vt in. c. super literis. de rescriptis. ⁊ in. l. j. ⁊. l. prescriptione. C. si contra ius vel vtilitatem publicã: sed etiã si taceť aliquid quo expresso rescribẽs non cõcessisset de leui id qd̃ concessit vt est expressuʒ singulariter in c. postulasti vbi hoc doc. notant extra. de rescriptis ⁊ subreptio in huiusmodi gratiosis reddit rescriptum ipso iure nullum vt in. c. ad audientiam de rescriptis: licet in literis iustitie subreptio nõ reddat rescriptum nullum: sed annullandũ. ɔ. c. super literis. ⁊. ɔ. l. prescriptione cũ si. si autem fuisset intimatum principi qualiter illa testis que narrabatur fuerat substituta pupillariter pro sua parte et qd̃ de pupillari substitutione principaliter erat tractãdum ⁊ ratione dicte substitutionis erat cõtrouersia profecto arbitrãduʒ est qd̃ princeps de leui non validasset dictũ testamentum saltez respectu pupillaris substitutionis de qua agiť. ⁊ maxime q꜡ tp̃e depositiõis non cessabat eius interesse ⁊ licet postea eadeʒ soror in articulo forte mortis declarauerit id qd̃ reuelauerat dixisse ꝓ veritate. ⁊ nõ ꝓ suo interesse: immo suo iuri renunciaret: tamẽ non ꝓpterea iuuatur eius dictum inualidum: posset insuper vlterius instari sup sub reptione ⁊ nullitate dicti breuis ⁊ supplicationis introcluse tamen super hoc p̃ncipaliter non consultus non me intromitto vlteri⁹ satis est ad propositum consultationis ꝙ dictum rescriptum siue validũ sit siue inualidũ non inficit apprehẽsionẽ possessionis que ꝑpre

9 cesserat vt ex premissis deductum est. †Iuuatur etiam dicta domina Santolina: q꜡ dictum decretum loquitur cõditionaliter vcʒ si ꝑ mortẽ alicuius de possessione suarum rerum contentio eueniret illis liceat ⁊c. si ergo non eueniret cõtentio de possessiõe ⁊c. deficit cõditio dicti decreti: ideo tũc deficit ip̃m decretũ. ⁊ maxime attẽta prefatione ipsius decreti ⁊ ratione ipsi⁹ que est vt obuieť scandalis q̃ solent occurrere in apprehensionibus hm̃oi possessionum rerũ iaʒ defuncti vt exprimitur in prin. decreti: si itaqꝫ non occurrit contẽtio aliqua cessat ratio decreti: ideo cesset etiam ei⁹ dispositio. l. qd̃ dictum. ff. de pac. c. cũ cessante. de appel. ⁊. l. adigere. §. quãuis de iure patro. ⁊ si dicatur licet tunc non euenisset contẽtio exorta est ad presens respõdeť ꝙ attendiť tp̃s apprehensionis possessionis qa decretum prouidet sup apprehensiõe quãdo ⁊ cui liceat ⁊ quando et cui non liceat vt ex verbis decreti dilucide apparet ⁊ supra demonstratũ est: qualitas ergo illa vtrũ. s. sit contentio debet considerari tp̃e quo agitur an liceat necne. ⁊ sic tp̃e apprehensionis ⁊ acqsitionis ipsius possessiõis: qualitas em̃ debet adesse ꝺm temp⁹ verbi. l. in delictis. § si extraneus. ff. de noxa. ⁊. ff. de here. insti. l. si alienum. ⁊. ff. ꝙ iussu. l. si tutoris. §. fin. non aũt reperio in scripturis et actis ad me delatis ꝙ tp̃e mortis dicti Petriantonij pupilli de cuius rerum agitur vel parum postea fuerit contentio super possessione ipsarum rerum: nec etiã tẽpore mortis dicte Christofore pupille ex cuius persona venit Santolina illam continuãdo. ⁊ sic mutãdo sibi nomẽ possessiõis: vt vbi prius noie alieno possidebat superueniẽte noua causa ꝓprio noie possedit ꝙ quidẽ solo aĩo fieri põt l. certi cõdictio. §. fi. ff. si cer. pe. l. qua rõne. §. interdũ. ff. de acq. rerũ dñio. ⁊. §. interdũ insti. eo. ti. merito licuit dicte Santoline apphẽdere possessionẽ dictarũ rerũ nomine dicte Christofore statiꝫ mortuo Petroantonio prout fecit ⁊ postea mortua ipsa Christofora noie proprio: nõ obstante dicto decreto cũ tũc tp̃is nõ esset contẽtio ⁊ posset etiã attentari ꝙ ex quo illa acquisitio noie suo fit solo aĩo nec requiriť nouus actus corporeus ꝑut requiriť regulariter in apprehẽsione possessionis. l. iij. §. j. ⁊. l. queadmodũ. ⁊. l. cũ heredes. ff. de acqui. pos. cũ si. cuꝫ ꝑ tali apprehensione non requiratur actus facti nec accessio ad locũ: lʒ solus animus nõ cadit assumptio armoꝝ de quibus in prefatione dicti decreti nõ militet in his terminis dictum decretũ licet hoc aliter pro nũc non firmẽ: satis autẽ sit ꝙ tp̃e quo quesiuit non aderat talis cõtẽtio nec illa postea superueniens est cõsiderãda quo ad apprehensionẽ iam factã per. ɔ. di

prout ꝛ volunt ibi doct. ꝛ licet extendant nõnulli etiam ad similes casus.s.quãdo ciuitas querit ex cõtractibus similibus puta ex permutatione que est similis venditioni: tamẽ non extẽdunt ad alias acquisitiones puta ad acquisitionẽ ex prescriptione vel ex indulto superioris: ꝛ maxime quia hmõi priuilegia de facili perduntur: vt et.s̃.dictũ est per.l.j.de nũdinis hinc non est mirũ si Bar. ꝛ Põta. cõsulentes in prescriptione nõ collectandi aduersus ciuitatẽ non faciunt mentionẽ de.d.l.fi.C.de sacrosan.eccle. Ultimo respõdetur ꝙ.d.l.fi. priuilegiat ciuitatem in prescriptione currenda aduersus primas psonas ꝛ heredes ꝛ successores earũ que verba plane intellecta sonant ꝙ si ille actiones intentantur cõtra vendentẽ donantem heredẽ eius a quo legatur vel eorũ successores tunc requiratur prescriptio centenaria secus si cõtra tertiũ possessorẽ: nam tertius possessor poterit iuuari minori spacio vt pbat tex. ille in dictis verbis prout videtur velle glo. ibi posita sup verbo moueantur prout et post Oldra. clare declarat ibi Rapha. dicens ꝙ ita intelligunt illã glo. Old. ꝛ Bal. ꝛ ꝙ ista sit intẽtio glo. patet etiã ex precedenti glo. sup verbo personas: licet Bar. aliter satis extranee intelligat illam glo. ꝛ illũ tex. s. qd glo. velit ꝙ petitio hereditatis non detur cõtra titulo possidentes. l. nec vllam. de peti. heredi. ꝛ. l. cogi. C. eo. titu. sed rei vẽdicatio datur cõtra quẽlibet ꝛ similiter hypotecaria et ille cõtra quẽ datur censetur prima ꝛ principalis psona ſm eum: sed certe prout ꝛ dicit Rapha. ful. in repetitione hereditatis ciuitas a titulo possidente nõ excluditur tempore ꝛ sic non verificãtur verba glo. que vult ꝙ ab aliis excludũtur minori tempore: nam cõparatiuum relinquit positiuũ in tempore. l. vbi aũt non apparet. in prin. de verbo. obli. sed vult dicere glo. ꝙ procedit in petitione hereditatis que datur cõtra tertium possessorem sine titulo non in actionibus aliis hoc est actionibus personalibus que descendunt ex aliis tribus casibus: nam ex titulo heredis non causatur aliqua actio personalis nisi petitio hereditatis que licet sit realis: tamen habet aliquid vt ita dixerim personalitatis: vnde dicitur mixta. l. sed ꝛ si lege. §. petitio hereditatis. ff. de peti. heredi. ideo forte glo. in fi. dicit procedere in petitione hereditatis vt excludat psonales actiones nõ reales: ꝛ licet potuisset apertius ꝛ aptius loqui. tamen ista expositio est magis cõsona tex. ꝛ etiam glo. Nec ob. secũda ratio quia in cõsuetudine nõ attenditur an causa sit cõtinua vel non cõtinua prout. s̃. demõstraui. preterea in iuribus nõ realibus sed personalibus prout sunt vsusfructus ꝛ vsus procedit prescriptio licet habeant causam discontinuã. l. fi. C. de long. temp. prescrip. ꝛ ad istam similitudinẽ procedit prescriptio in hmõi datiis prout dicit Bar. in. d. §. earũ rerum. ꝛ sumitur ex dictis doct. ibi ad hoc qd dicam. j. circa prescriptionẽ iurisditionis. nam ꝛ illa habet causam discontinuam: quia requirit factũ hominis: et tamẽ prescribitur vt dicã in sequenti articulo: preterea licet seruitutes habẽtes causam discõtinuam nõ prescribantur nisi tempore cuius cõtrarii nõ extat memoria hominũ: tamen aduersus tales seruitutes prescribitur libertas seu seruitus amittitur: vt. ff. quemadmodũ serui. ami. l. si ex fundo. ꝛ. l. seq. ꝛ. l. si partẽ. ratio quia fauorabilior est libertas quã seruitus prout a simili liberatio quam obligatio. l. arrianus. de acti. ꝛ obli. ꝛ regula fauorabiliores in. vj. ꝛ. c. cum sint partiũ. eo. titu. et lib. item casu quo cessaret prescriptio sufficeret allegare titulũ cum nõ solutione per. xl. annos prout ꝛ. s̃. deductũ est. ¶ Non ob. tertia ratio cõtraria quia immo cõmunitas terre mõtis bodii habet ius cõmune pro se: nam cõmuniter forenses nequeunt collectari vt sepius dictum est: ꝛ licet cõmunitas synogalie prescriptione vel concessione principis habuerit ius collectandi nõ est ius cõmune: nec sunt paria iura specialia et cõmunia. d. l. eius militis. §. militia missi. ff. de testa. mili. ꝛ. l. ꝙꝙ. C. eo. ti. ꝛ nõ apparet qualis fuerit illa concessio ita ꝙ traheretur ad illos de synogalia. item ista libertas aduersus priuilegiũ collectandi de facili queritur: vt. s̃. demonstratũ est. ꝛ. d. c. j. prorsus. alio casu loquitur maxime quia procedit quãdo ius cõmune resistit quominus prescribens possit cõsequi illud ius prout volunt doct. ibi. ꝛ in. c. si diligenti. eo. titu. in antiquis: vbi etiã dantur alique limitationes que militarẽt in casu nostro si casus iste cõprehenderetur sub regula illius tex. sed in vero cõstat ꝙ non cõprehenditur vt patet ex premissis ideo nõ me extendo. Nõ ob. quarta ratio in contrariũ adducta: quia nõ prescribitur aduersus obligationem oriundã sed prescribitur aduersus ius collectandi ꝛ alie responsiones sumi possunt ex dictis. s̃. item in debitis annuis non descẽdẽtibus ex vltima volũtate prescriptio ab initio currit prout voluit Bar. in. d. §. in his post glo. ꝛ Panor. in. c. cũ olim. de censi. et facit ꝙ habetur in. c. significauit. eo. ti. ꝛ multi sunt in hac sententia sed nõ est opus super hoc instare qm̃ sunt alie solutiones magis plane. ¶ Non obstat quinta ratio quia verũ est ꝙ si vtitur iurisditione in vna re retinet sibi in omnibus forte si aliis non vtitur quia non occurrit secus si et alius nõ vtitur iure nõ subiectionis: hoc est quia nõ vult obtẽperare vel nõ soluit pretẽdens se nõ teneri prout hanc distinctionẽ in effectu facit Jmo. ex dicto Bar. in. d. §. earũ rerum. prout enĩ prescribitur iurisditio in alium ita et libertas seu exemptio: cõstat enĩ ꝙ in terminis cõsilii Bar. et cõsilii Ponta. ille cõmunitates exegerant aliqua datia et tamẽ nõ ex hoc impeditur ſm eos prescriptio exemptionis. item potest optime adduci tex. in. d. c. cum olim. de censi. vbi fuit in aliquo solutũ ꝛ in alio preiudicatur. Item cõtrarium nõ loquitur in cõsuetudine cõtraria. item ꝛ alie solutiones possunt sumi ex. s̃. adductis. ¶ Non ob. sexta ratio que quidẽ videtur quedã truffa: nam illa bulla tendebat ad augmẽtum iuriũ dicte cõmunitatis montis bodii non debet retorqueri in diminutionẽ ꝛ tendens ad liberãdum seu corroborandũ libertatẽ nõ debet inducere subiectionẽ seu obligationẽ. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. ꝛ. c. qd ob gratiã. de reg. iur. in. vj. ꝛ. l. legata inutiliter. de adimẽ. leg. cum simi. item dato ꝙ censeretur velle recedere a primo iure qd negatur tamẽ censeretur velle recedere si noua cõcessio valeret al's secus. arg. l. si iure. ff. de lega. iij. ideo cum prime litere per secũdas reuocentur tanꝗ̃ subreptitie et subreptitie litere gratiose non valeant ipso iure. c. ad audientiã. de rescrip. ideo ꝛc. item stantibus secũdis literis que eximebant a territorio vel iurisditione ꝛc. poterat remanere prima obligatio ad quantitatẽ annuã que debebatur ex assertis pactis. ideo liberatus ab vno poterat liberari ab omnibus vt sic ꝛ alia cõprehendat. ita ꝙ nihil obstat. Nõ ob. septima ratio in cõtrariũ adducta: quia licet in primo instrumẽto solutionis non dicatur specialiter pro quibus bonis satis est si in aliis dicitur. item licet non dicat̃ in specie satis est ꝙ sub vniuersalitate cõprehenduntur quia si pro oĩbus ergo et pro istis de quibus agitur: nam equiparatur ꝛc. l. si duo. in fi. ff. de admini. tu. ꝛ. l. oẽs. C. de prescrip. xxx. vel. xl. annorũ. ¶ Non ob. vltima ratio adducta que vt. s̃. deduxi cõfunditur per. d. c. cum olim. de censi. nam ꝛ ibi poterat fieri solutio etiam alia de alia moneta. item cõfunditur ex notatis per Bal. in. d. consi. cclj. ꝛ que illa coadiuuando dixi. ꝛ maxime cum in instrumentis apparent ꝙ illa summa. xl. librarũ soluebatur pro integra satisfactione ita ꝙ nõ est presumendũ ꝙ fuerint iactate alie quãtitates. d. l. cum de indebito. ꝛ insup illa negatiua probari potest per discussionẽ vt premisi: licet quo ad hoc propositũ non sit necessaria probatio negatiue. † Ex premissis autẽ facilis est descensus ad decisionẽ secundi quesiti. nam cõstat ꝙ iurisditio queritur cõsuetudine. l. fi. C. de iurisdi. om. iudi. ꝛ. l. j. ꝛ. l. fi. C. de emancip. libe. l. veros. C. de diuer. offi. lib. xij. ꝛ prout dicit Joã. and. in. c. cum contingat. de foro competen. ibi est expressum melius quã alibi ad idem. c. irrefragabili. §. excessus. de offi. ordi. dicit autẽ Ange. in. l. imperium. ff. de iurisdi. om. iudi. quod licet consuetudo possit dare iurisditionẽ tamen nõ potest cõcedere merum imperiũ: quia merũ imperium habet ille solus cui lege vel senatuscõsulto est cõcessum vt voluit glo. recte intellecta. in auꝭ. de defen. ciui. §. et iudicare dicens quod lombardi habent merum imperiũ ex pace cõstantie alii vero ex vsurpatione ꝛ sic nõ ex cõsuetudine ſm eum an aũt prescribatur longo vel longissimo tẽpore ex tali vsurpatione dicit se alibi dicturũ: vnde nõ loquitur de prescriptione vel cõsuetudine prescripta: sed quicquid dicat Bar. Bal. ꝛ Rapha. fulg. volunt ibi quod etiã merum imperium queratur cõsuetudine et prescriptione aliqua ex iuribus preallegatis. ad qd etiam. l. quicũꝙ castrorũ. C. de fundis limi. ꝛ glo. magna in. fi. in auꝭ. de defen. ciui. §. nullam. ꝙ et voluit Cy. in. l. j. C. de emãci. lib. idem cõcludit Bar. in cõsi. mihi. xiij. incip. primo queritur. ꝛ idẽ videtur velle in. l. j. §. deniꝙ. ff. de aqua plu. arcen. ꝛ in l. hostes. de cap. ꝛ Lap. in allegatione. lxxxv. ꝛ Joã. and. ꝛ do. Ant. in. d. c. cum cõtingat. qd ꝛ cõmuniter tenetur prout ibi dicunt Jmo. et Panor. ꝛ dicit Ang. in suo cõsi. cclxxxix. incipit circũspecta pactorũ serie. ꝙ cõmuniter in hoc seruatur ꝙ consuetudine queritur. ꝛ disputatio multa super hoc veniret in derisum. et qd Bar. etiã id voluit in. l. j. C. de seruitu. ꝛ Jnno. ꝛ Joã. and. in. c. bone. de postula. prela. ꝛ Jaco. de belui. in. d. §. ꝛ per iusiurandũ. de defen. ciui. ꝛ multi doct. per glo. magnam ibi. et maxime procedit quando agitur de querendo mero vel mixto imperio per eum qui al's illud habet. nam tunc facilius ampliatur et prorogatur: prout dicit Bal. in. d. c. cum cõtingat per. d. l. viros. ꝛ. d. l. si publicanus. et tangunt etiã ibi do. Anto. ꝛ Panor. ꝛ ideo cum dicta terra mõtis bodii sine dubio habeat merũ ꝛ mixtum imperiũ in incolas suos et intra territorium facilius prorogatur per predicta. Et prout dicit Barto. in dicto consi. xiij. si vsus quis fuit iurisditione seu mero ꝛ mixto imperio per tantũ tempus cuius initii memoria nõ extat. tũc res est absꝙ dubio: quia habet vim cõstituti a principe per. d. l. hoc iure. §. ductus aque. ꝛ. d. l. j. in fi. de aqua plu. arcen. ꝛ qd habetur in. c. super quibusdã. ꝛ. c. veniens. c. quid per nouale. de ver. sig. Cum itaꝙ in themate tanti temporis vsus dicta iurisditione et imperio presupponatur tunc staremus claro. dicit etiam Bar. ibi qd hoc procedit si sola prescriptio seu cõsuetudo allegatur. si vero allegatur cõcessio ab habente potestatem concedendi: tunc sufficit vsus longi seu longissimi temporis. xl. anno. et profecto est magna auctoritas Bar. ꝛ depẽdet ab his que habẽtur in. l. cum de in rem verso. cum aliis iuribus. s̃. adductis. Dato autẽ ꝙ non quesiuerit legitimo tẽpore nõ decurso iurisditionẽ ꝛ merum ꝛ mixtũ imperiũ circa cõmissa locis illis extra territoriũ sitis. tamẽ dicit notabiliter Bar. in dicto cõsi. ꝙ non debet inquietari in tali vsu iurisditionis vel meri ꝛ mixti imperii. per ea que habentur in. l. j. §. hoc interdicto. ff. de itinere actuꝙ priuato. vbi ipse Bar. notabiliter idẽ dicit.

et eum sequitur ibi Ang. ꝛ satis hoc ponderandum est plurimum
pro ipsa cōmunitate montisbodij: quia ei erat facile probare vsum
iurisditionis: prout requiritur in terminis. d. §. hoc interdicto. et
qd habeat vti et nō inquietari donec plene iuridice in petitorio de
25 iuribus partiū discutiatur hincinde. nam id longū erit. † Item di-
cit Bar. in dicto cōsilio ꝙ licet nō prescribatur iurisditio per vten-
tem iurisditione. tamē amittitur per eum qui primo ea vtebatur.
nam amittitur per non vsum saltē longissimi temporis. xxx. vel. xl.
annorū. per. l. sicut. ꝛ. l. omnes. ꝛ. l. cum notissimi. C. de prescrip. xxx.
vel. xl. annorū. ſm eum qui dicit hoc tenuisse Guil. de cu. in. l. impe-
rium. ff. de iurisdi. om. iudi. non tamē determinat requiri tantum
tempus. ꝛ idem ꝙ per non vsum amittatur licet alteri non quera-
tur. tenuit etiam Barto. in. l. iusto. §. non mutat. ff. de vsucap. Et
simile videmus in amissione seruitutū realium et personaliū quod
perdūtur per non vsum licet alius nō vtatur seruitute. l. si. cum sua
glo. quemadmodū serui. amit. ꝛ probatur in. d. l. sequitur. §. si viā. ꝛ
l. iusto. §. non mutat. de vsucap. ꝛ. l. is qui fundum. ꝛ. l. si mulieri. ff.
quemadmodū vsusfru. amit. ꝛ volunt Bar. ꝛ doc. in dictis iuribus.
et a paritate rationis idē dicendū est in iurisditione. s. ꝙ nō vtens
amittat licet alius nō querat quia Bar. in. d. §. non mutat equipa-
26 rat seruituti personali iurisditionē quo ad hoc. † Et al's Bar. in
dicta. l. si publicanus. §. in omnibus. de pub. dicit ꝙ ius collectādi
prescribitur ad similitudinē vsusfru. vsusfru. eñ non solū amittitur
per non vsum sed prescribitur ꝛ prescriptione queritur dicit Bar.
in. d. §. non mutat. licet glo. ibi cōtra. vnde ita parificare etiā debe-
mus in amissione. si itaq3 cōmunitas nō fuit vsa iurisditione in ho
mines delinquentes in dictis locis maxime in homines dicte terre
montisbodij videtur qd perdiderit iurisditionē licet hoc medium
habeat dubietates in iure: ꝛ in facto. tamen cum dicta cōmunitas
terre mōtisbodij vsa fuit dicta iurisditione nō vi clam vel precario
multo tempore non debet molestari nec inquietari donec sup peti
torio causa sopiatur. ꝛ hoc primum. item si probatur qd ipsa terra
montisbodij vsa fuit iurisditione et non cōmunitas dicte ciuitatis
Synogalie in homines terre montisbodij pro delictis cōmissis in
dictis villis tanto tempore cuius initij memoria non existit. simili-
ter est clarum qd iurisditio ipsa pertinet ad dictam cōmunitatem
montisbodij ꝛ non ad ciuitatem Synogalie circa cōmissa in dictis
locis per homines de montebodio. et pro claro hoc habet Bar. in
dicto cōsi. xiiij. nec requirit titulū nec allegationē tituli ad hoc. c. j.
de prescrip. lib. vj. nec requirit aliam sententiā principis nec quid
aliud: prout ꝛ cōcludit Imo. in. d. l. si publicanus. §. fi. ad hoc quod
dixi in principali articulo. s. ꝙ in cōsuetudine tanti temporis non
requiritur ꝙ probētur alie circūstantie. sinautē non fuit vsus tanti
temporis vel nō posset probari. tunc dicit Bar. in dicto cōsi. xiiij.
ꝙ licet habēs prescribere iurisditionē aduersus romanā ecclesiam
hoc est quia habeat prescribere iurisditionē in loco ad romanam
ecclesiā pertinente ꝛ nō prescribat minori spacio centū annis: vt in
aut. vt ecclesia romana centū annorum gaud. spacio: tamen si vsus
fuit longo seu longissimo tempore et allegatur cōcessio superioris
vel pacta inter ipsas cōmunitates confirmata per superiorē presu-
mitur interuenisse. ꝛ sic sufficiat prout cōcludit Bar. ꝛ maxime vi-
detur procedere in casu isto cum agatur de paruo preiudicio. nam
qd cōmunitas montisbodij quesiuerit iurisditionē super delictis
per homines de montebodio cōmissis in dictis villis nō est res ma
gni preiudicij. ideo statur tali presumptioni prout in simili dicitur
in seruitute in. l. seruitutes. ij. de seruitu. Maxime cū Bar. in dicto
consi. xiiij. ꝛ in. d. l. sequitur. §. si viam. ꝛ in. d. l. iusto. §. non mutat. ꝛ
in. d. l. si publicanus. §. in omnibus videtur cōparare iurisditionē
seruitutibus. in seruitutibus aūt gl. in. d. l. seruitutes. ꝛ Bar. vbiq3
tenet ꝙ sufficit sola patiētia cum cursu temporis ꝛ allegatio tituli:
etiam si habēt causam discontinuā. ꝛ idem tenent Saly. ꝛ Rapha.
in. d. l. cum de in rem verso. ꝛ dicit Pau. de cast. in. d. l. seruitutes. ꝙ
ista est cōmunis opi. legistarū ꝛ canonistarū. cañ. enim hoc tenent
in. c. peruenit. de censi. ꝛ notat Inno. in. c. si diligenti. de pscrip. ſm
eum qd maxime videtur dicendū. si ciuitas Synogalie non solum
passa fuit cōmunitatē montisbodij: vti dicta iurisditione sed ipsa
ad quā spectabat punire hmōi delicta non se intromisit. facit qd
supradixi qd ex actibus negatiuis inducitur cōsuetudo licet Pe.
Cy. in. l. si certis annis. Bal. ibi Ange. et Bal. in. d. l. seruitutes vi-
deantur tenere ex patientia nō induci presumptionē. quādo enim
agitur de paruo preiudicio doct. magis cōmuniter tenēt qd stetur
tali presumptioni etiā vbi interuenit sola patientia prout cōtigit
in seruitute. in casu autē isto interuenit patientia qd magistratus
municipales terre montisbodij vtantur iurisditione. item nō factū
ipsius cōmunitate Synogalie que non fuit vsa iurisditione ad se
spectante vnde fortior videtur ratio id presumendi qd vbi fuisset
simplex patientia prout cōtingit in terminis qui habentur in. d. l.
seruitutes. ꝛ propterea Bar. in dicto cōsi. xiiij. col. iij. instruit aduo-
catum in modo deducendi intentionē sui clientuli. nam aliud est
niti ex sola consuetudine vel prescriptione aliud est allegare ius ex
legitimo titulo causatum. ꝛ ad probandū inducere vsum longi vel
longissimi tēporis. tamē etiam videtur ꝙ cōmunitas montisbodij
videtur qd possit niti prescriptione longissimi temporis sine mala
fide. nam doct. cōmuniter tenent ꝙ iurisditio de qua nō dubitatur
sed etiam merum imperiū maxime minus prout est cognoscere de
damnis datis ꝛ leuibus criminibus iuxta not. per Bar. et ceteros
in. l. imperiū. de iurisdi. om. iudi. qd enim queratur longissimo tem
pore regulariter videtur in dubiū quia doct. cōmuniter querunt ꝙ
27 queratur etiam maximū: vt. s. dixi. † Tamen Bar. in dicto consi.
xiiij. videtur in terminis nostris multū obuiare tali prescriptioni.
nam primo dicit qd iurisditio est prohibita alienari per. l. hac edi-
ctali. §. ad hec. de pace iura. fir. x. collectione. ergo ꝛ prescribi per. l.
alienationis. ff. de verb. signi. ꝛ. l. vbi lex. ff. de vsucap. secundo dicit
qd iurisditio prescribitur cōtra eum qui in prouincia habet vniuer
salem iurisditionē. ideo infert ꝙ quia in ducatu ecclesia habet vni-
uersalem iurisditionē qui prescribit in aliqua terra dicti ducatus
iurisditionē censetur prescribere cōtra ecclesiā romanā. ideo requi
ritur spaciū centū annorū. per aut. quas actiones. C. de sacrosan.
eccle. ꝛ in corpore vt ecclesia romana centū an. gau. spa. in rubro et
nigro. ita videtur esse dicendū in casu nostro cum sit prorsus eadē
ratio in marchia Anconitana ꝛ in dicto ducatu. tamē aduertendū
est ꝙ Imo. in. l. j. §. deniq3. ff. de aqua plu. arcen. vult ꝙ prescriptio
non inducatur cōtra principē: sed cōtra ciuitatē metropolitanam
prouincie apud quā erat merum ꝛ mixtū imperium. cōstat enim ꝙ
apud vniuersitatē prouincie est merū ꝛ mixtum imperiū. vt ꝛ not.
ipse Bar. in prin. dicti cōsilij. xiiij. allegando. l. iij. ꝛ. l. illicitas. §. qui
vniuersitas. ff. de offi presi. ꝛ. l. j. ꝛ per totū. C. de offi. rec. puin. ideo
saltem cōtra ipsam vniuersitatē prouincialem prescribatur iurisdi
tio. ꝛ forte hoc est magis accurate dictū et satis vt arbitror de mēte
Imo. allegat Imo. no. per Inno. in. c. conquerente. de offi. ordi. et
per Barto. in. d. l. si publicanus. §. in omnibus. ideo nō requiritur
spaciū temporis centenarij: ꝛ maxime quia non agitur de preiudi-
cio graui alicuius nec prouincie nec principis quia nō detrahitur
iurisditioni vniuersali: quia licet terra montisbodij hoc est officia-
lis qui ei preest cognoscat de delictis cōmissis in dictis villis sitis
extra propriū territoriū: tamē nō detrahitur quin ꝛ princeps apo-
stolicus ibidē valeat exercere iurisditionē: ꝛ maxime eidē non dero
gatur si sua sanctitas punit ibi officiales. item et legatus marchie
ibidem exercebit iurisditionē eodem modo post prescriptā talem
iurisditionē per cōmunitatē montisbodij prout si nō fuisset prescri
pta: sed ageretur de preiudicio prouincie si per nō subiectū prouin
cie prescriberetur iurisditio: ideo tūc vere ꝛ proprie prescriberetur
aduersus prouinciā ꝛ in eis preiudiciū ita hic cum iurisditio parti
cularis in suo territorio sit apud vniuersitatē ciuitatis Synogalie
ista iurisditio prescribitur cōtra ciuitatē Synogalie nō cōtra prin
cipem: quia de nullo preiudicio principis agitur nec de preiudicio
prouincie ex quo non interest sit iurisditio apud ciuitatē Synoga
lie an apud vniuersitatē montisbodij: sed de solo preiudicio ciuita
tis Synogalie: ideo aduersus eam pscriptio inducatur. Et si volu
mus euitare auctoritatē Bar. aduertēdū est ꝙ in casu Bar. nullus
habebat in specie iurisditionē prout et ipse ponderat sentiens ꝙ si
ille comes nō amisisset iurisditionē per non vsum prescriptio mili
taret cōtra eum. nam prescriberetur illa specialis iurisditio que illi
cōpetebat: ꝛ sic sumus extra casum Bar. nam si ciuitas Synogalie
amisit iurisditionē per nō vsum: tunc cōmunitas montisbodij ha-
bet intentū: quia nullus eam molestat in vsu iurisditionis nisi cō-
munitas Synogalie vel eam representātes si nō amisit ꝛ tunc pre-
scriptio cōtra eam non currit. Nec ob. ꝙ Bar. dicit qd prohibetur
alienatio iurisditionis per. d. §. ad hec. ergo ꝛ prescriptio. quia re-
spondetur duobus modis vno modo ꝙ dicta. l. alienationis. pce-
dat in prescriptione triēnali ꝛ prescriptione longi temporis: quia
iste sole erant inducte illo iure et nō prescriptio longissimi tempo-
ris. xxx. vel. xl. an. vt no. per glo. in. l. iulianus. al's incipit non solū.
ff. ex quibus cau. maio. ꝛ in. l. qui occidit. ad legē aquil. ꝛ in. l. si quis
emptionis. C. de prescrip. xxx. vel. xl. an. ꝛ insti. de perpe. ꝛ temp. ac.
in prin. circa prin. ꝛ in aut. vt ecclesia romana centum an. gau. spa.
quas glo. sequūtur cōmuniter doct. licet quedā glo. aliud sentiant.
ideo in casibus in quibus est phibita alienatio iuuare videtur lon-
gissimi tēporis prescriptio saltē. xl. an. per generalia ꝛ precisa ver-
ba. l. omnes. C. de prescrip. xxx. vel. xl. an. hinc videmus ꝙ licet res
ecclesie cessante vtilitate ipsius nō possunt alienari. c. j. de reb. eccle.
non alie. lib. vj. ꝛ quasi per totum: ibi ꝛ in antiquis. ꝛ tamē nemini
dubium quin prescribantur spacio. xl. an. aut. quas actiones. C. de
sacrosan. eccle. ꝛ. c. de quarta. et pluribus capitulis eiusdē tituli. de
prescrip. similiter ꝛ predia minorū non alienantē. ꝛ tamē dicto tem
pore prescribūtur. l. fi. in fi. C. in quib. cau. in integ. rest. nō est neces.
Secūdo respōdetur ꝙ Bar. loquitur in iurisditione cōcessa a prin
cipe. ꝛ ita loquitur. d. §. ad hec. nos aūt sumus in iurisditione forte
aliter quesita: quia hodie cōmuniter ciuitates quadam vniuersali
28 cōsuetudine habent merū ꝛ mixtum imperiū. † Ideo dicebat glo.
in. l. fi. C. de long. temp. prescrip. ꝙ hodie quelibet ciuitas censetur
esse vna prouincia. ideo hmōi iurisditio etiā meri imperij prescribi
possit. hinc videmus ꝙ doct. passim dicunt qd iurisditio queritur
prescriptione: prout. s. deductū est. et tamen princeps cesarius vel
apostolicus

apostolicus vbicꝫ habēt iurisditionē.l.deprecatio.ad leg.rhod.de iac.l.cūctos populos.C.de summa tri.ꝛ fide catho.ꝛ.l.bene a zeno ne.C.de quadri.prescrip.cōcludo ꝙ si dicta terra montis bodij fuit in quasi possessione iurisditionis cuius initij memoria non extat exercēdo iurisditionē in suos subditos in dictis villis illam iurisdi tionem prescripserit aduersus ciuitatē Synogalie et iurisditionē ipsam quesiuerit.ꝛ idem forte si per solos.xl.annos.et pro respon sione ad.c.j.de pscrip.lib.vj. recurrendū est ad ea que habētur in.c. si diligenti.eo.ti.in antiquis.ꝛ dicta.s. Ex quibus deducitur ꝙ va rijs vijs potest niti dicta cōmunitas mōtis bodij circa hmōi iurisdi tionem.ꝛ si dicatur iurisditio est quid indiuiduū prout dicit Bar. in dicto cōsi.xiiij.col.iij.allegādo.l.imperialē.§.pterea.de prohib. feu.alie.per Federi.x.col.ꝛ.c.omnes.si de feu.fuerit contro. eadem colla.ad hoc qđ per glo.ꝛ doct.in.c.prudētiā.in prin.de offi.deleg. et per doct.in.l.duo ex tribus.de re iudi.ff.ꝛ per Bar.in.l.inter tu tores.in fi.de admini.tuto. ideo nō potest diuidi cum ciuitas ipsa iurisditionē sine dubio retineat.ꝛ ea fuerit vsa ꝛ vtatur.responde tur ꝙ indiuidua licet nequeāt diuidi:tamē possunt restringi.verbi gratia anima est indiuidua. et est tota in toto et tota in qualibet parte corporis: prout volunt philosophi ꝛ theologi. et Bar.in.l. iiij.§.cato.ff.de verbi obli.ꝛ tamē si vna manus fit arida vel detrun catur nō est anima in illa parte corporis.ꝛ tamē non diuiditur.ita assimilat Bar.etiā in seruitute ꝛ alijs indiuiduis ꝛ doc.transeunt. item vnica est iurisditio totius mūdi apud principē ꝛ indiuidua.ꝛ tamē iurisditiones prout cōmuniter tenetur prescribuntur aduer sus principem.vt supradixi.ꝛ per Jmo. post Bar.in.l.j.§. denicꝫ. de aqua pluuia arcē.ꝛ per ipsum Barto. in.l. quominus. de flumi. et in.l.omnes populi.de iustitia ꝛ iur. ꝛ tamē ipse princeps semper vsus fuit sua iurisditione.tamē moderatur prescriptione quia alte ri cumulatur ea penes principem remanente: prout erat.vel ea re stricta vt non extendatur ad vniuersitatem que sibi quesiuit ita et inferioribus habētibus iurisditionē dicendum est:nec huic medio obstat si dicatur in cōmune montis bodij exercuit iurisditionem in suos homines pro delictis cōmissis in illis terris hoc ei licuit de iure cōmuni.quia habebat iurisditionem in eos ratione domicilij. merito nihil de nouo quesiuit.respōdetur ꝙ prout presupponitur exercuit actus iurisditionales etiam in loco illarum terrarum sito extra territoriū mittendo officiales ad inuestigādum pro damnis datis et capiendo animalia damnum facientia ꝛ hmōi que de iure cōmuni fieri nequeunt in alieno territorio.l.extra territoriū. ꝛ que

29 ibi habētur.de iurisdi.om.iu.in cle.pastoralis.de re iudi. ¶ † Re stat modo vt deueniamus ad tertiū principale articulum.s. ad ea que tangunt illud aliud tenimentū qđ prout a cōsultante percipio appellatur castellare super quo breuibus rem absoluā. nam depen det ex facto. et ex his que supradicta sunt super alijs articulis qm̄ non habita differētia in facto nō resultabit in iure.ideo si dicta cō munitas montis bodij ꝛ sui auctores nō soluerunt datia pro bonis dicti castellaris.ꝛ vsi sunt iurisditione pro delictis in dicto loco cō missis. tunc per omnia dicendū est prout in superioribus articulis dictū est.nam militat per omnia eadē ratio iuncto eo qđ tempora auctorū ꝛ successorū cōiunguntur.l.pōponius.§.cum quis admini culo.ꝛ.§§.seq.ꝛ.§.si iussu.ꝛ seq.ff.de acquirē.posses.ꝛ.l.dolia.§.fi.de cōtrahen.emp.ꝛ.l.de accessione.ff.de perpe.ꝛ tempo.prescrip.cum simi.ꝛ idē videtur dicendū si non vteretur accessione auctorū.tamē fuisset consuetū pro illo castellari nō solui aliqua datia per tantum temporis cuius cōtrarij memoria nō extat natura.talis cōsuetudo habet vim constituti.d.l.hoc iure.§.ductus aque.ꝛ.l.j.§.denicꝫ.de aqua publi.ꝛ ꝙ per Bar.ꝛ doct.ibi ꝛ Bar.in dicto consi.xiiij. tunc enim cōsuetudine tanti temporis censetur cōcessum et dispositum per habentē potestatē cōcedendi ꝙ pro dicto castellari nihil datij soluatur.non enim est instandū de alijs circūstantijs quādo proba tur cōsuetudo tam vetustissimi tēporis.prout ꝛ.s.diximus ꝛ quali ter probetur etiam ibi dictū fuit nō repeto.ꝛ prout attēditur circa vectigalia cōsuetudo de qua re soluantur vel nō soluantur vectiga lia.vt.d.l.si publicanus.§.fi.ꝛ.d.l.licitatio.§.earum rerum.ita pari ratione in collectis. Et maxime si est consuetudo cuius initij non extat memoria de qua loquimur per ea que habentur in dictis locis.

30 et in.d.c.veniēs.ꝛ.c.quid per nouale.de verb.sig.cum si. ¶ † Circa quartū de molendinis res est in dubio.ideo elusoriū videtur super ea re consiliū postulare. nam ex quo prout narratur aqua extrahi tur de flumine nō nauigabili qđ non intrat in aliud flumē nauiga bile sed in mari.ꝛ insup illa eadē aqua reintrat in illud idē flumen et non infert nocumentū alicui maxime cōmunitati Synogalie.ꝛ locus vbi extrahit̄ ab initio de flumine non est in territorio Syno galie sed intra territoriū montis bodij.ex pluribus redditur res cla rissima ꝛ maxime cum dicta molēdina prout asseritur steterint: ita tanto tempore cuius cōtrarij non extat memoria. nam de flumine non nauigabili qđ non intrat aliud nauigabile licet vnicuicꝫ aquā extrahere pro sui vtilitate si nō est deputata aqua prius ad aliquē specialem vsum vt est expressum in.l.quominus.ff.de flumi. et in.l. imperatores.ff.de serui.vrba.predi. licet enim flumina sint de iure cōmuni realia ad principē pertinētia. vt.x.colla. que sint rega.c.j. prout per illum tex.dicit Bar.in.d.l.quominus in.ij.q.cuius dicta sequitur ibi Ange.in omnibus preterꝙ in vno.prout ipse ibi dicit in prin.qđ vnum in quo discrepat a Bar.non attinet ad thema no strum.tamē vsus est cōmunis prout dicit Bar. in eadē.l.ꝛ questio ne allegando.l.riparū.ff.de rerum diui.ideo de iuregentiū licet vti aqua fluminis ꝛ illam ducere extra flumen ꝛ hoc regulare nisi prin ceps vel senatus vetet vel aqua sit deputata prius ad vsum publi cum vel flumē sit nauigabile seu in aliud nauigabile intrat vt regu lam ꝛ istas quatuor fallentias ponit tex.d.l.quo minus. ꝛ tertiam fallentiā declarant Bar.ꝛ Ang. hoc est ad vtilitatē alicuius cōmu nitatis puta ad molēdina ciuitatis vel municipij.tunc em̄ non lice ret alicui aquā inde adducere.d.l.quominus.ꝛ.C. de aqueductu.l. j.prout.ꝛ dicunt ibi Bar.ꝛ Ang.item quinto limitat Bar.quādo non extraheret ad sui vtilitatē per tex.d.l.imperatores. a cōtrario litere in casu nostro nō militat aliqua ex dictis fallentijs: quia pro sua vtilitate extrahit:item flumen non est nauigabile nec intrat in aliud nauigabile. Et si nauigabile esset non referret: quia prout mihi dicitur reintrat eadē aqua in idem flumen adeo ꝙ quatenus forte est nauigabile nō fit in aliquo minus nauigabile quo casu lici te aqua extrahitur prout faciūt bononienses de flumine padi qui licite fecerūt prout dicunt Bal.ꝛ Ang.in.d.l.quominus. item nec princeps nec senatus vetat:ideo omnes fallētie cessant. Limitatur et.vj. dicta regula quādo fieret cum iniuria hoc est dāno vicinorū. arg.l.j.§.merito.ꝛ.§.si quis a principe.prout ꝛ dicūt Bar. ꝛ Ang. in.d.l.quominus.ꝛ hoc si damnū vicini est magnū si antē est leue et magna est vtilitas extrahētis tunc non cōsideratur illud leue dam num prout voluit Barto.in.d.l.quominus.xj.q.per.l.j.§.sunt qui putant.ꝛ.§.seq.ff.ne quid in flu.pub.ripave eius.ꝛ idem tenet glo. ƒm eam.in casu autē nostro nō presupponitur ꝙ alicui noceat me rito etiā cessat dicta fallētia.ꝛ si cui noceret nō noceret vniuersitati Synogalie ita ꝙ ad eam nō spectat prohibere: qn̄ enim quis facit edificiū vel quid aliud in flumine qđ non licet propter ius vel preiu dicium alicuius priuati ille solus pōt prohibere.ꝛ non alij quia re spectu aliorū licite facit.arg.l.loci corpus.§.cōpetit.ff.si serui.ven. prout firmat Bar. in.d.l.quominus.iij.q. nec cōsideratur preiudi cium si forte ciuitas Synogalie haberet molēdina que minus fru ctarent propter molēdina terre montis bodij quia tale nō est dānū sed cessatio lucri que non consideratur. arg.l.fi.ff.de iurepatro.ꝛ.l. medicus.ƒm primā lectu.ff.de bonisꝙ libe.ƒm Bar.in.d.l.quomi nus.xj.q.in fi. remanet ergo casus noster sub regula que clare mili tat in casu nostro.ꝛ cōsuetudo interptatur quia passim.ꝛ in flumi ne.ꝛ ex aqua fluminis extra flumē fiunt molendina.ꝛ si qđ dubium esset consuetudo est optima.ll.interpres.l.si de interpretatione.de legi.ꝛ.c.cum dilectus.de cōsue. Itē si alia defecissent quia essemus. in casu al's non licito vsus cuius initij memoria non extat tolleret omnē dubitationē per.d.l. hoc iure.§. ductus aque.ꝛ.l.j.§. denicꝫ ibi vetustatē vicē legis tenere.de aqua plu.arcē.ꝛ ponit Bar.in.d. l.quominus.ij.q. insup ex quo deriuatio aque de flumine fit in ter ritorio potuerit cōmunitas dicte terre inde extrahere etiā in casu a iure non cōcesso quia permitti potest per principē ꝛ per legē mu nicipalem dicit Bar.in.d.l.quominus.ij.q. loquens in ciuitatibus italie que ƒm eum prescripserunt merū ꝛ mixtū imperiū ꝛ flumina et idem vult Rapha.fulg.in.l.fi manifeste.C.de serui.dicens qđ in casu a iure non pmisso potest cōcedi per principē ꝛ per.l. municipa lem.idē vult Ang.in.d.l. quominus quatenus generaliter appro bat dicta Bar. Nec refert ꝙ loquitur in ciuitatibus quia non mi nus prescripserunt merū ꝛ mixtum imperiū terre ꝛ castra non reco gnoscentia ciuitatē ꝛ iura loquētia in ciuitatibus militant etiā in hmōi castris prout volūt doct.in.l.fi.C.de sacrosan.eccle. si ergo flu mina cēsentur terrarū per quarū territoriū transierunt merito po tuit etiā ex hoc capite aquā extrahere:cōfert tex.in.d.l.quominus quatenus loquitur de aqua deputata ad publicū hoc est ad vsum alicuius municipij:prout ꝛ intelligunt Bar.ꝛ Ange.quasi innuat qđ municipio liceat aquam deputare ad suū vsum. ꝛ nō dicit Bar. ad vsum ciuitatis sed ad vsum municipij ꝙ est nomen magis gene rale.ꝛ Ang.dicit ad vsum ciuitatis vel municipij ꝙ facit ad supra dicta ꝙ non sit differentia inter ciuitates ꝛ municipia nō recogno scentia ciuitates vtrum autem terre marchie prescripserint hmōi regalia dependet ex facto illud autem credendū est qđ non magis prescripserit ciuitas Synogalie quā terra montis bodij:ideo quid ad ciuitatē Synogalie:tamē non oportet in hoc facere fundamen tum quia res est clarissima ex primis medijs. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cclxix.

☞ Soror consanguinea an excludat ab hereditate fratris cōsan guinei matrē ꝛ fratres vterinos stante statuto ꝙ mater non succe dat ab intestato existente fratre vel sorore persone defuncte.

1 Fratres et sorores ex vno tantū latere an succedant in viriles cum fratribus ꝛ sororibus vtrincꝫ cōiunctis.nu.5.

2 Statutum disponens ꝙ mater non succedat filio existente fratre vel sorore an debeat intelligi de coniuncto ex vtroꝙ latere vel alte ro tantū ex quo statutū loquitur generaliter.nu.seq.ꝛ per totū.

3 In successione collateralium est hodie sublata inter collaterales

differentia agnationis ⁊ cognationis.
4 Fratres vterini ex quadam fictione iuris succedunt vt agnati fratribus.
5 Fratres cõsanguinei an succedant fratri predefuncti in bonis a patre prouentis exclusis fratribus vterinis. nu. seq.
6 Correctio legũ non solet induci a maioritate vel paritate rationis nec etiam argumento a cõtrario sensu.
7 Agnationis et cognationis iura an sint hodie sublata in materia successionis collateralium ⁊ fratrum.
8 Statutum exclusiuum successionis respectu certe persone an vocet ceteros exclusos illa certa persona nõ existente vel succedente. ⁊ j. consi. 71. nu. 14. ⁊ 17.
9 Dos vel donatio propter nuptias quibus filijs queratur.

¶ Consilium. cclxix.


N nomine dñi nostri Jesu
1 christi. ¶ † Constat matrẽ de iure cõmuni excludere fratres ⁊ sorores cõiunctas ex vno latere tantum ⁊ admitti in viriles cum fratribus ⁊ sororibus vtrinqꝫ cõiũctis vt est expressum in aut. defuncto. C. ad treb. et ſm hoc matre Antonij deberet sola succedere exclusis dicta Agnete sorore consanguinea ⁊ fratri-
2 bus vterinis. † Nec videtur obstare statutũ disponens ꝙ mater nõ succedat existente fratre vel sorore persone defuncte: quia videtur dictum statutũ intelligendum de fratribus in potiori et efficaciori modo cõiunctis ⁊ sic in fratribus vtrinqꝫ cõiũctis ad hoc vt minus recedatur a iure cõmuni. nam verba statutorũ interpretanda sunt vt minus ledãt ius cõmune. c. cum dilectus. de cõsue. ⁊ ibi per doct. facit. l. ius singulare. ⁊ l. qđ vero contra. de legi. ⁊ l. precipimus. de appel. cum si. qđ ⁊ persuadetur quia si generaliter interpretaretur dictum statutũ in quolibet fratre ⁊ qualibet sorore sequeretur incõueniens ꝙ soror vterina que est cõiuncta solũ mediante matre preferretur ipsi matri que est causa ipsius coniunctionis ꝙ videtur ab omni ratione alienũ: ⁊ in simili contra. l. ij. §. si viua matre. C. de bonis mater. vbi nepotes cõiuncti per mediũ filiorũ non debent esse melioris cõditionis quã ipsi filij: facit etiam qđ de corrupta radice notant doc. in. l. illam. C. de colla. dicentes ꝙ si statutũ excludit matrem excludit etiã cõiunctos mediante matre ita intelligentes qđ not. Bar. in. l. ij. §. videndũ. ff. ad tertul. ne ergo tale statutũ trahatur ad talẽ irrationabilẽ ⁊ quodãmodo absonã exorbitantiã intelligatur in fratribus ⁊ sororibus vtrinqꝫ cõiunctis: ⁊ ſm hoc mater non excludatur sed exclusis omnibus insolidũ succedat dato autẽ qđ mater excluderetur vigore dicti statuti ⁊ sic verbũ fratre ⁊ sorore generaliter intelligerentur: videtur pariter admittendi fratres vterini ⁊ cõsanguinei: quia statutũ non distinguit merito nec nos
3 distinguamus. l. iij. ff. de offi. presi. cum cõcor. † Et insuper de iure cõmuni est sublata differẽtia agnationis ⁊ cognationis inter collaterales aut. cessante. cum seq. aut. C. de legi. heredi. prout etiã inter descendentes aut. in successione. C. de suis ⁊ legiti. ⁊ inter ascendentes. d. aut. defuncto. ⁊ maxime hoc est dicendũ in fratribus vterinis qui succedunt vt agnati. l. meminimus. C. de legi. heredi. ⁊ licet illo iure agnati excluderent omnes cognatos: tamẽ ab illa regula exceptuat impator ipsos fratres vterinos quos vocat vna cum fratribus cõsanguineis immo vocat tanqꝫ cõsanguineos ⁊ agnatos per quandã viam fictionis prout not. ibi doc. maxime Bal. ꝙ ⁊ persuadetur ex eo quia statutũ excludit vterinos per filios fratrũ vtrinqꝫ coniunctorũ: ergo a cõtrario videtur statuens velle ꝙ filij fratrum cõsanguineorũ non excludant fratres vterinos sed filij fratrum in successione intestati equiparãtur fratribus. in aut. vt fratrũ filij in rubro ⁊ nigro ⁊ in. d. aut. cessante. et aut. seq. ideo similiter videtur qđ fratres cõsanguinei nõ excludant vterinos: ⁊ per cõsequens vel dicamus ꝙ sola mater succedat filio insolidũ exclusis sorore consanguinea ⁊ fratribus vterinis prout de iure cõmuni excludit vel dicamus ꝙ ipsa soror cõsanguinea ⁊ fratres vterini succedãt in viriles prout de iure cõmuni transuersales eiusdẽ gradus solent in viriles succedere. d. aut. cessante. ⁊ seq. ¶ Sed predictis minime refragantibus puto dictã dominã Agnetẽ insolidũ succedere dicto Antonio saltẽ in bonis prouẽtis a Nane eius patre exclusa matre ex censura iuris municipalis et fratribus vterinis exclusis de iure cõmuni: ⁊ suadente etiam dispositione legis municipalis: ꝙ enim mater excludatur disponitur ipsa lege municipali in sui generalitate qua generaliter disponitur ꝙ mater nõ succedat extãte fratre vel sorore et sic expresse facit mentionẽ de ipsa sorore: nec distinguit inter sororẽ cõiunctã ex latere patris tantũ ⁊ vtrinqꝫ cõiunctã ergo generaliter intelligatur. l. j. §. ⁊ generaliter. de leg. prestã. ⁊. c. quia circa. de priuile. et cañ. si romanorũ. xix. dist. qđ ⁊ demõstratur ex eo quia etiam patruus et frater patruelis excludit matrẽ ex forma dicte. l. municipalis: ⁊ tamẽ cõstat ꝙ patruus nõ est cõiunctus ipsi nepoti vel nepti nisi mediante patre ipsius neptis vt de se constat prout ergo frater patris excludit matrẽ: ita pari ⁊ fortiori ratione debet excludere matrem filius patris fraterqꝫ defuncti similiter ⁊ fratres patrueles nõ attinent fratri mediantibus eorũ matribus ⁊ tamen excludũt tales fratres matrẽ defuncti vt est tex. dicti statuti clarus.

ex quo datur intelligi ꝙ frater cõsanguineus ex mẽte statuti excludit matrẽ: ⁊ ideo cum statutũ equiparat in hac parte fratrẽ ⁊ sororem et Justinianus abhorret differentiã inter mares ⁊ feminas in materia successionis. l. maximũ vitium. C. de libe. prete. ⁊. d. aut. in successione. in fi. ⁊. d. aut. cessante. et seq. ⁊. d. aut. defuncto. dicendũ est ꝙ etiam soror cõsanguinea excludat matrẽ cum ad id nos indu-
4 cant ⁊ verba ⁊ mens statuentiũ. † Et maxime hoc est dicendũ quia nõ resultat in hoc absurditas. nam ⁊. l. xij. tabularũ mater ⁊ cognati alij nullo modo succedebant insti. de senatuscõ. tertul. in prin. primo enĩ fuerunt vocati per senatuscõsultũ tertul. scđo ex edicto pretoris cognati inuitantur cessantibus omnibus agnatis. l. certũ. C. vnde cog. ⁊ insti. de suc. cog. in prin. tamẽ cum nõnullis limitationibus eam inuitauit senatuscõsultũ tempore diui adriani cõditũ. vt insti. de senatuscõsultũ tertul. §. postea autẽ. prout ergo nõ reputauerunt absonũ antiqui iurislatores: ita nec debet esse absonum apud nos dare eam interpretationẽ: maxime qꝛ statuentes magis fauent cõiunctis ex latere patris quã etiã fecerit ius antiquũ. nam statuẽtes ad exclusionẽ matris ascendentiũ per lineam maternam admittit auiã paternã que ⁊ ipsa est cognata. item et filios sororis qui etiam sunt cognati. nec ob. ꝙ si statutũ illud generaliter intelligeretur sequeretur incõueniens scꝫ ꝙ frater vterinus excludat matrem: quia potest rñderi duobus modis. vno modo ꝙ si statuissent ita ipsi statuẽtes nõ esset alienũ ab omni iuris ratione. nam ex quo statutum vult priuilegiare agnatos et ius cõmune inter agnatos quo ad successionẽ quadam fictione pro agnatis habet ipsos vterinos licet cognatos. d. l. meminimus. ⁊ supradictũ est: non incõueniret si ⁊ vterinus excluderet matrẽ. scđo respõderi potest ꝙ dicta ratio operetur ꝙ aliquantulum recedatur a verbis. s. quatenus dicta ratio nos astringit ⁊ nõ vltra. ⁊ sic restringatur vt nõ includat vterinos. non aũt restringatur vt nõ includat cõsanguineos in quibus cessat ratio preallegata in cõtrariũ adducta: accedat ꝙ cessante ratione ⁊c. l. qđ dictũ. de pac. l. adigere. §. quis. de iurepatro. cum si. Et maxime quia cum patruus ⁊ frater patruelis excludunt matrẽ et frater cõsanguineus ⁊ soror cõsanguinea vt primiores in gradu excludunt patruos. ⁊ fratres patrueles. l. post cõsanguineos. ff. de suis ⁊ legi. ⁊ dicta aut. cessante. ⁊. l. cõsanguinitati. C. de legi. here. a maioritate ergo rationis dicendũ est ꝙ soror consanguinea excludat matrẽ. item eo argumento potest niti si vinco vincentẽ te ergo vinco te. l. de accessionibus. ff. de diuer. ⁊ temp. prescrip. et hoc saltẽ vrgent cõcurrente generalitate verborum dicti statuti que sunt. s.
5 ponderata. † Quod autẽ soror cõsanguinea succedat dicto Antonio exclusis vterinis in bonis a patre prouẽtis est tex. in. l. de emancipatis. C. de legi. heredi. vbi casus ſm lec. Bar. ꝙ fratres ⁊ sorores cõsanguinei succedunt fratri in bonis a patre prouẽtis exclusis fratribus vterinis. ⁊ versa vice fratres vterini preferũtur fratribus cõsanguineis in bonis a matre prouẽtis. et istam lect. approbant cõmuniter doc. licet Bal. aliter ibi sumet illũ tex. ⁊ etiã Rapha. fulg. aliter illũ tex. intelligat quã Bar. Sed quicquid dicendũ sit in via disputatiua. tamẽ in via decisiua tenẽda est hec pars que est cõmunis quasi omniũ. ⁊ ipse Bal. videtur eam tenere in eadẽ. l. si de emãcipatis. licet ſm eius summariũ. d. l. non probet. opi. Bar. pro qua opi. etiam adducitur. l. fi. C. cõmunia de suc. vbi Bal. idem tenet. facit etiã pro hac opi. Bar. l. qđ scitis. C. de bonisqꝫ lib. vbi ſm lectu. quã Bar. ibi. ⁊ Ang. in aut. itaqꝫ. C. cõmunia de succes. approbant auus maternus succedit nepoti in bonis a matre prouentis excluso auo paterno. ⁊ econuerso auus paternus excludit auum maternũ in bonis a patre prouẽtis. licet in illis terminis decisio Bar. ⁊ sequacium sit de se dubia. tamẽ in terminis nostris nõ est dubia in decisiuis quã al's ⁊ legendo ⁊ consulendo secutus fui. fortius ergo idem dicendũ est in casu nostro ꝙ frater et soror cõsanguinea excludant vterinos fratres. ex quo excludunt matrẽ: que mater de iure cõmuni excludit fratres vterinos per dicta aut. defuncto. ⁊ sic statutum
6 magis fauet fratribus ⁊ sororibus agnatis quam ius cõe. ¶ † Nec obstat statutũ quia licet dicat ꝙ filij fratrũ vtrinqꝫ cõiũctorũ excludant vterinos. ⁊ a cõtrario innuat: secus in alijs si talis contrarius sensus sumeretur esset ꝙ filij aliorũ fratrũ non excluderẽt vterinos qđ forte fatendũ esset: ex quo in precedenti responso nihil ad exclusionem matris dicitur de filijs fratrũ: licet dicatur de patruo ⁊ fratribus patruelibus in quibus est minor ratio quã in filijs fratrum. Nam filij fratrũ excludunt patruos et fratres patrueles dicta aut. cessante. et seq. Tamẽ a paritate vel maioritate rationis non solet induci. ll. correctio: put habetur in aut. quas actiones. C. de sacro san. eccle. ⁊ in. l. precipimus. C. de appel. ⁊ in. l. si vero. §. de viro soluto matri. nõ tamẽ sumeretur cõtrarius sensus ꝙ fratres vtrinqꝫ cõiuncti nõ excluderent vterinos: licet ita de fratribus est omissum: prout de filijs fratrũ cõsanguineorũ. ⁊ tamẽ nemo dixerit per talem contrariũ sensum recedendũ esse a iure cõmuni quominus fratres non vocati per statutũ nõ excludant vterinos. ex quo datur intelligi ꝙ cõtrarius sensus illius statuti nõ excludit omnes non nominatos. ergo nõ excludat fratres consanguineos saltẽ in bonis a patre prouẽtis. ⁊ hoc satis clarũ quia est cõmune dictũ ꝙ per argumẽtum a cõtrario sensu nõ inducitur legũ correctio in. l. cõuenticulã. C. de epis.

C. de epis. & cle. & habetur in. l. j. §. huius rei. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. & in. l. ij. C. de cõdi. inser. & maxime quia cõtrarius sensus si caperetur posset intelligi q frater vel soror cõsanguinei nõ exclu dant vterinũ in bonis a matre prouentis nec in bonis aliũde quesi tis quã a matre vel pro fratre prout est de iure cõmuni. & prout etiã dicendũ esset si statutũ diceret qd frater cõsanguineus nõ excludat vterinũ saltẽ si alias aliqd operaretur. nam tunc reciperet interpre tationem a iure cõmuni ipsum statutũ. nam statuta solent recipere interp̃tationẽ restrictiuã a iure cõmuni. l. si serui vestri. C. de noxa. l. vt gradatim. §. sed si lege municipali. ff. de mu. & hono. & c. cum di ctus. de cõsue. ad hoc q notat glo. in. l. sciendũ. in prin. ff. qui satisd.
7 cogã. † Quod quidẽ aperte demõstratur quia iura nouissima aper te generaliter disponunt qd agnati & cognati equaliter succedant sublata differentia agnationis & cognationis & in specie dicitur in dicta aut. cessante. & in seq. aut. post fratres ex vtroqꝫ parente. C. de legi. here. q fratres & sorores ex altero tantũ latere cõiuncti equali ter succedãt sublata differẽtia agnationis & cognationis nec fit di stinctio. vnde bona prouenerint adeo q Plac. in aut. itaqꝫ. C. cõ munia de suc. dicebat q licet de iure. C. vterini & cõsanguinei inui cem se excluderent ꝓm varietatẽ bonorũ. tamen hoc est sublatũ per iura nouissima inter cetera. per dicta aut. itaqꝫ. tamẽ glo. illã opi. reprobat quia vult q etiã hodie cõsanguineus excludat vterinũ in bonis a patre prouentis. & ecõtra vterinus cõsanguineũ in prouen tis a matre. & idem tenent Bar. ibi. et in. d. l. de emãcipatis. de legi. here. & Bal. in. l. sancimus cõia. de suc. qd & tenent oẽs ꝓm Rapha. adeo q in decisiuis ista pars est tenẽda: quia durũ est cõtra stimulũ calcitrare prout & ipse dicere solet: licet ergo iura noua simpliciter et generaliter dicant q fratres cõsanguinei & fratres vterini equa liter succedant. tamẽ ista generalitas distinguitur & limitatur ꝓce dere in alijs bonis quã in bonis prouẽtis a patre vel a matre. nam in talibus bonis prouẽtis a patre vel a matre seruant̃ iura. C. quia vnus excludit alterũ ꝓm qualitatẽ bonorũ. ideo Pau. de cast. in di cta aut. itaqꝫ. dicit se cõsuluisse q si statutũ expresse disponat q fra ter cõsanguineus excludat vterinũ non intelligitur in bonis a ma tre ꝑfectis: sed in alijs. nam prout aut. cessante que eos pariter vo cat non intelligitur in istis sed illa generalitas dicte aut. distingui tur per. d. l. de emãcipatis. ita & distinguãtur verba dicti statuti ꝓm eum quem legendo secutus fui in dicta aut. itaqꝫ. & al's consulendo apud tudertũ. Idem ergo pari ratione dicendũ esset si statutũ ex presse diceret q frater cõsanguineus nõ excluderet vterinum quia debet intelligi ꝓm ius cõmune nisi in bonis a patre ꝑfectis. Et hoc saltem si statutũ aliquid aliud operaretur. prout hic quia tolleret dubiũ q licet excludat matrẽ non excludat vterinũ. item operatur inuocãdo patruũ & fratres patrueles. si itaqꝫ statutũ expresse dispo nens q frater cõsanguineus nõ excludat vterinũ non opatur quo minus excludat a paternis bonis longe minus q nõ excludat eum in dictis bonis operatur dictus cõtrarius sensus nostri statuti ma xime cum possit cõtrarius sensus sumi in alio quã in fratre vel soro re cõsanguineis: vt. s. demõstraui qnimmo in istis terminis posset probabiliter teneri q cum excludat etiam in bonis aliũde quesitis cum excludat eum patruus & frater patruelis qui excludũtur a fra tre & sorore cõsanguineis. item & soror cõsanguinea excludit matrẽ ex forma statuti: vt. s. deductũ est. & mater excludit vterinum: vt di cta aut. defuncto. vnde duplici medio militat pro sorore cõsangui nea cõtra fratrẽ vterinũ. illa regula si vinco vincentẽ te. ergo vinco
bant qđ auus succedat intrãdo locũ patris in terminis. d. l. equissi-
mum. ego autem al's et legendo et consulendo dixi quod in hac
perplexitate debet recurri ad alias circunstantias et coniecturas
etiam extrinsecas que al's non artarent. et applicaui ad terminos
d. l. equissimum. et. d. §. si sit agnatus. et. d. c. auctoritate. quod lon-
gum esset recensere: sed plene scripsi in dicta. l. si quis vel si qua. alij
autem sunt termini in quibus non est tanta perplexitas: quia nõ
reperiuntur persone omnes exclusę: sed sunt tres persone qua-
rum due diuersis iuribus reperiuntur insolidum exclusę: tamen
tertia persona que aliam excludit: licet insolidum excludat: ta-
men non reperitur vocata insolidum sed in virilem cum altera
persona que reperitur exclusa in ista perplexitate attenditur per
sona que habet efficaciora iura quia excludit: et a nemine inso-
lidum excluditur: ideo statur iuri quod ipsam vocat: sed vocat eam
cum alia in virilem: ideo in viriles inuitantur. ista theorica proba-
tur in. d. §. si sit consanguinea. ꝛ in. d. §. si fuerit soror. ꝛ pbatur per

auctoritates Bart. Bal. Ange. collegij peruſini. ⁊ Pet. de ancha.
quos. ſ. retuli. lʒ ſpecifice non tradāt talē theoricā nec reperio ad-
uerſantē huic theorice niſi Pau. de ca. in. d. l. illā. qui forte inaccu-
rate profert vnū verbū qđ pōt trahi in cōtrariū dū tradit theoricā
qđ qui excludit de iure ſpeciali excludit ꝓpter ſe non ꝓpter aliud.
ideo ſiue excludat in totum admittitur in totū ſiue in partē admit
titur ad illam partē. allegat. l. ſi mulieri ⁊ titio. de cōdi. ⁊ demō. ſed
debilis eſt auctoritas ſua vbi ſunt in contrariū tot ⁊ tantorū viroꝝ
auctoritates longe ſingulariter ſua ſuperioris: ⁊ maxime quia fun
dat ſe in eluſorio fundamēto lʒ illud magnifaciat ibi: ⁊ in. d. l. ſi qs
vel ſi qua. ⁊ in. d. l. ſi defunctus. nā. d. l. mulieri ⁊ titio. parū aut pe-
nitus nihil facit: qꝛ lʒ mulier ibi admittatur de iure ſpeciali: tñ ti-
tius non excluditur ab ea: nec excluditur iure ſpeciali ſed iure cōi:
quia deficit conditio ſub qua fuerat inuitatus. vnde ibi non eſt pō
derandū ꝙ mulier excludat ꝓpter ſe: qꝛ immo excludit defect⁹ cō-
ditionis non ipſa nec plus iuris habeat qꝛ admittitur de iure ſpāli
immo minus qꝛ ſi fuiſſet admiſſa de iure cōi parte tunc quia in le-
gato fuerat cōiuncta accreſceret eidem portio collegatarij defecta
l. j. §. vbi autē legatarij ⁊ ſequēti. C. de cad. tol. ⁊. l. ſi duobus. in prin
ci. ⁊ in. l. ſi. ff. de leg. j. cū ſi. ⁊ tñ ibi non accreſcit ex quo demonſtrat
ꝙ ipſa que ſuccedit de iure ſpeciali hʒ debiliora iura: prout et al's
probat tex. qđ iura ſpecialia ſunt debiliora in. l. eius militis. §. mili
tia miſſi. de mili. teſt. ⁊. l. ſi. C. de pactis cōuen. ⁊ facit. l. quāq̄. C. de
mili. te. ideo lʒ ipſe Pau. de ca. conſideret excluſionē ⁊ admiſſionē
de iure ſpeciali magis deberet conſiderari excluſio ⁊ admiſſio de iu
re cōi per predicta. ideo reuera ſua ꝯſideratio in hac parte eſt meo
iudicio quedā truffa: nec etiā forte omnino reſpicit terminos no-
ſtros: attenta maxime lege quā allegat vbi excluſio eſt in totū licet
admiſſio in partē. nam in. l. mulieri ⁊ titio. titius excluditur in to-
tū lʒ ipſe admitteretur in partē. ⁊ dicta doc. intelligi debēt ſm iura
que allegant inquit Bar. in. l. non ſolum. §. liberationis v̓ba. de li-
be. leg. ⁊ in. l. cū quidā. ff. de his quib⁹ vt indig. qualitercūq̄ autem
intelligatur minime curandum. Et hec quidem ſunt maxime pon
deranda: qꝛ lʒ ex ſerie puncti amita non reperiat excluſa ex illo ca-
pite ſtatuti qđ ponitur in themate: tamē eſſet excluſa ſi ſola eſſet ex
principio eiuſdem ſtatuti quo diſponitur qđ filia dotata nō ſucce-
dat dotanti nec deſcendenti ex dotāte donec ſupereſt aliqs maſcu
lus deſcendēs ex perſona dotante. dicta autē amita fuit dotata a
ſuo patre prout extra punctū percepi. ⁊ iſte frater patruelis eſt de-
ſcendens ex dotante per lineam maſculinam ⁊ perſone de quarum
ſucceſſione agitur deſcendentes fuerūt ab ipſa pſona dotāte. ideo
verificantur verba primi capitis ſtatuti: tñ qꝛ matertera non exclu
ditur ſed excludit fratrē patruelem: ideo etiā amita eius beneficio
admittitur: quinimmo nec etiā auūculus ſi ſolus ſupereſſet exclu-
deretur. nā ſtatutum loquitur de ſucceſſione paſſiua maſculorum.
nos autem agimus de ſucceſſione paſſiua feminarū vt deducā: er-
go cū oīno deficiāt verba deficit diſpoſitio. arg. l. ita autē. de admi.
tut. et. l. iiij. §. pretor ait. verſiculo totiēs. de dāno infec. ad idē. l. cō-
modiſſime. cū cōcor. nec ludibrio ſunt poſita v̓ba illa ſi filij maſcu-
li ⁊c. ⁊ hoc clarū. qđ autem agatur de ſucceſſione feminarū demon-
ſtratur qꝛ deceſſit filius maſculus ſuperſtitibus ſororibus vtrinq̄
coniunctis vnde ipſe ſuccedunt fratri ab inteſtato. d. aut. ceſſante.
nec ſtatutū eas excludit: quinimmo ſoror vtrinq̄ coniuncta eſt ma
gis dilecta q̄ patruus ab ipſo ſtatuto: vt ſatis demonſtratur in. §.
et in caſu quo cōtingat aliquē ⁊c. de quo in themate. ipſe autē vlti-
mo deceſſerunt. ideo agitur nunc de hereditate dictarū filiarū vcʒ
vltime decendentis in cuius hereditate inuenientur hereditates
fratris ⁊ ſororis predecedentiū: et per ꝯñs filius patrui non ſucce-
dit in dictis bonis: quia excluditur ab auunculo et matertera qui
ſunt in potiori gradu. §. ſi vero neq̄ fratres. inſti. de hered. ab inte.
18 veniē. ⁊ in aut. poſt fratres. C. de legi. here. ¶ † Nec ob. qđ in con-
trarium dicebatur qđ ſoror non tranſmittit hereditatē nō aditam
quia rñdetur ꝙ hoc caſu tranſmiſſio cauſatur ex iure deliberādi. l.
cū antiquioribus. C. de iure delib. ex quo preſupponitur ꝙ vltima
moriēs habuit notitiā mortis earū fratris ⁊ deceſſerūt intra annū
immo adhuc ſumus intra annum. ideo militat. d. l. cum antiquio-
ribus. filij autem hereditatē patris tranſmittunt ad quoſcūq̄: ⁊ ſic
ad ſorores etiā iure ſuitatis per. l. ſi fratris. C. de iure deli. ⁊. l. apud
hoſtes. C. de ſuis ⁊ legi. cū cōcor. item per aliam viam cauſari poteſt
tranſmiſſio ſi dicte vie deficerēt: qꝛ dicti filij maſculus ⁊ femine oēs
fuerunt minores tēpore eorū mortis. qui autem deceſſit non adita
hereditate. ⁊ propterea non tranſmittit eam cenſetur leſus ex qua
leſione cauſatur remedium in integruʒ reſtitutionis. l. pantonius.
in prin. ff. de acqui. here. prout ibi cauſatur reſtitutio ita ⁊ cauſetur
ſi minor leditur: cū ⁊ minori prout abſenti detur in integrū reſtitu
tio vt eſt notiſſimum: ⁊ qđ minor in hoc caſu tranſmittat i integrū
reſtitutionē voluerūt Jac. de raue. Old. Cy. ⁊ Bart. in. l. qui duos.
de rebus dub. per. d. l. qui duos. et. d. l. pantonius. idē Joā. an. in. c.
in preſentia. de proba. idem Jaco. but. Bart. ⁊ Jmo. in. d. l. panto-
nius. idem Bar. ⁊ Jmo. in. l. ventre. de acqui. poſ. idem prout refert
Jmo. tenuit Franciſcus de rapo. idem finaliter vult Rapha. fulg.
in. l. ſi infanti. de iure deli. ⁊ in. l. j. C. de reſtitu. mili. idem tenere vi-
detur Bal. in. l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de cad. tol. ⁊ eſt communis
opi. prout dixit Pau. de ca. idem tenens: ⁊ maxime eſt cōis opiñ. ⁊
in practica indubie tenēda ſaltem in maiore infante. nam in maio-
re infante. idem tenet Ang. in. d. l. ſi infanti. ⁊ in. d. l. cum antiquio
ribus. ⁊ in. d. l. pantonius. vbi idem tenet Ponta. qui Ang. ⁊ Pō
ta. ſunt in cōtraria ſententia in infante per tex. in. d. l. ſi infanti. idē
etiam ſentit Bal. in. l. j. C. de his qui ante aper. tab. dicens qđ in in-
fante poſſet procedere opi. Jaco. de beluiſo. quaſi ſentiat nō poſſe
teneri eius opinio in maiore infante. et tamen Jaco. de beluiſo te-
net qđ minor non tranſmittat hoc caſu in integrum reſtitutioneʒ
concludendum eſt itaq̄ ꝙ heredes dicte ſororis vltimo decedētis
iure tranſmiſſionis pluribus medijs habent ius ſuccedendi in bo-
nis et hereditate dicti fratris: ⁊ ſucceſſiue in bonis dicti Petri ex-
cluſo dicto fratre patrueli: ex quo infertur qđ excluſo dicto fratre
patrueli recurritur ad ius commune: quo iure equaliter ſuccedunt
19 amita auūculus ⁊ matertera. ¶ † Nec ſupradictis in aliquo obſtat
ſequēs. §. ⁊ in caſu quo cōtingat aliquem ⁊c. tum quia etiam ille. §.
loquitur in genere maſculino: quia dicit aliquem ⁊ quia dicit ipſi
defuncto ⁊ ſumus in materia differenti: quia in caſu proxime prece
denti aliter diſponitur in paſſiua ſucceſſione maſculi ⁊ aliter in ſuc
ceſſione femine. item in alia parte ſtatuti in. §. item ſi aliquis pater
diſponitur ꝙ filia non ſuccedit patri ⁊ auo ſi dotetur a fratribus:
et nihil diſponitur de paſſiua ſucceſſione matris niſi quando dota
tur a matre. ⁊ in materia differenti maſculinum non concipit femi
ninū. l. ſi. ff. de tutel. prout not. Bart. in. l. j. de verb. ſigni. Joā. and.
Pet. de ancha. in. c. generali. de elec. lib. vj. Ange. Saly. ⁊ moderni
in. l. quicunq̄. C. de ſeruis fug. ideo in ſtatuto ꝙ mulieres non con-
trahant ſine conſenſu conſanguineorum maſculinuʒ non concipit
femininum inquit Bal. in conſilio mihi. cccxxviij. incip. viget ſta-
tutum. item ꝙ in ſtatuto ꝙ frater excludat matrem frater non cō-
cipit ſororem inquit Bal. in conſi. mihi. clxxx. incip. in cauſa teſta-
menti andrutioli. item al's conſuluit Bal. in conſi. mihi. cccclxxxij.
incip. in cauſa teſtamenti andreoli: ꝙ ſi teſtator inſtituit filios ⁊ nō
filias: ⁊ ſi deceſſerint ſine filijs ſubſtituit ſuperſtites filios eſt locus
ſubſtitutioni ſi aliquis deceſſerit cum filiabus feminis: ex quo non
ſubſtituit feminas cōferūt optime auctoritates Jo. de lig. Ric. de
ſaly. Joā. de ſan. ⁊ Bal. al's Frāc. de rāpo. ⁊ Ang. in conſilijs ſupra
relatis. ſumus enim in materia differenti ⁊ in materia correctiua:
ita quod ex duplici capite ſuadetur quod maſculinum non conci-
piat femininum per ſupradicta. et inſuper in dicto ſtatuto ſolent
ſtatuentes exprimere feminas quando volunt eas comprehendi
nam pluries dicit patre ⁊ matre auo et auia frater ⁊ ſoror: ita ꝙ ex
ſtilo loquendi deprehenditur qđ non intendit ſub maſculino com
prehendere femininum ſtilus et mos loquendi plurimum conſide
ratur. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi. de lega. j. ⁊. l. heredes palaʒ. §. ſi notā.
de teſtamen. et quod per Bar. in. l. centurio. de vulg. ⁊ pupilla. pa-
rum poſt medium. verſi. vel quid ſi in precedētibus. preterea ille. §.
item ſi contingat aliquē. loquitur in caſu penitus ſeparato. nec ver
ba aliquo pacto adaptantur ad materteram vel auunculum. ideo
in huiuſmodi ſtatutis correctiuis nō fit extenſio maxime ad caſum
qui nullatenus verbis comprehenditur prout inquit Bal. in. l. qđ
vero. de. ll. et Jmo. in. d. §. de viro. et ſupra latius demonſtratū eſt.
item non eſt omnino eadem ratio: quia non excludit matrem vel
auiam in totum prout excluderet materteram ſi ſub ſtatuto com-
prehenderetur. vnde multifariam reſpondetur. d. §. item ſi contin
gat. qui non loquitur in terminis iſtis. item reſponſum eſt ad. §. ſi
vero aliquis. item ad principium ſtatuti: ideo remanet firma con-
cluſio ꝙ ſuccedant amita auunculus ⁊ matertera equis portionib⁹
ab inteſtato excluſo penitus filio patrui.

Laus deo.

¶ Summarium ſuper conſilio. cclxxij.

☞ Filius heres inſtitutus cum hac conditione ꝙ non alienaret bona hereditaria aliquo modo nec teſtando codicillando legando vel aliter diſponēdo anteq̄ peruenerit ad quadraginta annos et ſi alienaret bona deueniāt ad ſuos fratres coheredes et ſibi ſubſtitutos ſi deceſſerit ſine filijs an potuerit teſtari et legare añ dictū tempus ad pias cauſas in preiudicium ſubſtitutorum. per totum.

1 Subſtitutio facta ſi deceſſerit ſine heredibus an verificetur in extraneis heredibus et per conſequens in matre et herede filiorum vnius ſubſtituti decedentis cum filijs qui poſtea deceſſerunt. nume. ſeq. vſq̄ ad nu. 7.

Heredum appellatione qui veniant etiam in ſubſtitutionib⁹. nume. 3. et. 4. vſq̄ ad nu. 7.

2 Heredum plures ſunt ſpecies. de quibus infra.

3 Heres verbum a teſtatore prolatum de quo intelligatur. nu. ſeq.

4 Succeſſor nomen ſumitur pro herede: et appellatione ſucceſſoris qui veniant. nu. 1. et. 3. et. 6.

5 Heres qui defuncti voluntatem non adimplet cenſetur indignus hereditate.

7 Alienare ꝓhibitus heres inſtitutus res hereditarias alias ſi alienauerit

nauerit voluit peruenire ad suos coheredes ꝛ sibi substitutos qui
videãtur primo inuitati ad eãdem hereditatẽ adueniẽte casu alie-
nationis vbi cõcurrunt plures heredes simul. vsq; ad fi. cõsi. ꝛ simi-
liter quando est prohibitus alienare in alium q̃ heredem qui ve-
niant appellatione heredis. nu. 1. 3. et. 4.
8 Inuitatis pluribus ad successionem defuncti tacito iudicio an ve
niant ordine successiuo vz illi qui primo loco instituti vel substitu
ti an vero qui sunt in scdo loco an vero omnes insimul. nu. 7.

¶ Consilium. cclxxij.

In nomine dñi nostri iesu
christi. ¶ † In hac cõsultatione videt̃ prima facie di
cendũ ꝙ dicta dña Placida non debeat cõsequi ali-
quã partẽ de bonis dicti Perdominici neq; de por-
tione eidẽ relicta ꝑ dictũ Paulũ: q2 lz. d. perdominicus reliquerit
de bonis dicti Pauli ꝯtra ꝓhibitionẽ ipsius pauli: ꝛ ꝑ ꝯñs videat̃
ꝙ forte fuerit priuatus ab ipsis bonis ab ipso Paulo sibi relictis
quatenus excedunt legitimã cũ vsq; ad quãtitatẽ legitime deijciat̃
omne grauamẽ. l. qm̃ in prioribus. C. de inoffi. testa. ꝛ. l. scimus. §. si
quis autẽ. eo. ti. tñ non videt̃ ꝙ sit inuitata. d. dña Placida ea rõne
q2 eueniente casu dicte priuationis Paulus testator inuitauit ad
dicta bona Benedictũ ꝛ Carubellum ꝛ eorũ heredes ꝛ successores.
ipsa autẽ placida cõstat ꝙ non venit ex primo capite substitutio-
nis quo inuitãtur Benedictus ꝛ Carubellus: nec etiã videt̃ ꝙ ve
1 niat ex scdo capite quo vocãtur eorũ heredes ꝛ successores. ¶ † Nã
in dicta dispositione appellatione heredũ vident̃ cõprehendi solũ
modo descendẽtes prout al's habet̃ in. l. ex facto. §. fi. ff. ad treb. vbi
substitutio facta sub cõditione si decesserit sine herede non verifi-
catur si institutus decesserit cũ herede extraneo: q2 illa v̈ba sine he
rede interpretantur. i. sine liberis. ꝛ sil'r v̈bum heredes sumitur pro
descendẽtibus in tit. de eo qui sibi ꝛ heredibus suis masculis ꝛ femi
nis in rubro ꝛ nigro. ꝛ. c. vnico. de duobus fratribus a capitaneo in
uestitis. ꝛ in. c. j. de duobus fratribus de nouo beneficio inuestitis.
in vsibus feudoꝝ. ꝛ multi sunt similes tex. in materia feudi. vz. c. j.
§. item si fuerim. quibus modis feuduz amittatur. ꝛ. c. j. §. penulti.
de. l. corradi. ꝛ. c. j. de eo qui finem fecit agnato. ꝛ. c. fi. si de feudo fue
rit cõtrouersia inter dñm ꝛ vasallũ. c. si cliẽtulus. de alienatione feu
2 di ꝛ pluribus si. ꝛ. c. in pñtia. extra de proba. † Hinc est qd dicimus
plures esse species heredũ: nã quidã sunt heredes hereditatis qdã
heredes sanguinis. dicit Inno. in. c. j. de iure pa. ꝛ Bald. in. c. j. in fi.
de eo qui sibi ꝛ heredibus suis. ꝛ in cõsi. mihi. xxxij. incip. premissis
verbis statutorũ. accedat etiã qd no. glo. in. l. etiã. so. ma. ꝛ Bart. in
l. j. C. si imperialis liberalitatis so. lib. x. ꝛ inter ceteros casus in qui
bus ponit̃ ꝑ herede sanguinis: hoc est ꝑ descendentibus enumera
tur qñ coniecturatur esse de mẽte testatoris prout est expressum in
d. l. ex facto. §. fi. que verisimilis mens defuncti ibi elicitur: quia in-
telligendo de heredibus hereditatis fideicõmissum a cõiter accidẽ
tibus esset inutile: q2 raro accidit qd quis decedat sine herede. idẽ
ergo dicẽdum est qñ ex alio cõiecturaretur verisimilis mens defun-
cti. s. ꝙ voluerit intelligere de heredibus sanguinis: qd quidem ne
mo negaret qñ. s. esset par ratio coniecturandi seu presumẽdi men-
tem disponẽtis. ar. l. in cõditionibus primũ locũ. cũ sil'ibus vulgari
bus. de cõdi. ꝛ demõ. iuncta. l. nõ possunt. de. ll. cũ cõcor. quib9 pro-
batur ꝙ de sil'ibus idẽ est iudiciũ. ꝛ ideo Bald. in. c. j. de natura suc-
cessionis feudi. dicit ꝙ si testator substituit filijs institutis aliquẽ et
eius heredes appellatione heredũ veniũt solũ descẽdentes. nõ em̃
est credendũ dicit ipse ꝙ testator fuerit ita fatuus ꝙ dilexerit ma-
gis heredes extraneos substituti q̃ heredes extraneos filij quare
dicit ꝙ Spe. in ti. de testa. §. in primis. ver. si. vult ꝙ in vltimis vo-
luntatibus verbũ heredib9 in substitutione intelligitur de descẽdẽ
tibus. et idẽ in effectu not. ibi Bal. in additionibus. s. velle ibi spe
3 culatorem ꝛ eũ sequitur. † Facit qd ipse dicit in. c. si cliẽtuli. de alie.
feud. idẽ vult in. d. consi. xxxij. incip. premissis verbis statutorũ. vbi
generaliter tradit ꝙ qñ testator nominat heredes alicuius hono-
rando intelligit̃ de descẽdentibus non de alijs ad quos nõ depen-
det ratio testandi nec testatoris affectio ꝛ etiã ex cõi vsu: ꝛ allegat
Bar. ita cõsuluisse lz non alleget. in quo cõsi. reperio Bar. in consi.
incip. ex facto proponit̃ ꝙ Salimbene. in ordine mihi. lxxxij. velle
qd verbũ heres intelligatur de filijs ꝛ ponderat cõe vulgare loqui
tur tñ in alijs terminis. hinc etiã dicunt notabiliter Barto. Bal.
et Pau. de ca. in. l. gallus. §. etiã. de libe. ꝛ posthu. qd prout testa-
tor magis dilexit filios institutos ꝛ ita censetur magis diligere he
redes extraneos filiorum institutorum q̃ heredes extraneos substi
tutorũ. argu. l. publius. de condi. ꝛ demon. ꝛ propterea ne heredes
extranei substitutorum excludant heredes institutorum appella-
tione heredum in substitutione non veniunt heredes extranei
scdm eos quorum est tanta auctoritas ꝙ durum videtur recedere
ab eis in decisiuis. Hoc autem facto presupposito videtur ꝙ dicta
placida heres extranea dicti Carubelli nõ veniat appellatione he-
redum in dicta substitutione: quia non videtur ꝙ. d. Pau. in por-
tione Perdominici instituti voluerit preferre heredes extraneos
suorum fratrum heredib9 quãtũcũq; extraneis ipsius Perdomi-
nici. ar. d. l. publius. ꝛ etiam. l. cum auus. eo. ti. ꝛ idcirco verbum he
redes intelligat̃. i. descendentes: ꝛ sic heredes sanguinis et propter
ea dicta placida que non est heres sanguinis non admittat̃ ad di-
ctam substitutionem ad exclusionem heredis perdominici: et ma-
xime ex quo heres Perdominici est Benedictus filius testato-
ris: verisimiliter lõge magis dilectus a dicto testatore q̃ dicta pla-
cida: nec est verisimile ꝙ si testator cogitasset hunc casum voluisset
admitti dictam Placidam preiudicio dicti Benedicti sui filij. fa-
cit optime qd habetur in. l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. nec põt inua
ri dicta placida ꝙ censeantur inuitati eius filij qui fuerunt filij Ca-
rubelli q2 ex quo ipsi decesserũt anteq̃ veniret casus purificate con
ditionis euanuit quo ad eos substitutio iuxta. l. vnicã. §. sin autem
sub conditione. C. de ca. tollen. ꝛ. l. si ex pluribus. in fi. ff. de suis ꝛ le-
gi. videtur etiam posse dici ꝙ testator non potuerit inhibere dicto
Perdominico ꝙ non faciat relictum vel codicillum anteq̃ perue-
niat ad illam etatem: quia videtur ex hoc impedire liberã testamẽ-
ti factionẽ qd reputatur contra bonos mores. l. stipulatio hoc mo
do concepta. de verb. obli. ꝛ. l. pactũ qd dotale. C. de pac. non enim
potest testari quin de omnibus bonis testetur. cum nemo possit de
cedere pro parte testatus et pro parte intestatus. l. ius nostrũ non
patitur. ff. de reg. iur. ideo non videtur ꝙ dictus perdominicus te-
stando fuerit priuatus dictis bonis: ꝛ maxime cum testatus fuerit
ad pias causas que multa habet priuilegia ꝛ in dubijs est respõden
dũ pro ca. ar. ff. de religio. ꝛ sump. funerũ. l. sunt persone. in fi. ꝛ ar. l.
4 benignius. ff. de legibus. † Confert etiã coadiuuando premissa q2
adijciũtur illa verba et successoribus: nam heredes sunt successores
vt itaq; dictio et ponatur inter diuersa prout decet: quia cõiũctio
solet poni inter diuersa vt per gl. ꝛ doc. in rubrica de iur. ꝛ fac. igno.
qd heredes ponantur pro liberis et successores ponantur pro suc-
cessoribos rerum: ita ꝙ habeat verificari in liberis qui sunt succes-
sores: itaq; vocati censeantur illi in quibus concurrit vtraq; quali
tas. s. ꝙ sint de liberis ꝛ sint de successoribus in bonis: ꝛ maxime q2
natura copule est requirere concursum. l. si heredi plures. de cõdi.
insti. cum si. ¶ Sed non ob. predictis lz videantur non mediocri-
ter aduersari: nihilominus pars contraria videtur magis iuri con
sona. licet enim quandoq; appellatione heredum veniant solũ he-
redes sanguinis aliqua speciali ratione: vel quia natura rei id sua-
deret quia non sit transitoria ad heredes extraneos vt in materia
feudi in qua loquuntur plura iura que adduxi in vsibus feudorum
et in materia emphyteosis ecclesie prout est de mẽte gl. in. d. l. etiã.
et multi concordant licet nonnulli contra: ꝛ ita loquitur glo. in. d.
§. etiam. vel quando in id artat aliqua vrgens coniectura vt in ter-
minis. d. l. ex facto. §. fi. ꝛ fortasse in terminis in quibus loquuntur
Bar. ꝛ sequaces in. d. l. gallus. §. etiã. et in consilijs. s̃. relatis. lz nec
in illis terminis id affirmẽ vt. ĩ. subnectã. Tamẽ constat ꝙ appella
tione heredũ ꝓprie ꝛ regulariter veniũt heredes hereditatis etiaz
extranei non liberi non heredes: vt in. l. i annalibus. C. de leg. et. l.
heredis appellatione. ij. de verborum significatio. et facit etiam. l.
heredis appellatione. ff. eo. ti. item in ti. de here. insti. ff. ꝛ. C. ꝛ insti.
in rub. ꝛ nig. ꝛ in titulo. C. de legi. here. per totuz. ꝛ insti. de heredũ
quali. ꝛ differẽtia ꝑ totum. in rub. ꝛ nig. maxime in. §. fi. ꝛ sparsim vt
ita dixerim ꝑ vniuersum corpus iuris maxime ciuilis infinities he
res ponitur pro herede hereditatis ꝛ non ꝑ herede sanguinis: nec
memini me legisse ꝑ totum ius ciuile circũscripto iure vsuali feudo
rum ꝙ appellatione heredũ veniant filij non heredes nisi in. d. l. ex
facto. §. fi. ad treb. vbi viget specialis rõ ne fideicõmissum fm com-
munẽ facti contingẽtiam inutile remaneat prout ibi glo. ꝛ doc. di-
cũt volẽtes esse speciale illo casu: ꝛ per ꝯñs in ꝯtrariũ esse ius cõe. l.
j. ff. ad muni. ꝛ. l. j. C. de thesau. lib. x. ꝓpria ergo vis v̈boꝝ ꝛ regula
iuris est ꝙ appellatione heredũ veniãt heredes bonorũ: nõ aũt so-
lum liberi. ꝛ a propria vi verboꝝ non est recedendũ vbi de mẽte nõ
constat. l. nõ aliter. de leg. iij. l. j. §. si is qui nauẽ. de exerci. nec mens
videtur aliena a v̈bis: q2 nemo presumit̃ dicere nisi qd in mẽte ge-
rit. l. labeo. §. idem tubero. de suppelle. le. c. scdo requiris. de reg. iu.
et in dubio stamus regule vt habet̃ in. l. j. ff. de regu. iur. ꝛ pro regu-
la presumitur inquit Barto. in. l. quotiens. ff. si quis cau. Ideo ei
qui se fundat in fallentia et iure irregulari seu exorbitanti incum-
bit onus probandi vt per gl. et docto. in clemen. fina. de rescriptis.
per Baldum in. l. si quis non dicam rapere. C. de episcopis et cleri-
cis. per legentes: ꝛ ibi dico in. l. si quis maior. C. de transactio. ideo
qui dicit quod hoc casu mens testatoris fuit verbum heredes re-
stringere ad liberos habebit necesse probare. quod quidem proba-
re non poterit. ideo succumbet: ꝛ quia a verbis non est recedendũ
Ange. et Imo. in dicta. l. gallus. §. etiam. non obstante quod vide
rint opinio. Barto. et Bal. amplectuntur hanc partem etiam in
terminis in quibus ipsi loquuntur: nec horum auctoritates sunt
paruifaciende: ꝛ dum legi. d. §. etiam. fuit visa eorum sententia ma
gis iuri consona etiam in illis terminis quibus Barto. ꝛ Bald. lo-
quuntur. s. quãdo filijs vel filiabus institutis est facta substitutio si
decesserint sine liberis ꝛ vltra rationẽ eorum cõtra rationem Bar.
et Bal. adduxi qd apparet qd testator saltem aliqua ex parte plus
dilexit heredes substitutorum q̃ heredes seu filios institutorum

quia filios institutorum non inuitauit. l. si quis sub conditione. ff. si
quis omis. cā testamēti. adeo qđ voluit eos habere si fuerit de volū
tate institutorū tacite vel expresse ſm ea que habent̄ ꝑ gl. ⁊ docto.
cōiter in. l. lucius. l. ultimo. de here. insti. in. l. filiusfamilias. §. cū qs.
de leg. j. sʒ heredes substituti sunt inuitati iudicio testatoris: adeo
ꝙ velint nolint instituti vel noīatim substituti ipsi succedūt purifi
cata substitutione de eis facta. itē si cōtingat ꝙ filij instituti renun
cient vel decedāt invita testatoris eoꝝ filij nihil habebūt saltē indi
cio testatoris. ⁊ tñ filij heredes substitutorū habebūt dato ꝙ substi
tuti renūciēt vel decedāt vino testatore: ex quo ergo magis hono
rati ⁊ eis respectibus in aliquo magis dilecti heredes substitutorū
q̄ heredes seu filij institutorum nō est absonū si deseruiendo verbis
testatoris incidamus in hoc qđ heredes extranei substitutorū cen
seātur magis dilecti q̄ heredes extranei institutorū prout mea scri
pta videri pñt: ⁊ ita al's in simili dū pisis ad legendū cōductus fue-
rim consulendo etiā visum fuit: vbi tñ alique cōiecture imminebāt
que nō minus ⁊ forte fortius imminēt in hoc casu in quo etiam ali
que alie vrgentes coniecture ⁊ rōnes imminent que cessabant in ca
su illo in quibus inferius differetur. in casu autem nostro pōt ꝓba
biliter considerari ꝙ testator non ꝯfidēs ꝙ. d. Perdominicus fue
rit bonus et accuratus distributor suorū bonorū prout ꝑsuadetur
ex quo inhibuit longe artius sibi bonorū ipsius testatoris distribu
tionē q̄ fecerit ceteris eius filijs pariter institutis voluit magis cō
fidere de heredibus etiā extraneis. i. nō descendentibus alioꝝ filio
rum q̄ de heredibus extraneis ipsius Perdominici saltem causa-
tis ex mera eius dispositione: et propterea voluit artare ꝙ nō alie
naret neq̃ in vita neq̃ in vltima volūtate donec ꝑueniret ⁊c. ideo
non inconuenit si heredes substitutorum prefert heredib⁹ Perdo
5 minici instituti. † Demonstratur ponamus ꝙ ipse alienasset in fi-
lios forte emancipatos vel in filiosfilie qui de liberis sunt. l. j. C. de
condi. inser. ⁊. l. liberorum. de vbo. sig. nōne quilibet dixerit eū inci
disse in penā priuationis et eo casu heredes substitutorū resultari
magis dilectos q̄ ipsemet institutus ⁊ q̄ eius filij? certe sic: ⁊ si quis
de hoc forte ambigeret licet minime ambigendū foret ponamus
qđ alienaret in penitus extraneū superstitibus filijs ꝓprijs et filijs
substitutorū nōne eo casu filij substitutorū i ea portione relicta ipsi
Perdominico sunt magis dilecti q̄ ipse perdominicus ⁊ successi-
ue q̄ eius filij: ecce qđ tangitur manu qđ in casu quo alienaret seu
aliter veniret cōtra testm̄ est longe magis dilecta pars substitutoꝝ
q̄ pars ipsius instituti: ⁊ ideo nō incōueniat si sunt inuitati oēs he
redes etiā extranei ipsorū Benedicti ⁊ Carubelli cōstat qđ prohi-
bitio alienādi est generaliter facta nec distinguit testator in quas
personas: ideo generaliter est intelligenda. l. j. §. ⁊ generaliter. de le
ga. prestā. cañ. si romanoꝝ. xix. distin. cum si. item facta alienatione
priuatio est generalis: q2 ipse sine distinctione est priuatus. primo
enim testator eo casu priuat ipsum perdominicum. secūdo inuitat
ipsos Benedictum Carubellum ⁊ eorum ⁊ cuiuslibet eoꝝ heredes
et successores: nec ex verbis apparet ꝙ priuatio primo facta fuerit
respectiua ad inuitationē scđo loco factā: ideo ex quo priuatio pri
mo est generalis: ita ⁊ iuuitatio scđo loco facta fuerit gñalis prout
fuisse censetur si vba heredes ⁊ successores proprie sumerent̄ cū nō
esset presumendum ꝙ testator voluerit illum generaliter priuare ⁊
nō inuitare generaliter. quid em̄ si ille perdominicus alienasset nō
superstitibus Benedicto ⁊ Carubello nec eorum descendentibus
priuatio esset generalis deseruiendo vbis ⁊ nullus esset inuitatus
vnde esset locus fisco: quia heres institutus qui nō habet volunta-
tē defuncti censetur indignus. l. cum quidam. ff. de his quib. vt in-
dig. et. l. hereditas. C. eo. ti. ⁊. l. ex parte. de his quib. vt indig. vnde
est verisimile qđ voluerit oēs heredes Benedicti ⁊ Carubelli inui-
tare potius q̄ ꝙ veniret fiscus: et si dicatur ꝙ ita demum censeatur
priuatus si defertur hereditas substitutis fit violentia verbis pri-
uatiuis que sunt magis generalia: ne ergo resultēt tot violētie ver-
bis intelligatur priuatio generalis ⁊ inuitatio generalis de omni-
bus heredibus prout verba sonant confert ad supradictam inter-
pretationem: quia testator in dicto testamēto pluries nominauit
filios sub nomine filios ⁊ nō sub noīe heredes: immo adijciebat ver
bum heredes in pluribus locis ipsius testamēti ⁊ dictio ⁊ poni so-
let inter diuersa vt ꝑ gl. in. d. rub. de iur. ⁊ fac. igno. ideo testator so
litus est sumere pro diuersis filios ⁊ heredes: ⁊ sic solitus est non se-
mel sed pluries sumere verbū heredes ꝓ heredibus hereditatis nō
pro heredibus sanguinis ⁊ plurib⁹ vicibus est solitus in eodē testō
nominare heredes sanguinis sub nomine filios nō sub nomine he-
redes. Ideo sumpto argumento a precedentibus verbis testamen
ti ⁊ a consuetudine ipsius testatoris maxime in eodem cōtextu in-
terpretandū est ꝙ proprie sumatur verbū heredes ꝓ heredibus ex
traneis. ar. l. si seruus pluriū. §. si. de leg. j. ⁊. l. qui filiabus. eo. ti. et. l.
heredes palā. §. sed si notā. ff. de testa. cū sīlibus. vbi enim reperitur
in testamēto vnū verbū equiuocū: ita ꝙ pōt adaptari ad plures si-
gnificatus si reperitur in vna parte testamēti positū in vno signifi-
catu: tūc interpretatur in eodē significatu positū in alia parte posi
tum theorica est Bar. in. l. centurio. de vulg. ⁊ pupil. parū post me-
dium. versiculo vel quid si in precedentibus. a cuius theorica non
solent doc. discrepare ibi. ⁊ in. l. precibus. C. eo. ti. quāto fortius vbi
pluries per eūdē testatorē reperit̄ positū in eodē significatu ⁊ nūq̄
in alio: concurrit ergo in casu nostro ⁊ ꝓpria vis verborum ⁊ stilus
testatoris ⁊ verborum generalitas que non ita concurrebāt in casu
quo loquunt̄ Bar. Bal. ⁊ Pau. de ca. in ꝯtrariū allegati: qnimmo
Bal. in. d. c. j. de natura succe. feu. ponit casum ꝙ testator in substi-
tutione dixit si filius decesserit sine herede substituit titiū ⁊ eius he
redes ⁊ ponderat pro ratione ꝙ talia sunt subiecta qualia predica
ta demonstrant. et allegat. l. si defensor. de interrog. ac. ex quo ptʒ
ꝙ ponderat verbum herede premissum qđ est positū pro filio: ideo
vult ꝙ in sequēti sermone ita sumpserit ita potest retorqueri in ter
minis nostris in cōtrariū vt premisi maxime cū appareat vt dixi ꝙ
testator fuerit solitus vti verbis proprijs ⁊ nō verbis vulgariū: ⁊ sic
videtur cessare hic illud qđ doc. ponderant ꝙ vsus vulgariū est ap-
pellare heredes filios: q2 ex quo apparet de cōtrario vsu testatoris
in hoc indiuiduo testamēti non videtur illud attendendū. ⁊ maxi-
me q2 est magis vsus ille si qui est in vulgari sermone q̄ in latino in
quo latino versatur casus noster. ⁊ insuper est magis cōis ꝙ veniāt
heredes hereditatis q̄ heredes sanguinis. casus ergo i quo loquū
tur Bar. Bal. ⁊ Pau. in. d. §. etiam est separatus ꝓpter dictā rōnē.
item est separatus ex alio q2 loquūtur in substitutione facta sub cō
ditione si decesserit filius sine filijs quo casu militat ratio quā assi-
gnāt qđ prout filios instituti prefert substitutis ⁊ eorū filijs: ita et
est verisimilis mens ꝙ heredes extraneos instituti pretulerit: sʒ in
casu nostro nō est facta substitutio sub conditione si decesserit sine
filijs: sed sub alia conditione qua eueniente pretulit substitutos et
eius heredes ipsi instituto ⁊ eius liberis: nam cui dubiū ꝙ si dictus
perdominicus reliquisset extraneo de bonis dicti Pauli testato-
ris ita qđ esset purificata cōditio substitutionis vel alienasset in vi
ta: dicet ne quispiā ꝙ substituti non preferrerētur instituto ⁊ eius
liberis: lʒ enim magis diligeret institutum ⁊ eius liberos q̄ substi-
tutos ⁊ eorū liberos in casu quo obediret testatori: ⁊ ita verisimili-
ter plus diligeret eo casu heredes extraneos instituti in portione
sibi relicta q̄ heredes extraneos substitutorū. ar. d. l. publius. de cō
di. ⁊ demon. tñ in casu quo ipse heres non obtemperaret precepto
testatoris apparet ꝙ ipse testator habuit odio ipsum perdomini-
cum expresse eum priuando: ideo non est inconueniens si eo casu
plus diligit heredes extraneos substitutorū q̄ heredes extraneos
instituti: quinimmo q̄ ipsum institutum: itaq̃ termini nostri sunt
penitus separati a terminis Bart. ⁊ sequacium in. d. §. etiam. et ra-
tio per istos ponderata cessat in casu nostro: licet etiam in illis ter-
minis meris vbi cessarent rationes quas supra ponderaui nō esset
expeditum ꝙ procederet eorum sententia: licet enim sit equalis cō
iectura illa quam ipsi ponderant: non tamen probatur iure qđ sit
tanta ꝙ preualeat verbis satis claris: et licet instituti censeant̄ ma
gis dilecti q̄ substituti: tamen ꝙ heredes instituti censeantur ma-
gis dilecti q̄ heredes substitutorum expresse substituti non proba
tur iure. Et maxime quia potuit esse ꝙ dubitauerit ꝙ hereditas
non perueniat ad talem quem non diligit. multa enim possunt mo
uere testatorem que nos latent: idem propter diuinationem men
tis durum est recedere a verbis que cōceptum mentis demonstrāt:
et licet auctoritas eorum sit magna: tamen loquendo in illis me-
ris terminis fortasse non est minor auctoritas tenentium contra-
rium ex quo vt dixi Ange. ⁊ Imo. licet viderint ⁊ rationes ⁊ aucto
ritates Bar. ⁊ Bal. tamē contrariū firmauerunt: ⁊ Bar. arguit ad
partes: ⁊ licet videatur transire cum opinione Ric. malū. volentis
ꝙ eo casu non veniant in substitutione heredes extranei: tamē in
cursu forte lectionum loquitur non precise firmando sed cōtrariū
aperte firmat in quodam consilio incipiente domina Blonda filia
quondam ⁊c. in ordine. cvj. ſm ordinem qui habetur perusie nō in
formis vbi loquitur magis accurate ex quo consulendo et expresse
decidit ꝙ veniant heredes extranei substituti ⁊ preferant̄ heredi-
bus extraneis instituti: itaq̃ auctoritas Bar. videtur magis iuua
re hanc partem q̄ contrariam: ⁊ propterea non videt̄ hec pars gra
uitate auctoritatum deficere: nam Spec. non dicit ꝙ non censean-
tur inuitati heredes extranei: sed dicit ꝙ veniunt filij etiam nō he
redes forte voluit intelligere qđ verbum heredes omnes comple-
ctatur et heredes sanguinis et heredes bonorum. ¶ Nec obst. qđ
Bartolus in alio consilio supra relato vult quod veniant filij ap-
pellatione heredum non extranei heredes: nam loquitur ibi in ca
su penitus separato habente separatam rationem vt patet in eo:
quicquid autem dicendum sit in illis terminis scilicet in simplici
substitutione facta filio sub conditione si decesserit sine liberis: put
sunt illi termini docto. non multum facit ad terminos nostros in
quibus non cadit illa ratio docto. et militant alie rationes in ca-
su isto quam in illo: militat etiam vltra iam dicta alia ratio: quia
testator non fuit contētus solo verbo heredes sed per copulam et
que sui natura est ampliatiua: vt est textus notabilis et singularis
secundum Dynum ibi in. l. ea tamen adiectio. de legatis tertio. et
notant doctores in dicto. §. etiam. et in. c. ex parte. de rescriptis.
subiungit testator et successores: vnde ad maiorem expressio-
nem voluit addere quod venirent successores: puta bonorum
possessores

possessores ꝛ si qui similes forent qui non essent proprie heredes et
succederent vniuersaliter in bonis: videtur itaqꝫ satis apta ista cō-
clusio ꝙ veniat appellatione heredū in dicta substitutione etiā ex-
tranei heredes nō obstātibus adductis in cōtrariū que pro magna
parte sunt sublata supra. Nō em̄ obstat qḋ appellatione heredum
qñqꝫ nō cōprehendātur nisi descendētes: qꝛ lꝫ qñqꝫ hoc occurrat re
gula est in cōtrariū: nec iste casus est de exceptuatis per supra late
dicta: nec obstat ꝙ. d. Benedictus est institutus: qꝛ testator graua-
uit Perdominicū vt non alienaret: ꝛ eo casu inuitauit pariter Ca
rubellū ꝛ eius heredes prout Benedictum ꝛ eius heredes nō inui
tauit solum illos duos lꝫ predecesserit Carubellus nō dꝫ ꝓpterea
euanescere substitutio quo ad eius heredes expresse inuitatos: nec
potest de hoc conqueri ipse Benedictus cum idētidem poterat id
contingere ex suo latere. ar. l. de fideicōmisso. C. de trāsac. cū ibi no-
tatis. ꝛ maxime cum prius videatur resultasse priuatio ꝙ ipse Be
nedictus consecutus fuerit hereditatē cū conditio priuatiua videt̄
ꝙ fuerit purificata saltē morte ipsius Perdominici maxime tenē-
do qḋ legata pia non exigāt aditionē hereditatis de quo habet̄ in
l. eam quā. C. de fideicō. ¶ Nec obstat qḋ dicebat̄ ꝙ videat̄ impedi-
re liberā testamēti factionē: qꝛ hoc negat̄: nā si testabatur nō relin-
quēdo illa bona lꝫ iuris dispositione bona illa venirēt in consequē
tiam cū vniuersitate nō incidisset in penā: qꝛ verba ꝓprie nō com-
prehenderent talem casum ꝛ verba penalia sunt stricte interpretā-
da. l. si preses. ꝛ in. l. interpretatione. de penis. ꝛ regula in penis. in
vj. itē debent interpretari vt actus valeat ꝛ nō pereat ꝑ iura vulga
ria: ideo dꝫ dicta ꝓhibitio intelligi vt non impediatur libera testa
mēti factio vt. s. ipse nihil specialiter disponat relinquendo de di-
ctis bonis: nō autē ꝙ ipse nequeat in suis bonis heredem institue-
6 re: qꝛ tunc prohibitio non valuisset. † Nec etiā videtur obstare qḋ
dixit heredes ꝛ successores: quia illud facit prout supra ꝑ hac par-
te est inductum: nam licet large loquendo appellatione heredum
veniāt etiā alij successores ꝛ bonorum possessores. l. heredis appel-
tio. de verb. sig. l. in conditionibus primū locū. de cōdi. ꝛ demon. ta
men large loquendo non proprie. cū em̄ sint diuersa vocabula ꝛ di-
uersi tituli de eis tractātes cōstat esse diuersa ꝛ diuersa significāt. l.
si idē codicilli. C. de codi. ꝛ insti. de bono. pos. §. quotiēs autē. vbi est
expressum ꝙ bonorū possessor non est heres: ideo potius fuit adie-
ctum vt proprio vocabulo cōprehendātur alij successores non here
des: nec est verū ꝙ dictio ꝛ debeat interpretari vt requirat concur
sum qñ potest referri ad diuersa subiecta prout potest in terminis
istis: quia in dubio interpretatur vt ampliet non vt restringat p. d.
l. ea tamē adiectio. ꝛ supra latius dixi. ¶ † Nec ob. ꝙ pia causa ha-
beat multa priuilegia nō sequitur ꝙ habeat istud. s. ꝙ heres con-
tra prohibitionem testatoris possit ipsius testatoris bona ad pias
causas deputare: nec factum heredis immutat testatoris volunta
tē. l. qḋ voluerit inuitare magis heredes sanguinis ꝙ heredes he-
reditatis qui proprie sunt heredes: ꝛ maxime qꝛ forte non interest
piorum locorum quibus sunt facta legata vtrū veniāt heredes ex-
tranei necne: ex quo superest Benedictus vnus ex institutis qui
prout mihi dicit̄ impingit dictis legatarijs ꝙ Perdominicus nō
potuit disponere ꝓpter prohibitionē Pauli testatoris: ꝛ ꝙ bona
vigore substitutionis sunt ad eum delata nec est contētio inter pla
citam ꝛ legatarios: nec vtrum sit locus substitutioni necne: sed est
controuersia inter dictos Benedictum et placitam: quia. d. Be
nedictus instat ꝙ ipse solus veniat ex dicto testamēto Pauli vigo
re dicte substitutionis ꝛ non dicta Paula tanꝙ heres extranea et
non ita dilecta a testatore prout ipse Benedictus filius testatoris.
7 ¶ † Probato autē ꝙ appellatione heredum in dicta substitutio-
ne censeantur inuitati heredes etiam extranei dubitari pōt quali-
ter qñ et pro qua rata admittātur heredes: nam posset quis dicere
ꝙ ipsi nominati. s. Benedictus ꝛ Carubellus censeātur inuitati pri
mo loco: ꝛ scḋo loco heredes eorum censeātur inuitati prout secun
do loco sunt nominati pluribus rōnibus. primo rōne ordinis scri-
pture: qꝛ primo noīatus censetur magis dilectus. l. quotiens. ff. de
vsuf. secūdo qꝛ ipsi fuerunt dilecti in institutione ꝛ non heredes eo
rū. tertio qꝛ filij: ideo ex naturali vinculo magis affecti. l. fi. in princ.
C. de cura. fu. l. isti quidem. qḋ metus causa. l. scripto vnde liberi. cū
similibus. itaqꝫ cōcurrente ordine charitatis ꝛ ordine scripture vi-
detur ꝙ censeantur inuitati ordine successiuo: hoc est ꝙ secundo lo
co nominati inuitati censeantur demum cessantibus primo nomi-
natis. ar. l. cum pater. §. a te peto. de leg. ij. ꝛ. l. heredes mei. §. peto.
ad trebel. sed superest Benedictus nominatus primo loco in scri-
ptura ꝛ filius alīs institutus merito ipse solus censeatur venire. itē
ex regula. l. si ita relictum. §. in fideicommisso. ff. de lega. ij. vbi quā-
do plures vocantur nomine collectiuo in quib⁹ datur ordo exp̄sse
nominati preferuntur alijs nominatis noīe collectiuo: ideo Bene
dictus expresse in dicta substitutione nominatus preferatur dicte
Placite que non fuit nominata sed solum comprehensa sub nomi
ne collectiuo heredes. Dato ꝙ ipsa etiā veniat vna cum dicto Be
nedic. non videtur qḋ veniat ad dimidiam: nam in dicta substitu-
tione fuerūt nominati Benedictus Carubellus ꝛ eorum heredes-
et sic fuerunt facte tres nominationes due duorum nominib⁹ pro
prijs: tertia plurium vno nomine collectiuo heredes. quando au-
tem fiunt hmōi nominationes in institutionibus substitutionib⁹
seu legatis nominati nomine collectiuo reputantur omnes ꝓ vno
et ad vnam portionem inuitantur et quilibet nominatus admitti
tur pro alia portione pari portioni omnium qui comprehendunt̄
sub nomine collectiuo: vt est tex. in. l. si titius fundi. ꝛ. l. interduꝫ. in
fine principij. ff. de here. insti. ꝛ in. l. plane. in prin. de leg. j. ꝛ. l. si pa-
ter filio. in prin. ff. de vulg. ꝛ pupil. ꝛ. l. si quis titio. ff. de vsuf. accres.
vbi est expressum ꝙ si quis titio ꝛ heredibus suis reliquit vsumfru.
ipse titius vocatur ad dimidiā ꝛ heredes ad aliā dimidiā: ideo ſm
hoc cum portio dicti Carubelli qui decessit pendēte conditione de
fecerit per iura vulgaria: ideo videtur ꝙ accrescat pro dimidia di-
cto Benedicto ꝛ sic Benedictus habeat dimidiam. heredes auteꝫ
Carubelli et futuri heredes Benedicti sint habituri aliā dimidiā:
et ideo placida heres Carubelli non sit inuitata nisi ad quartā nec
plus petere possit. ¶ Tamen his non refragantibus videtur po-
tius recte considerando dicendum contrarium. s. ꝙ dicta Placita
admittatur ad dimidiam: nam videtur ita interpretanda mēs de-
functi qḋ si tēpore euenientis conditionis sint Benedictus et Ca
rubellus ipsi succedant insolidum non autem censeant̄ vocati eoꝝ
futuri heredes: sed si ipsi tunc non supererunt non cēsentur ipsi vo
cati per. d. l. vnicam. §. sin autem sub conditione. C. de cad. tol. cū si.
sed tunc vocati cēseantur eorum seu cuiusqꝫ eorum heredes. iste sit
ordo successiuus queꝫ denotet ordo scripture ꝛ ordo charitatis. fa
cit quia qualitas adiecta verbo intelligi debet ſm tempus verbi. l.
in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. cum cōcor. ideo tempore quo
euenit conditio substitutionis debeat subesse qualitas illa sub qua
vocantur. facit in argumentum. l. si cognatis. ff. de reb. dub. et ſm
hoc si hec consideratio procedit non curetur de heredibus Bene-
dicti. item si futuri heredes Benedicti sperantur admitti videtur
qḋ ex quo isti omnes heredes casu quo omnes essent vocati advnā
partem sunt coniuncti re ꝛ verbis prout est communis opi. de qua
per Bar. in. l. re coniuncti. de leg. iij. et per glo. et doc. in. l. si duob⁹.
§. fi. ff. de lega. j. et per glo. in. l. j. de vsufru. accre. ad hoc tex. in. l. tri-
plici. de verbo. signi. et. l. coniunctim. et ibi hoc tenet Dy. de lega.
iij. et est magis communis opi. doc. qui volunt qḋ inter coniūctos
re et verbis sit locus iuri nō decrescendi. in iure autem nō decrescē-
di fiunt partes per concursum in. l. vnica. §. si vero nō omnes. C. de
cadu. tol. ideo primo veniens totum consequitur saltem si coniun-
ctus qui venire speratur adhuc non est inuitatus licet speretur ad-
mitti. argu. d. §. si vero non omnes. et. l. idem neratius. §. si mihi. de
vsuf. accres. ꝛ. l. sub conditione. scḋo respōso. de assig. liber. prout vo
lunt Pet. de bellaper. Andre. de pisis Cy. Bal. ꝛ Ange. ꝛ Jmo. in
l. plane. l. si cōiunctim. de lega. j. quod et voluit glo. in. l. §. ff. si pars
hereditatis peta. quod ꝛ volunt Bald. et Jmo. in. d. l. si duobus. in
prin. de leg. j. et Bal. in. d. l. vnica. §. si vero non omnes. Et ſm hoc
heredes Benedicti interim non essent in consideratione ꝛ deberet
fieri diuisio pro dimidia heredibus. s. Carubelli vna dimidia deuol
uatur ꝛ altera dicto Benedicto vel dicamus. ꝛ in idem recidet Ca
rubellus et eius heredes censeātur simul inuitati ꝛ loco vnius ꝑso-
ne habeantur ꝛ Benedictus ꝛ eius heredes censeantur vna ꝑsona
et ad vnam portionem inuitentur per tex. in. l. fi. C. de impu. vbi est
casus ꝙ si honoratur titius ꝛ sempronius cum liberis suis sempro-
nius et liberi habentur loco vnius persone: ita ꝙ ipsi ad dimidiaꝫ
et titius solus ad dimidiam licet si fuisset honoratus titius ꝛ sem-
pronius cum liberis gaij censerentur tres persone inuitate: quia li
beri gaij inuitati nomine collectiuo haberentur pro vna persona
titius pro altera sempronius pro altera. iste est tex. in. d. l. si quis ti
tio. de vsufru. accres. vbi text. aperte dicit ꝙ tantum est dicere titio
sempronio cum heredibus quātum titio ꝛ sempronio et heredib⁹.
ratio ergo in. d. l. fi. quia pater et filij reputantur vna persona ꝑut
est ibi tex. ista autem ratio pariter militat in heredibus: quia etiā
heres reputatur eadem persona cum defuncto. in aut. de iureiurā.
a mo. presti. in prin. ideo illa dispositio procedat etiam quando ho
noratur quis ꝛ eius heredes vna cum alio: nam vbi idētitas ratio-
nis ibi idētitas iuris. l. a titio. de verboꝝ obliga. ꝛ. l. illud. ad. l. aqui.
cum similibus. et hoc satis aperte volunt glo. et docto. communi-
ter in. d. l. fin. de impube. dum opponunt de dicta. l. si quis titio. de
vsuf. accres. et soluūt qḋ ibi loquit̄ de heredibus testatoris nō in he
redibus legatarij: et licet Salyce. ibi aliter soluat assignando ratio
nem ad. d. l. fina. qḋ ibi sempronius non censetur coniunctus cum
filijs sed tantum cum titio: quia dixit heredes sumpto titius cum
filijs et sempronius cum differat casu a filijs et concordet cum eorū
patre: ideo tantum due portiones fiunt: secus dicit ipse si concor-
det cum filijs in casu et discordet a patre: vt quia dixerit titius cuꝫ
filijs et meuio: ita loquatur secundum eum. d. l. si quis titio. sed non
est recedendum a communi sententia saltem in decisiuis: maxime
quia verbum meuio potest in. d. l. si duobus. discordare in casu ꝑut
concordare. et qḋ iurisconsultus non faciat vim in hoc patet ex fi-
ne illius litere. ex mente itaqꝫ glo. ꝛ docto. communiter habemus
dicere quod heredes non constituat separatam partem: sed repu-
tentur pro vna persona cum eorum auctore et maxime hoc casu.

Et ſm̃ hoc Carubellus ⁊ eius heredes cenſeantur inuitati ad vnã
portionem ⁊ Benedictus ⁊ eius heredes cenſeanť inuitati ad aliã
portioné; vnde Carubellus ⁊ eius heredes cenſentur coniuncti in
vna portione: ideo deficiẽte Carubello portio tota deuoluitur ad
magis coniunctos. ar. l. coheredi. §. qui diſcretas. de vulg. ⁊ pupil.
et. l. j. §. ſi quis ex nepotibus. ff. de coniung. cum emã. libe. ⁊. l. vnice.
§. his itaq̃. C. de ca. tol. ⁊ ideo ipſa placida heres Carubelli admit-
ti debet ſecundũ hoc ad dimidiam portionis que eſt deuoluta ex
dicta ſubſtitutione hoc eſt portio relicta Perdominico detracta
legitima: de trebellianica me remitto ad ea que habentur in auť.
ſed cum teſtator. ad. l. fal. ⁊ iſta interpretatio ꝙ cenſeantur inuitati
ad vnam portionem Carubelli ⁊ eius heredes ⁊ ad alteram Bene
dictus ⁊ eius heredes videtur mihi de mente teſtatoris et de mẽte
iuris. facit. c. vnicum. de duobus fratri. a cap. inueſti. iũcta. l. ſeruũ
filij. §. eum qui cyrographum. de leg. j. cum concor. in quibus ꝓbať
qd̕ de contractibus ad vltimas voluntates licita eſt argumẽtatio.
et ita al's dum piſis legebam conſulendo in alia cauſa viſum fuit.
8 ¶ † Nec obſtant adducta in cõtrariũ. ⁊ primo nõ obſtat ꝙ primo
nominati cenſeãtur primo loco vocati adeo ꝙ excludant ſc̄do no-
minatos; quia iſta regula nõ procedit regulariter probatur mille
iuribus in quibus coniuncti per copulam ſimul vocantur et vnus
non excludit alterum iura que adduximus loquũtur in his qui vo
cantur per diſiunctiuã non per copulatiuam ⁊ quãdo plures inui-
tantur inter quos eſt ordo charitatis vtrũ cenſeantur inuitati or-
dine ſucceſſiuo vel ſimul tradunt doc. in. l. gallus. §. quidam recte.
de libe. et poſthu. ⁊ licet ſint opi. tamẽ magis cõis opi. ꝙ non ſuffi-
ciat ordo charitatis ſed debeat concurrere ordo debiti naturalis
prout voluit Cy. ⁊ communiter doc. ibi: prout ibi dicunt Bald. et
Ange. qui idem tenent. ⁊ idem firmat ibi Jmo. ⁊ propterea dicunt
ibi Bal. ⁊ Ang. qd̕ in legatis ⁊ fideicommiſſis non cenſentur inui-
tati ordine ſucceſſiuo ipſi cõiuncti licet immineat ordo charitatis:
quia non cadit ordo debiti naturalis nec timor ſubuerſionis teſta-
menti adducunt. c. raynutius. de teſtamẽ. ⁊. l. mulieri cum liberis.
de vſufru. accreſ. item licet videatur eſſe quidã ordo charitatis in-
ter Benedictum ⁊ eius heredes ⁊ Carubellum et eius heredes: nõ
tamen videtur talis ordo inter Benedictum ⁊ heredes Carubelli.
quid enim ſi ſupereſſent filij ⁊ heredes Carubelli non eſſet veriſimi
lis charitas teſtatoris qd̕ vellet Benedictum habere totũ: ſed ver
bum heredes complectitur omnes heredes ⁊ filios ⁊ alios vt ꝓba-
tum eſt merito non cadit omnino ordo charitatis in his terminis
et maxime quia Bar. in. d. l. quidam recte. declarat ꝙ ordo charita
tis cadit inter eos inter quos eſt ordo ſucceſſionis ab inteſtato: ſʒ
in caſu iſto deſcendentes Carubelli ſucceſſiſſent vna cum Benedi-
cto: ideo non cadit iſte ordo charitatis inter cõprehenſos ſub ꝟbo
heredes ⁊ ipſos primo nominatos. Non ob. qd̕ ſecundo loco dice-
batur ꝙ primo nominati cenſeantur inuitati ſoli: ita ꝙ preferun-
tur alijs nominatis nomine collectiuo per. d. §. in fideicõmiſſo: nã
reſpondetur ꝙ illi ſunt termini multuʒ ſeparati: nam loquitur ille
tex. quando plures ſunt inuitati ſub nomine collectiuo ſub quo cõ
prehenduntur etiam ipſi qui ſpecifice nominantur. verbi gratia.
teſtator legauit cẽtum cognatis ſuis et titio ⁊ ſempronio vel fami
lie et titio et ſempronio: titius et ſempronius erãt de cognatis vel
familia: ita qd̕ erant inuitati et expreſſis nominibus ⁊ ſub nomine
collectiuo tunc datur illa interpretatio: ſed quando nominati nõ
comprehenduntur ſub nomine collectiuo tũc nõ cadit dicta inter-
pretatio: ſed comprehenſi ſub nomine collectiuo veniunt regulari
ter vna cum expreſſis nominibus proprijs: iſte eſt tex. in. d. l. inter-
dum. in. d. l. ſi pater filio. in. d. l. ſi mulieri cũ liberis. et. d. l. ſi titio. de
vſufr. accre. ⁊ in. d. l. ſi. de impu. ⁊ in mille ſimilibus. iſte eſt caſus no-
ſter cum ſub verbo heredes non comprehenduntur Benedictus ⁊
Carubellus. non ob. vltima ratio in contrarium adducta quia ſu-
pra apparet varijs modis ſublata.

Laus deo.

¶ Summarium ſuper conſilio. cclxxiij.

1 Filij poſiti in conditione an cenſentur tacite inuitati a teſtatore tanꝙ̃ videantur patribus eorum ſubſtituti. nu. ſeq. et. 3.
2 Subſtitutio facta vltimo moriẽti que ſubſtitutio dicatur. nu. ſeq.
3 Ratio generalis facit qd̕ dictũ ſeu diſpoſitio extendatur ad caſum ad quẽ al's nõ adaptarẽtur ꝟba etiam in materia ſtricta.
lutione vel nõ petita videt̃ ꝙ indiſtincte velint ꝙ ſit ſeruandum.et
Jmo.in.xlij.char.ver.aduerte qr̃ Bar.in.c.cũ contingat.de iureiu
2 ran.videt̃ velle ꝙ nec poſſit repetere ſolutũ.†Et hoc ꝙ non poſſit
petere abſolutionẽ:maxime videt̃ dicẽdũ qr̃ dicti magr̃ Baptiſta ⁊
dña polyſena renũciauerũt oi iuris auxilio cõpetẽti ⁊ cõpetituro:
ſꝫ iuris auxiliũ videt̃ eſſe poſſe petere ⁊ obtinere abſolutionẽ.a iu-
ramento ergo petẽdo abſolutionẽ incidat in ꝑiuriũ.⁊ ꝑ ꝯñs nõ ſit
audiẽdus cũ nõ audiat̃ petẽs abſolutionẽ ſi periuriũ incurrit ꝓut
infra ꝓxime dicã.itẽ dicti debitores ꝓmiſerũt ſoluere ⁊ iurarũt ob
ſeruare dictã ꝓmiſſionẽ.iõ videt̃ ꝙ interpellati etiã extraiudicial'r
cõſtituti fuerint in mora.l.qd̃ te ſi cer.pe.⁊.l.ſi ex legati.de ver.obl.
⁊.l.mora.de vſur.cũ ſi.ſi in mora ergo vr̃ ꝙ ſit ꝑiur⁹ nõ obſeruando
iuramẽtũ.l.ſi qs maior.C.de trãſac.⁊ forti⁹ ſi in iudicio peteretur.
3 †Uolunt eñ docto.ꝙ ſi quis promittit ſoluere vſuras ⁊ iurauit lꝫ
poſſit agere vt iuramẽtum relaxetur:vt in.c.j.de iureiu.⁊.c.ad no-
ſtram.eo.tit.tamẽ ſi inſtat tempus ſolutioni deſtinatũ:ita ꝙ abſo-
lutio nõ hꝫ cõcedi anteq̃ tp̃s ſolutionis veniat petens abſolutio-
nẽ non eſt audiendus:ſꝫ ſoluat ⁊ repetat ne incidat in ꝑiuriũ prout
ſentit Uin.in.d.c.debitores.⁊ Jo.an.ibi qd̃ ⁊ voluit Jo.an.in ad-
di.Spe.in rubrica.de iureiurã.in vltima.q.qd̃ ⁊ videt̃ etiã velle in
no.in.d.c.debitores.⁊ Panor.ibi.⁊ in.c.eo.tit.⁊ etiã eſt de mente
Jmo.in eodẽ.c.j.⁊ idẽ ſi prius fuerat in mora ⁊ cõſequẽter incurſit
ꝑiurium:nã ex quo interim ſtat in peccato ꝑiurij nõ eſt audiendus
prout voluit Fed.de ſenis cõſi.cclxxxix.ꝓut refert ⁊ ſequit̃ Panor.
in.d.c.j.de iureiur.ita ⁊ pari rõne in caſu noſtro ſi fuit interpella-
tus vel interpellet̃ anteq̃ cõcedatur abſolutio q̃ non eſt conceden
da niſi citato dicto Samuele cui eſt preſtitũ iuramentum ⁊ cui⁹ in-
tereſt ne concedatur prout voluit Jo.an.poſt Uincẽ.in.d.c.debito
res.⁊ Jo.an.in dicta addi.⁊ Fede.in.d.cõſi.cclxxxix.⁊ Jmo.⁊ Pa-
nor.in.d.c.j.⁊ per cõſequẽs prius cõſtituatur in mora q̃ ſit cõceſſa
abſolutio videt̃ ꝙ nõ ſit cõcedenda cũ illaqueatus videat̃ iuramen
to per predicta ⁊ potuiſſe nõ videt̃ cõcedẽda dicta abſolutio quia
ignorãs an re vera dicta q̃titas cõfeſſata fuerit numerata et mu-
tuata necne ⁊ in dubijs tutior via ꝓ aĩa eſt eligẽda.c.ad audientiã.
⁊.c.ſignificaſti.ij.⁊.c.penultimo.de homi.⁊.c.iuuenis.de ſpõſali.iõ
4 tutius eſt cõpellere ad ſoluendũ ⁊ ſi vult poſtea repetat.¶ †Tamẽ
his non ob.videt̃ cõtrariũ tenendũ:nam Bar.⁊ Ang.vidẽtur hũc
caſum aſſimilare iuranti ſoluere vſuras qd̃ iuramẽtũ poteſt ſeruari
ſine diſpẽdio ſalutis eterne:ideo eſt ſeruãdũ.c.j.c.debitores.⁊.c.ad
noſtrã.de iureiur.q̃ iura allegãt prefati doc.⁊ merito qr̃ neutro ca-
ſu peccat iurans in ſeruando id qd̃ iurauit ⁊ vtroq; caſu peccat in
recipiẽdo is qui recipit:nã ſi ego confeſſus fui me recepiſſe cõfiſus
in te vt tu mihi numeres ⁊ tu non numeraſti ⁊ eo nõ obſtãte recipe
re vis a me pecuniã vt mutuatã quã nõ mutuaſti nulli dubiũ qd̃ tu
peccas ⁊ vtroq; caſu citra iuramẽtũ põt ſolutũ repeti ꝯdictione in
debiti ſi ignorãter ſoluit̃:⁊ ideo ſm̃ eos vtroq; caſu extãte iuramẽ
to põt etiã ſciẽter ſolutum repeti:nõ eñ cenſet̃ donare lꝫ ſciẽter ſol
uat indebitũ nec militat regula.l.ei⁹ qd̃ per errorẽ.de reg.iur.⁊.l.j.
ff.de cõdi.inde.qr̃ ſoluit timore periurij:ideo nõ cẽſet̃ donare ꝓut
etiã dicit Jmo.in.d.c.debitores.vbi hoc probat̃ quotiẽs etiã mili-
tat alia cauſa nunq̃ preſumit̃ cã donationis.l.ſi cũ aurũ.de.ſol.⁊.l.
cũ de indebito.de proba.iõ cũ Bar.⁊ Ang.equiparẽt ⁊ aſſimilent
iſtos caſus ⁊ ſimilitudo ex premiſſis ſatis aperte ſuadet̃ ⁊ de ſimili-

bus idem sit iudicium.c.inter ceteras de rescriptis.l.non possũt.de
5 ll.cum si.¶ †Restat ꝙ prout põt peti absolutio a iuramento pstito
to super prestandis vsuris creditori vt oẽs cõcordant.in.d.c.j.c.de
bitores.⁊.c.ad nostrũ.de iureiur.ita ⁊ possit peti absolutio a iura
mento prestito sup mutuo ciuili ⁊ renũciatione exceptioni nõ nũe
rate pecunie qđ ⁊ aperte videt̃ velle Jmo.in.d.c.cum cõtingat i di
cta.xlij.char.ver.aduerte quia Bar.circa principiũ vbi recitat di
ctũ Bart.in.d.l.fi.de nõ numerata pecunia subdit formalr̃.⁊ ꝑ hoc
etiã videtur velle ꝙ si quis renunciasset exceptioni simulationis et
iurasset nõ contrauenire quãdo re vera cõtractus fuisset simulatus
silr̃ idem videret̃ dicẽdum eadẽ ratione qđ possit fieri solutio ꝓ ob
seruando iuramentum vel etiã ante peti absolutio facit ⁊c.⁊ ꝑ hoc
vult Jmo.ꝙ eo casu quo in his terminis potest solutũ repeti pari
ter possit ante solutionem peti absolutio:vt insup idem Jmo.post
dñm Anto.in charta precedenti eodẽ.c.generaliter videt̃ velle qđ
qñ contract⁹ non põt seruari sine dispẽdio salutis eterne ex parte
recipientis lꝫ seruari possit ex parte soluẽtis tunc iuramẽtum non
astringat effectualiter ⁊ sic possit peti absolutio ⁊ lꝫ se exemplificet
in cõtractu feneratitio tñ dictũ est generale nec exẽpla solẽt restrin
gere dictũ.l.j.§.qđ dr.ff.de vi ⁊ vi ar.⁊.c.j.extra ne cle.vel mo.⁊.l.dã
6 ni infec.stipulatio cõpetit de dãno infecto.†Jtẽ Panor.in.c.j.de
iureiur.dicit ꝙ eps põt non solũ absoluere a iuramẽto turpiter ac
cepto de prestandis vsuris:sed etiã a quolibet iuramẽto alias tur
piter suscepto sed ꝙ non recipiẽs pecuniã nõ obstãte ꝙ nõ recepe
rit artetur reddere negari neqt quin sit turpe ipsi recipienti ⁊ pec
catũ merito peti possit absolutio a iuramento ⁊ concedi debeat et
aduertendũ etiã est qr dicit dñs Anto.in.d.c.j.ꝙ iudex cum videt
creditorẽ paratũ petere potest ex officio eum cõpellere vt desistat
a petitione ⁊ sic impedire quominus petat per id qđ notat̃ in.c.ex
literis.de sponsa.⁊.xxij.q.ij.canone hoc videt̃.⁊.c.per tuas de vsu
ris.⁊ lꝫ Jmo.in eodẽ.c.j.impugnet quãdo iurans hꝫ aliud reme
diũ.s.soluẽdi ⁊ repetendi:nã iudex non debet interponere officiuꝫ
suũ nemine petente qñ potest aliter succurri parti ꝓm euꝫ adducit
ea que habentur in.l.iiij.§.hoc aũt iudicium de dãno infec.⁊.c in
notuit in fi.de elec.⁊ no.Jnno.in.c.ad nostrã.ij.de iureiur.ꝓm euꝫ:
tamen si cessaret remediũ repetendi solutũ prout ipse Jmol.tenet
in casu quo est renunciatum exceptioni non numerate pecunie et
iuratum illam renũciationem obseruare.⁊ tũc dicit Jmol.ꝙ iudex
ex officio posset cõpellere partem vt nõ petat etiã nemine instante
dicens ꝙ satis probatur in.d.c.ad nostram.ij.⁊ qđ ibi hoc not.Jn
7 no.†Et saltẽ si illa generalis renũciatio comprehensa sub illa clau
sula ⁊ omi alij legũ ⁊ iuris auxilio tolleret etiã ius petẽdi absoloñẽ ⁊
relaxationẽ a iuramẽto videret̃ ꝙ militaret h remediũ.s.inducẽdi
iudicẽ ꝙ ex suo officio cõpelleret reũ ad non petẽdũ illicite qđ non
numerauerit ⁊ cautũ arbitrarer conari vt iudex ex officio ꝑciperet
vt ille samuel nõ exigeret saltẽ donec super absolutiõe iuramẽti co
gnoscat̃:nec iudex deberet recusare vt securi⁹ ↄsuleret aĩe vtriusqꝫ
partis illi ne illicitã exactionẽ faciat isti ne detur occasio incidẽdi
in periuriũ:tñ hoc alr̃ nõ firmo:sed firmo ꝙ possit peti absoloñ a di
cto iuramẽto salua semp sñia melius sentiẽtis ⁊ submoto iuramẽti
vinculo per absolutionẽ iudicis ecclesiastici poterit se tueri exce
ptione non numerate pecunie ex quo non est elapsum biẽniuꝫ nõ
obstãte renũciatione:nã lꝫ gl.voluerit ꝙ si est renunciatũ exceptio
ni nõ numerate pecunie tali exceptioni oppõi nequeat nisi oppo
nens assumat in se onus ꝓbandi negatiuã.s.pecuniã nõ esse nume
ratã ⁊ nõnulli eã sequant̃:tamẽ cõis opi.est in ↄ̃triũ:nã ꝙ simplici
ter renũciatio nõ p̃iudicet tenent Jac.de are.⁊ Cy.in.d.l.si ex cau
tione.C.de nõ numerata pecunia.⁊ ita tenent cõiter doc.prout ibi
Bar.idẽ tenens qđ ⁊ tenent ibi Bal.⁊ Saly.⁊ Ange.ibi ⁊ in.l.j.C.
de dote cauta non nume.⁊ Jmo.hoc presupponere videt̃ ꝓ cõstãti
in.d.c.cũ cõtingat vbi.s̃.⁊ assignãt doc.rõnẽ qr eadẽ facilitate qua
inducitur ad cõfitendũ inducitur ad renũciandum ⁊ ꝓut cõfitetur
spe future numerationis ⁊ sub eadẽ spe ⁊ quadã tacita cõditione si
numerabitur obligat ad reddendum licet simpliciter se obligat ad
reddendum ⁊ reddere iuret.l.fi. C.de nõ numerata pecunia.ita et
sub eadem spe ⁊ tacita cõditione predicta censeat̃ ad renũciationẽ
deuentum fuisse.Nec ob.ꝙ iuramẽtum põt seruari sine dispẽdio sa
lutis eterne ideo ⁊c.qr fatẽdũ est ꝙ seruari põt ⁊ si non tollat̃ ꝑ ab
solutionẽ vl̃ relaxationẽ apte claudit os debitori ⁊ nõ põt oppone
re exceptionẽ ꝓut dicũt bar.⁊ Ang.tñ nõ dicũt ꝙ nõ possit peti ab
solutio a iuramẽto:imo ↄ̃triũ vñr velle ꝑ iura que allegãt:nã dicta
doc.hñt interpretari ꝓm iura que allegãt dicit Bar.in.l.nõ solum.
§.liberationis verba.ff.de libe.lega.et.l.quidam de rebus dub.
8 ¶ †Nec ob.ꝙ dicit Jmo.in.d.c.cum contingat dicta.xlij.char.s.
ꝙ nec possit repetere solutum qr primo dicit ꝙ Bar.dictũ est equũ
si equum ergo videt̃ seruãdũ cũ rigor non videat̃ scriptus in cõtra
riũ ⁊ equitas etiã nõ scripta p̃fert̃ rigori nõ scripto.l.placuit.C.de
iudi.⁊.l.j.C.de legi.nec rõ Jmo.vrget in cõtrariũ.nam dicit Jmol.
ꝙ iuramẽtum facit debitũ ⁊ debitor voluit se obligare etiã si nõ fie
ret solutio ideo sibi imputet.⁊ ꝓpterea nõ possit solutum repetere
nec absolutionem petere ꝓm eũ sed negat̃ ꝙ iuramẽtum faciat de
bitũ:nã aut loqmur de iuramẽto de reddendo ⁊ istud nõ facit debi
tũ vt est expssum in.d.l.fin.C.de nõ numerata pecunia aut in iura
mento de obseruãdo renunciationẽ exceptioni nõ numerate pecu
nie ⁊ tũc silr̃ non tẽdit ad faciẽdũ debitum sꝫ ad obseruantiã renũ
ciatiõis:stant.n.hec simul ꝙ ego nequeã opponere exceptionẽ ti
more periurij ⁊ tñ non sit debitũ nec est verũ ꝙ in hmõi in quibus
creditor turpiter recepit iuramẽtũ faciat debitũ.vt ꝓbat̃ in.d.c.j.⁊
d.c.debitores.⁊.d.c.tuas.nõ aũt minus turpe est ab eo q anhelat
mutuũ extorquere cõfessionẽ mutui recepti ⁊ ꝓmissionẽ de reddẽ
do velle ab eo recipe pecuniã cõfessatã nõ obstãte ꝙ pecunia non
fuerit mutuata q̃ mutuare pecuniã ⁊ aliqd vltra mutuataꝫ pecu
niã exigere:iđ ꝓut iuramẽtũ nõ facit debitã q̃titatẽ promissam vl
tra q̃titatẽ mutuatã:ita nec faciat debitam q̃titatem promissam
qñ nihil est mutuatũ saltem qñ tacite actum censet̃ ꝙ mutuet̃ ideo
Bar.Ang.melius loquũtur q̃ Jmo.⁊.d.Ang.de are.insti.de exce
ptio.§.idẽ iuris in.vij.⁊.viij.charta lati⁹ ꝓsequit̃ hũc articulũ.s.re
nũciationis iurate exceptioni nõ numerate pecunie ⁊ cõcludit qđ
nõ obstet etiã citra iuramentum:sꝫ nõ placet negãdum etiã est id
qđ presupponit Jmo.s.ꝙ iurans censeat̃ velle se obligare etiam si
non fuerit eidẽ pecunia numerata qr hoc suũ presuppositum non
probat iure nec ratione:immo ratio ꝑsuadet cõtrarium:qr est veri
simile ꝙ renunciauit ⁊ iurauit sperans ꝙ ille numeraret in futurũ
ar.d.l.fi.de nõ numerata pecunia ⁊ quod dicũt doc.in renunciatio
ne qđ scꝫ censeat̃ facta ea facilitate ⁊ ea spe qua confessio ⁊ ꝓmissio
ita ⁊ iuramentum licꝫ ex hoc iuramentũ nõ reddat̃ inefficax:⁊ ma
xime qr solent ex quadam sua consuetudine notarij adijcere huius
modi clausulas.s.renũciationũ ⁊ iuramentorũ prout alias dicebat
Bar.in simili in.l.j.ff.de iure codi.⁊ lꝫ non ex hoc dici debeat appo
situm sine virtute operãdi tamẽ satis videt̃ posse adduci dcã cõside
ratio vt non possimus ita elicere mentẽ iurantis ⁊ renũciantis vl
tra q̃ vis verborũ necessario nos artet cũ ita verba nõ artent ꝙ vo
luerit se obligare pecunia nõ numerata ideo ⁊c.⁊ sic remanet opiñ.
9 Jmo.contra Bar.⁊ Ang.sine ratione ⁊ non bona.†Nec etiam ob
stat ꝙ renunciauit omni alij legũ ⁊ iuris auxilio qr per hoc non vi
detur renunciasse petitioni absolutionis a iuramẽto qr verbũ alij
est nota similitudinis.l.ij.cum sua glo.C.de ser.fugi.glos.in verbo
aliarũ in.c.hinc etiã.§.impetiginem.xlix.di.⁊ per Bal.in.l.fi.C.de
his qui a non dño manum.per doc.in.c.sedes de rescriptis.ideo cũ
superius expresserit auxilia que cõpetebant aduersus cõfessionẽ de
recepto ⁊ promissionem de reddendo non aduersus iuramentum:
ideo non cõprehendant dicta verba hanc petitionem absolutiõis
⁊ maxime cum iuramentum istud se habeat tanq̃ posterius ⁊ in or
dine scripture ⁊ in ordine intellect⁹ ex quo iurat seruare suprascri
pta nõ videt̃ ꝙ dicta renũciatio precedens in illis verbis generali
bus trahatur ad hoc iuris auxilium:facit etiã qr huiusmodi gñali
tates non solent trahi ad maiora expressis.l.sed ⁊ si quis.§.quesitũ
ff.si quis cau.⁊.d.c.sedes.⁊ in cle.ij.de procura.prout ⁊ volũt Guil.
de cu.Bar.Bald.Salyce.Ange.⁊ cõmuniter omnes in.d.§.quesi
tum.Et si conuentio vel renunciatio sit iurata:quia iuramentum
confirmat non auget.vt no.glo.in aut.sacramenta puberum.C.si
aduer.ven.facit.l.fin.C.de non numerata pecunia.⁊.l.fi.C.qui sa
tisd.cog.scđm Ange.in.d.§.quesitũ.refert̃ enim iuramentum ad
ea ad que refertur renunciatio vt dictis iuribus ꝓut dicit Bartol.
in.d.§.quesitum nec operat̃ aliquid circa ea que debent specificari
et nõ veniunt sub generalitate no.gl.in.d.aut.sacramenta puberũ
ꝓut dicit Bal.in.d.§.quesitũ.sed si traheret̃ ad hoc auxilium vide
ret̃ trahi ad maius quia nõ ita de facili tollit̃ hoc remediũ merito
⁊c.insup ⁊ si esset expresse actũ ꝙ nõ peteret absolutionem tñ pos
set petere absolui ab isto iuramẽto de nõ petẽdo absolutionẽ ꝓut
dicit Jmo.in.d.c.j.in fi.de iureiur.dicens ꝙ super petitiõe huius
absolutionis a iuramẽto de nõ petendo absolutionem nõ requirit̃
aliqua citatio allegat Jo.an.in rubrica.de iureiur.ideo Jo.and.⁊
Jmo.volunt ꝙ ab isto iuramento de non petendo absolutionẽ po
test peti absolutio etiam si expresse actũ esset ⁊ iuratum ꝙ nõ peta
tur absolutio multofortius si sub generalitate verborũ diceret̃ cõ
prehendi promissio ⁊ iuramentum de non petendo absolutioneꝫ.
¶ Nec obstat qđ dicebat̃ in cõtrariũ ꝙ qui incidit in periurium vl̃
dubitat̃ ne incidat in periuriũ non admittit̃ ad petendum absolu
tionẽ:nã circa hoc aduertendum est ꝙ in casu isto duplex iuramẽ
tum est virtualiter cõsiderandũ vnũ de reddẽda pecunia que confi
tet̃ habita ⁊ mutuata ⁊ istud iuramẽtum nõ obligat ad periurium
si intra biẽniũ agitur ⁊ nõ apparet ꝙ pecunia sit soluta iste est tex.
in.d.l.fi.C.de non numerata pecunia vbi casus:iuramentũ eñi nõ
auget naturã sup quo interponitur:sed actum ꝓm sui naturã cõfir
mat vt ibi.⁊.d.l.fi.q satisd.cog.fi.⁊ no.gl.⁊ doc.in.c.queadmodũ de
iureiur.itaqꝫ iuramẽtum quatenus respicit promissionẽ de reddẽ
da pecunia cõfessata nõ astringit ad periurium lꝫ iurans interpel
latus extra iudiciũ vel etiã iudicialiter nõ soluat per.d.l.fi.q̃ etiam
in foro poli tenet̃ per gl.⁊ doc.in.d.c.queadmodum aliud iuramen
tũ inest in dcã gñalitate verborum.s.ꝙ seruabit ⁊ non veniet cõtra
renũciationes istud quidẽ iuramẽtũ seruat̃ si nõ opponit exceptio
nes qb⁹ renũtiauit ⁊ nõ ãplectit̃ iuris auxilia qb⁹ renũciauit:si aũt
iterpellatus nõ recurrit ad iuris auxilia ⁊ nõ opponit exceptiones
qbus

quibus renunciauit non venit cōtra iuramentū: ideo nō incidit in periuriū lz interpellat⁹ siue interpellet iudicialiter siue extraiudicialiter: ⁊ insup si alia remedia deficerēt iudex ex officio deberet dictum Samuelē ex officio cogere ad non exigendū dictā pecuniam confessatā ⁊ non numeratā ar. d. c. tuas. ⁊ d. c. ad nostrā. ⁊ qđ ibi per Jo. an. ⁊ dictoꝝ supra. ⁊ insuper non est expeditum ꝙ qui iurauit ⁊ incidit in periurium non possit petere absolutionē ab ipso iuramento. nam do. Anto. de but. in d. c. debitores tenet 9trium put refert Jmo. in d. c. debitores col. añpenultima ⁊ similiter idē Jmol. c. debitores in. iiij. col. refert Jnno. ⁊ Hostiē. tenere ꝙ iudex possit absoluere etiam si instet tps solutionis tñ super hoc non insisto qꝛ vt dixi cessat periurium lz immineret interpellatio extraiudicialis
10 vel etiā iudicialis. ¶ †Nec obstat ꝙ vltimo loco dicebat ꝙ tutior via pro aia est eligēda qꝛ hoc fatēdum est: sȝ ipsi debitores sunt certi vtrū in foro aie sint obligati necne: ideo quo ad eos nō est res dubia: ideo cessat dicta regula q̄ dictat ꝙ in dubijs ⁊c. quo ad iudicez profecto alter vel creditor vel debitor peccat: iō cū apud deū nō sit acceptio psonarū. c. nouit de iudi. j. q. vij. hinc Petrus ⁊ Deuteronomio. c. j. ⁊ Actuum. c. xlix. ita nec apud iudicem argumēto dictorum iurium. ⁊ c. cum eterni de re iudi. lib. vj. non dȝ p hoc in alterā partē inclinare: sed se conformare cū iuris presumptione nec iudex nec etiam priuati tenent̄ credere ꝙ lex non credit adeo ꝙ vbi lex p̄sumit aliquid lz aliqua vrgens coniectura sit in 9triū non peccam⁹ si 9formamus nos cū dispōne iuris put notabiliter dicunt doct. in l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ⁊ in. l. si vicinis. C. de nup. ⁊ in. c. transmisse extra qui filij sint legi. inter cetera ponētes exēplū ꝙ quidā regulus natus ex vxore regis constante matrimonio successit in regno ⁊ illud tenuit viua matre demuȝ mater in articulo mortis eum vocauit ⁊ dixit ꝙ ipse non erat filius regis. et ideo non tenebat regnum cum bona conscientia ⁊ ille repudiauit: tamen concordant legiste ⁊ canoniste ꝙ ille poterat cum bona cōscientia retinere regnum ex quo ius p̄sumebat ipsum esse filium regis: per. d. l. filium diffinimus. ita in ppositō ex quo lex intra bienniū p̄sumit pecuniā non numeratā. d. l. si ex cautione. ⁊ d. l. fi. ⁊ quasi per totum in rubro ⁊ nigro ⁊ docto. concordāt iudex dȝ se conformare cū ista iuris presumptione ⁊ absoluere presumendo prout lex presumit quod pecunia non fuerit numerata. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccxciiij.

1 ¶ Pena adiecta si sponsalia ⁊ matrimoniū non contrahātur an possit licite peti p illū qui se offert paratum adimplere ex parte sua ⁊ an sit talis stipulatio contra bonos mores. p totum.
2 Juramentum an validet penalem stipulationem.
3 Regula. c. non est obligatoriū de regu. iur. quomodo intelligatur. nu. seq. vsqꝫ ad fi. 9sil.
4 Testamētum irreuocabile cum iuramento an possit reuocari non obstante dicto iuramento.
5 Juramentum non validat 9ctus qui sunt contra bonos mores naturales sed bene illos qui sunt contra bonos mores ciuilis.
6 Legales dispositiones an videantur approbate iure canonico.
7 Inter bonam fidem seu bonos mores ⁊ malā fidem seu malos mores est dabile medium.
8 Stipulatio penalis si matrimoniū contrahatur an possit iuramento firmari ex quo videtur esse contra bonos mores legales vbi matrimonia debent esse libera.
Juramentum habet vim clausule vt actus valeat eo modo quo valere poterit.

¶ Consilium. ccxciiij.



Repetito diuino numīe.

1 ¶ †Egregie ⁊ seriose disseruit hanc consultationē excellē. vtriusqꝫ iuris doctor dñs Petruspaulus de raynerijs de perusio mihi vti frater plurimuȝ hoñ. ego aūt de sola subscriptione requisitus contentus suis egregie dictis solū aliqua subnectā circa vltimū articulū super quo pendere arbitror pōdus consultationis. s. an dicta pena exigi
2 possit. †Et profecto si iuramētum nō fuisset appositū clara videretur 9sultatio in partē negatiuā p. c. gēma de spō. ⁊ alia iura adducta p dñm consulentē. ⁊ lz iura ciuilia q̄ adducunt̄ loquant̄ de 9ctu penali interposito inter ipsos de quoꝝ mrimonio 9hendo agit̄ tñ idē est in 9ctu celebrato inter eoꝝ parētes vt vr̄ pbare text. in. d. c. gēma prout ibi declarat do. Anto. ⁊ 9cordant doc. idē esse in 9tractu parētū maxime si filios hñt in ptāte put ibi dicit Hosti. sȝ dubitatio est an iuramētū validet talē stipulationē penalē tex. eñi in. d. l. titia de vb. obli. vr̄ pbare ꝙ talis stipulatio sit 9 bonos mores et inhonesta: iō iuramētū nō vr̄ esse obligatoriū p. c. non est obligatoriū 9 bonos mores p̄stitū iuramētū. de reg. iur. in. vj. ⁊ eo argumento fretus firmat Bar. in. d. l. titia. ꝙ iuramentū nō validat talem pmissionē pene Bar. eñi vbiqꝫ firmat ꝙ vbi de iure ciuili dr̄ aliqd eē 9 bonos mores eo casu iuramētū nec firmet 9ctū nec artet ad peccādū p. d. c. nō est obligatoriū. ita gñalr̄ tenuit in. l. si qs p eo de fide iuss. in. l. stipulatio hoc mō 9cepta de vb. obli. ⁊ in. l. seyus ⁊ augeriꝰ. ff. ad legē fal. ⁊ in. l. si qs in pn. testi. de leg. iij. ⁊ maxime hoc vr̄ dicē-

dū in casu nostro qꝛ tale ius ciuile in nostris terminis est approbatū p ius canonicū in. d. c. gēma. ⁊ do. Ant. in. c. cū 9tigat de iureiur.
3 vr̄ approbare dictū Bar. †Tñ circa hoc est aduertendū ad intellectū. d. c. nō est obligatoriū qđ est fundamētū Bart. ⁊ si q sunt eı̄ sequaces: nā illud capl'm nō intelligit̄ qñ aliqd est 9 bonos mores ciuiles hoc est qꝛ ius ciuile dicit esse 9 bonos mores sȝ qñ vergit in dispendiū salutis eterne p. d. c. cū 9tingat de iureiu. ⁊ c. q̄uis de pac. in. vj. ita vident̄ 9cordanda dicta iura. ⁊ ita p dicta iura voluit bal. in. l. pacta q̄ cōtra. C. de pac. ⁊ Pau. de ca. post eū ibi volētes qđ pacta q̄ sunt 9 bonos mores ciuiles firmantur iuramēto p dicta iura ⁊ idē opus Cy. voluit Bal. in. l. si quis inquilinos. §. fi. de leg. j. ⁊ dixi in auť. sacra pubeꝝ. vij. q. pncipali. ⁊ ita pñt itelligi quod dicūt Dy. ⁊ Jo. an. in. d. c. non est obligatorium dicētes ꝙ illa regula pcedit qñ est cōtra bonos mores pter eius turpitudinem nō alias.
4 †In hac etiam opi. fuit. Dy. qui 9sulēdo tenuit ꝙ iurans non reuocare testū liget̄ iuramēto put eū refert Bart. in. d. l. si qs p eo et tñ illud p̄supponit̄ esse cōtra bonos mores p. d. l. stipulatio hoc mō 9cepta ⁊ pterea stipulatio iure ciuili ānullat̄ vt ibi ⁊ tñ Dy. vult ꝙ firmet̄ iuramēto. ⁊ idē voluit Spec. in tit. de fide instru. §. cōpendiose. §. si iurauerit dicēs ꝙ qui pmisit nō reuocare testū ⁊ iurauit non poterit illud reuocare: ⁊ sic non curat ꝙ iura dicant esse cōtra bonos mores ⁊ lz reuocatio valeat put voluit Jo. an. ibi in addi. ⁊ in regula quod semel in. vj. ⁊ cōiter tenetur prout dicit Jmo. in dicto. c. cum contingat char. xij. quia iuramentum nō inualidat actū qui in contrariū sequitur. c. intellecto ⁊ ibi per docto. de iureiuran. ⁊ qđ habetur in. c. fi. de pcur. lib. vj. vbi si quis iurat non reuocare pcuratorem: si tñ postea reuocat reuocatio tenet ẜm eū: sed lz reuocatio testamenti non obstante iuramento 9trio teneat tñ reuocans est periurus prout concludit Joan. an. in dicta regula quod semel quem latius prosequendo approbat Jmola. in. d. c. cum contingat char. xij. dicens quod licet sit contra bonos mores ẜm leges non reperitur contra bonos mores ẜm canones: ideo cum possit seruari sine dispēdio salutis eterne est seruādum ẜm eum que directe adaptari pñt ad terminos nostros cum non reperiatur hoc esse contra bonos mores ẜm canonos ⁊ possit seruari sine dispēdio salutis eter-
5 ne. †In hac etiā snīa fuit Panor. in. d. c. cū contingat col. iiij. ⁊ x. dicens ꝙ iuramentum non validat contractus qui sunt 9tra bonos mores naturales: sed validat illos qui sunt contra bonos mores ciuiles: ⁊ sic validat illos contractus qui ideo reprobantur quia artificio iuris ciuilis reputantur cōtra bonos mores: itaqꝫ in hac conclusionem scȝ ꝙ lz aliqd reprobetur a iure eo quia ius ciuile dicat ꝙ sit 9 bonos mores tñ iuramentum obliget concordant Spe. Dy. Cy. Joā. and. Bald. Jmo. Pau. de cast. ⁊ Panor. ⁊ per consequens videt̄ cōis opi. quicqd dicat Bar. qui fuit legista ⁊ in nōnullis alijs reprobatur p canonistas in tractatu iuramenti ⁊ per hoc tollitur fundamentum Bart. ⁊ sequacium qꝛ lz hec stipulatio penalis esset cōtra bonos mores (de quo aliquid infra) tamen ex quo non reperitur quod cānones dicant esse contra mores nec tendat in dispendium salutis eterne ergo seruādum ⁊ militet generalitas d. c. cum contingat ⁊. d. c. q̄uis in eorum generalitate in ratiōe sui.
6 ¶ †Nec ob. quod dispositio legalis approbetur per ius canonicū p dictū. c. gemma. quia licet approbetur dictū ea ratione quia matrimonia debent esse libera prout hanc rationem ibi pōderat tex. tñ non propterea reputat esse contra bonos mores canonicos: ⁊ lz ius canonicū reputaret esse contra bonos mores legales nō sequeretur pterea ꝙ simpl'r reputaret cōtra bonos mores ⁊ si papa cōsultaret vtrū pmissio de nō reuocādo testū teneret rñderet ꝙ non ⁊ tñ non minus iuramētū ligaret: posset etiā attentari ꝙ nec appa ret qđ ius ciuile velit ꝙ ista stipulatio penalis sit 9 bonos mores: nā solum tex. dicit. l. titia reperio in his terminis loq de bonis moribus: lz plura iura sint q̄ dicunt penas hmōi nulliter stipulari tex. aūt. d. l. titia. non dicit cōtra bonos mores sed dicit non ẜm bonos
7 mores. †Videt̄ autem qđ possit dare medium inter ẜm bonos mores ⁊ contra bonos mores put alias inter bonā ⁊ malā fidē. i. nō bonam neqꝫ malam vt dubiam vt per glos. in. l. iij. §. genera. ff. de acquiren. posses. ⁊ alias inter ẜm legem ⁊ contra legem. i. preter legeȝ vt habet̄ in. l. non dubium. C. de. ll. ⁊. l. stipulatio ista. §. alteri de verboꝝ oblig. ⁊ al's differentia dat̄ inter velle ⁊ nolle. i. non velle. l. j. §. scientiam de tribu. ⁊ qđ notat̄ in. l. nolle de acqr. heredi. ita ergo inter bonos ⁊ malos mores sit mediū non boni mores. mali autē mores sint illi qui indicantur contra bonos mores nec ob. quod in fine dicitur inhonestum quia non omne quod non est honestum est cōtra bonos mores immo q̄nqꝫ id quod nō est honestum est licituȝ
8 vt in regula nō omne qđ licet honestum est in sexto. † Et pfecto si daretur audacia hoc tenerem ꝙ nō pbaret̄ iure etiā ciuili ꝙ sit cōtra bonos mores: sȝ qꝛ bar. ⁊ doc. dicūt 9. ⁊ ego cū eis teneo in hoc q. s. sit de iure ciuili 9 bonos mores simplex stipulatio penalis si mrimoniū nō 9het̄: sed tñ ꝙ iuramentū liget ⁊ pterea si stipulatio sit iurata possit pmissor compelli ad eam soluendam firmandū pter premissa. ⁊ lz Bar. cōtra teneat. ⁊. d. Anto. perfunctorie ipsum sequatur tñ Barto. mouetur fundamento non bono. ⁊ pter ea non tenendum attentis tot auctoritatib⁹ in 9trariū pōderatis.

9 †Juuat etiam premissam conclusionē quia ex quo dicti parentes
promiserunt se acturos ⁊ curaturos quod filij contrahent mr̄imo-
nium sub pena ⁊c. non videt̄ ꝙ impediat̄ libertas matrimonij: naꝫ
pena non committitur si ipsi parentes adhibuerunt curam eis pos-
sibilem licet matrimonium non sequatur prout voluit Fede. de se-
nis consi. clxiiij. ꝑut referunt ⁊ sequunt̄ do. Anto. ⁊ Panor. in. d. c.
gēma. ar. l. si vehenda. §. idē iuris. ff. ad. l. rodiam de iactu. ⁊. l. conti
nuus. §. illud de ꝟbo. obli. nec d̄r qs posse qđ honeste non pōt. l. ne
pos proculo de ꝟbo. signi. ⁊. l. filius. ff. de condi. insti. ideo nō intel-
ligitur ꝙ adhibuit curam ⁊ diligentiam vltra honestū modū cogē
do filiaꝫ quodāmodo inuitā sed intelligatur ꝙ curet ⁊ faciet hone
sto modo nō tñ vltra q̄ꝑ ꝑmittat pr̄na pietas per. d. l. filius. ⁊. d. l. ne
pos proculo ⁊ hoc modo intelligendo nō impedit̄ libertas matri
monij: ⁊ maxime q2 iuramentū hꝫ vim clausule vt actus valeat eo
modo quo melius valere pōt. l. cū pater. §. filijs matrem. de lega. ij.
ideo intelligatur de tali facto ⁊ cura adeo moderato quod non vi-
tiet stipulationem. ⁊ ꝑ ꝯñs cessat ratio dicta. l. titia. ⁊. d. c. gemma.
si autem ipsi contrahentes ꝓmittunt penam predicta cessant ideꝫ
forte si parentes ꝓmitterent penam simpliciter si filie nō contrahe
rent matrimoniū ꝓut loquūtur Bar. ⁊. d. Ant. ⁊ ita posset euitari
eoꝝ opi. si itaqꝫ vt p̄supponitur dictus pater nō ꝓbat se adhibuisse
curam sibi possibilē ⁊ fecisse quicquid potuit vt filia ipsa non nube
ret alteri puto satis plane posse concludi ⁊ cōcludo quod dicta pe-
na peti possit prout ⁊ concludit dominus consulens.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccxcv.

☞ Via ꝙ possit fieri latitudine. x. pedū terre arbitrio ꝯpromissa
rioꝝ an videat̄ data proprietas dictoꝝ. x. pedū an vero seruitꝰ tm̄
illis quibus data fuit facultas dictam viam faciēdi. Et posito ꝙ ꝓ
prietas dicte vie intelligatur cōcessa an potuerit dicta via laborari
inuito proprietario. ꝑ totum. vsqꝫ ad nu. 9.

1 Do. das dedi dederunt denotat dñij translationem. nu. 7.
2 Proprietas an videatur cōcessa qñ conceditur alicui certa res ad
aliquem. nu. seq. ⁊ vsqꝫ ad nu. 9.
3 Finis quis dicatur.
4 Cum qñ aliquid coniungit venit accessorie.
5 Dominium an veniat appellatione rei. nu. 7.
6 Via quid significet.
7 Residuū an sit ꝟbum exclusiuum ibi nec obstat in. ij. in fi.
8 Laborare non pōt in via cui vie seruitus est concessa.
9 Laudum latum vigore compromissi facti acceptatum ꝑ vnū ex fra
tribus an preiudicet ceteris fratribus non ratificantibus.

¶ Consilium. ccxcv



In nomine domini nostri
1 Jesu christi. ¶ †Videt̄ prima ꝯsideratione dicendū
ꝙ dicti decē pedes dicti terreni cōcessi pro via dictis
Dionysio Baldino ⁊ Agneti ⁊ eoꝝ curatori patri-
gnano spectet ad ipsos iure dñij ⁊ ꝓꝓetatis: nā ꝟba dicti laudi ita
videntur sonare q2 d̄r ꝙ dicti arbitri dederūt in partē terrenū cum
via ⁊c. ⁊ sic ꝟbū dederūt refert̄ etiā ad id qđ designat̄ ꝑ illa ꝟba cuꝫ
via. Verbū aūt dederūt denotat dñij translationē. l. fi. ff. de cōdi. ob
cām ⁊ insti. de act. §. sic itaqꝫ. ergo videat̄ trāslatū dñiū dictoꝝ. x. pe
dū. ꝙ ⁊ vr̄ dicēdū ex eo q2 vnū determinabile determinās plura de
terminabilia dꝫ illa pariter determinare. l. iā hoc iure de vul. ⁊ pu.
⁊. l. hr̄ditatē. ⁊. l. q̄ꝑuis. C. eo. ti. ⁊. l. fi. C. de sñijs ⁊ interlocu. oīꝫ iu. iđ
ꝓut ꝟba illa dederūt in ꝑtē determināt illa ꝟba ꝑtē vniꝰ petie ter
re ⁊c. quo ad dñium q2. s. dñiuꝫ dicte ꝑtis designate cēset̄ esse trāsla-
tū in dictū patrignatū curatorio noīe ipsoꝝ p̄ncipaliū seu in ipsos
eiꝰ adultos p̄ncipales de quo nō est dubium ita ⁊ sir̄r quo ad dñiuꝫ
determinat illā viā. x. pedū vt sic censeat̄ ꝯcessum eisdē dñium dicti
terreni qđ capiūt dicti. x. pedes: ita ꝙ etiā illud sit eorūdē ꝓut resi
duū ꝯprehensum sub ꝟbis p̄cedentibus argumēto dictorū iuriuꝫ.
2 †Ad idē ⁊ tertio qñ aliqd alicui cōcedit̄ lꝫ ad aliquē vsum cēset̄ cō-
cessa ꝓprietas. l. species. ff. de auro ⁊ argēto leg. ⁊. l. libertis liberta
busqꝫ. ff. de alim. ⁊ ciba. leg. ⁊. l. donatiōes in ꝯcubinā. ff. de dona. et
l. cū hij. §. si vni. ff. de trāsac. ⁊ in eis ꝑ doc. ideo cēseat̄ ꝯcessum dictū
terrenū dictoꝝ. x. pedū quo ad ꝓꝓetatē: tñ ꝑ vsu vie ⁊ hoc etiā sua-
det̄ ex eo q2 dicti arbitri cōcesserunt residuū dicte petie terre dicto
Joāni Baldi alteri parti ꝙ residuū vr̄ intelligi a dicta ꝑte dicte pe
tie terre cū dictis. x. pedibꝰ dicte petie terre assignatis alteri ꝑti vꝫ
dicto patrignano dictis noībus: nā illud ꝟbū residuꝫ vr̄ ꝙ gñalr̄
referat̄ ad oīa dicto patrignano assignata ⁊ illa oīa excludere ꝓut
est de natura ipsius ꝟbi residuū vt de se pꝫ ad hoc. c. prudētiam in
p̄n. de offi. dele. l. qui nō militabat in fi. cū. l. seq. ff. de heredi. insti. et
qđ ꝑ Bal. in. l. fi. C. de vsur. si itaqꝫ residuū ⁊ nō dicti. x. pedes dicte
petie terre est ꝯcessuꝫ. d. Joāni ergo est verisir̄e ꝙ dicti. x. pedes sint
absolute ꝯcessi dictis eiꝰ aduersarijs cū nō sit ꝟisir̄e ꝙ ꝓprietas di-
ctoꝝ. x. pedū dicte terre remāserit indiuisa cū cetera oīa fuerint vt
puto diuisa ⁊ dicti arbitri fuerint electi gñaliter ad diuidēdum oīa
eoꝝ bona ⁊ in dubijs ꝯsiderat̄ id qđ est magis verisimile ⁊ qđ plerū
qꝫ fieri cōsueuit. l. in obscuris inspici. ff. de reg. iur. ⁊ in. c. inspicit̄ in
obscuris. eo. ti. li. vj. ⁊ insuꝑ si remansisset ꝓprietas cōis nō potuis-
set alteri socioꝝ seu hñtiū rem cōem ꝯstitui seruitus vie vel alia ser-
uitus. l. in re cōi ⁊. l. sequēti. ff. de seruit. vrba. p̄di. ¶ His tñ minime
refragantibus cōtrariā partē arbitror de iure veriorē: nā immo di-
ctis Dionysio Baldino ⁊ Agneti nō vr̄ concessa ꝓprietas terreni
vbi est designata latitudo. x. pedū. sed imo ꝓprietas dicti loci assi-
gnata fuit in partē dicto Joāni Baldini ⁊ ꝑ ꝯñs spectat ad dictos
Joānē baptistā ⁊ fratres filios ⁊ hr̄des dicti Joānis baldini: nā ꝓ
ut p̄supponit̄ in laudo ⁊ in puncto dicti arbitri anq̄ꝫ laudarent po
suerūt signa in dicta petia terre ad q̄ signa se retulerūt in dicto lau-
do ⁊ p̄supponit̄ ꝙ signa p̄dicta nō cōprehendebāt dictā latitudinē
x. pedū ex latere assignato dicto patrignano intelligendo de illa la
titudine. x. pedū vbi ad p̄ñs est q̄stio: sed in assignatiōe facta dicto
Joāni Baldini de parte dicte petie terre hr̄ relatio ad dicta signa
q2 ei assignauerūt residuū dicte petie terre ꝓut signatū est ergo in
residuo ꝯprehendit̄ illa latitudo. x. pedum de qua agit̄: nā nō est si-
gnatū illud residuū citra illos. x. pedes dicte terre: sꝫ vltra illos. x.
pedes dicte terre: ideo ex hoc clare deducit̄ ꝙ dictum residuū assi-
gnatū. d. Joāni baldini ꝯprehendit̄ illud terrenū de quo vertit̄ cō-
trouersia: ⁊ ideo ꝓprietas dicte terre etiā dicti loci dictoꝝ. x. peduꝫ
de quo agit̄ spectat ad hr̄des dicti Joānis baldini. †Qđ ⁊ euiden
3 ter deducit̄ q2 si voluissent dicti arbitri ꝙ pars dictoꝝ Dionysij et
fratrū esset etiā quo ad ꝓprietatē in latitudine dictoꝝ. x. pedū po-
suissent signa q̄ ꝯprehenderēt dictā latitudinē a latere partis assi-
gnāde dictis Dionysio ⁊ fratribꝰ ⁊ nō ꝓut posuerūt ita scꝫ ꝙ rema
neret extra signa: ⁊ sic a latere ꝑtis assignāde Joāni baldini ad qđ
em̄ ponunt̄ signa inter vnā ꝑtē ⁊ alterā nisi ad ondendū ꝙ vbi sunt
signa est finis vtriusqꝫ ꝑtis ⁊ q̄libet ꝑs se extēdit vsqꝫ ad signa iđ in
iure appellantur fines. ff. ⁊. C. finiū regū. quasi ꝑ totos ⁊ vulgariter
dicunt̄ termini. ⁊ ita etiā qñqꝫ in iure. l. eos terminos. ff. eo. tit. ⁊ ad
hūc finē verisir̄r fuerūt posita illa signa vt terminarēt ꝑtes assignā-
das vtriqꝫ parti arguēdo a solitis ꝙ p̄stat optimū argumētū etiaꝫ
in materia ꝓbationis. l. qđ si nolit. §. qui assidua de edili. edic. ⁊. l. si
prius. ff. de aqua plu. arcē. ⁊ ꝑ glo. ⁊ Bal. in. l. neqꝫ natales. C. de pro
ba. ꝑ glo. ⁊ doc. in. l. nō hoc. C. vñ legi. ⁊ ꝓ certo istud est verisir̄e: ⁊ iđ
ita interp̄tari dꝫ. d. l. īspicit̄ in obscuris ⁊ in. d. c. in obscuris inspici
⁊. l. q2 verisir̄e. ff. ꝙ metus cā cū si. p̄stat etiam vrgentem cōiecturā ⁊
verisimilitudinē q2 ex quo in dicto petio terre nunq̄ꝫ fuit via maxi
me in loco vbi fuit designata per dictos arbitros si ipsi arbitri vo-
luissent dictā latitudinē. x. pedum assignare dictis Dionysio ⁊ fra-
tribus in proprietateꝫ nō erat opus dicere cū via: sꝫ dixissent cū la
titudine. x. pedū cōtiguoꝝ vltra dicta signa versus tale latus: si em̄
plena ꝓprietas spectaret ad dictos Dionysiū ⁊ Fabianū quid in-
tererat dicto Joanni Baldi ꝙ ibi esset via necne ⁊ ex aduerso qua
re assignabat̄ illis pro via cum in suo proprio poterant pro libito
facere viā ⁊ latitudinis. x. pedū ⁊ pluris ⁊ minoris latitudinis. ar. l.
in re mādata. C. mādati. ideo cum non sit verisimile ꝙ ludibrio di-
cta fuerint illa ꝟba cum via ⁊c. q̄ via sit larga. x. pedū. arg. l. si qñ. ff.
4 de le. j. ⁊. c. si papa de priui. lib. vj. cū si. †Confert etiam q2 si in parte
dictoꝝ Dionysij ⁊ fratrū essent etiā dicti. x. pedes etiā quo ad pro-
prietatē certe dicti. x. pedes venirent eque p̄ncipaliter in eoꝝ par-
te non accessorie ⁊ congruentius fuissent adiecti ꝑ copulam ⁊ q̄ꝫ ꝑ
cōiunctionē cū que potius vr̄ denotare quādam accessionē ⁊ sic qđ
illud qđ cōiungitur per dictionem cū veniat accessorie q̄ꝑ principa
liter. c. j. ⁊. ij. ⁊. iij. de pecu. cle. cum sua glo. in ꝟbo duo. ⁊ ideo deno-
tet seruitutem vie cum seruitus accedat fundo domināti. l. seruitu
tes rusticorum. ff. de seruit. titulo generali ⁊. l. via. §. si fundus. ⁊. §.
quēadmodum. ff. de serui. rusti. predi. ⁊. l. q̄ꝑ q̄ꝑ. §. fi. ff. de neg. gestis.
5 †⁊ insuper aliud est ꝓprietas rei aliud est via residuum terre est assi
gnatum Joanni baldini appellatione terre venit dñium ipsiꝰ. l. si
6 alij fundū. ff. de vsuf. leg. l. si rem de ꝟbo. obli. cū si. †Via aūt non si
gnificat ꝓprietatē loci in quo cōstituit̄ sed potius seruitutē eundi
vel facultatē eundi. d. l. via ꝯstitui ⁊. l. j. l. vna est via. e. ti. ⁊. l. viā pu-
blicā de via publica cū infinitis similibꝰ: ideo ⁊ ꝓpria vis ꝟborum
a qua minime est recedendum. l. non aliter. de leg. iij. ⁊. l. j. §. si is qui
nauem de exerci. ⁊ verisimilis mens que ex pluribus deprehendi-
tur concurrit in hanc interpretationem qđ proprietas pertineat
ad heredes dicti Joānis baldini ⁊ hoc intrepide puto tenendum
7 per predicta: non obstantibus adductis in contrariū. ¶ †Non em̄
obstat ꝙ verbum dederunt denotat dñij trāslationē quia verbum
dederunt determinat partē petie terre que signata fuit ⁊c. et illius
respectu significat dominij translationem seu assignationem terre
quo ad dominiū non regit directo illa verba cum via ⁊c. immo illa
verba ꝯiungūt̄ accessorie cū petia terre vt p̄misi ideo cū vna ꝓprie-
tas eque principalis prout alia non haberet in diuisione accedere
alteri non significet dñium et saltem cum non dicat qđ dedit illam
partē cum. x. pedibus ⁊c. sed cum via ꝓfecto via non poterat dari
quo ad dñium q2 esset dñium partis fundi non vie: ideo magis ver
ba iproprarent̄ si per eam interpretationē ꝙ ꝓprietas rei compre
hēderet̄: p̄terea ⁊ vie dat̄ dñium ⁊ late sumptū qđ appellat̄ q̄si dñiū
⁊ q̄si possessio ipsius iuris ꝑ tex. ⁊ glos. ⁊ q̄ ibi hñtur in. l. ait p̄tor. §.
si autem. ff. ex quibus causis maior. ⁊ in. l. iij. in p̄n. de acquir. possess.
⁊ in. c.

τ in.c.cum ecclesia sutrina de causa pos.τ pprie.τ hoc mõ determinet vtrũq; eo mõ quo põt pariter: nõ em̃ põt aliter sine maiori impropriatione equaliter diuidere τ sic nõ obstat etiã secũdũ ꝯtrã qð etiam q2 de facili vnum determinabile diuersimode determinat vt in.l.ij.cum concoꝛ.ff.de offic.proconsu. ¶ Nec obstat tertium τ sic d.l.species cũ concoꝛ.supra adductis q2 rñdetur ꝙ illa iura ꝓcedũt qñ donatur legatur vel simili titulo ꝯcedit aliqua res puta fundus ad aliquem vsum puta ad alimẽta domus ad habitandũ τ sic de singulis τ posset trahi ad istos terminos si arbitri assignassent Dionysio τ fratribus illã partẽ terre ad habendũ viã sed nõ ita fecerũt q2 non dederunt illã partẽ terre signatã cum latitudine decẽ peduz amplius ad viam ꝯstituendã sed dederũt illam partem terre signatã cũ via τc.τ sic termini sunt penitus dissimiles. ¶ Nec etiã obstat quod dicebatur in contrarium quod illud verbum residuum excludat oĩa que erãt assignata alteri parti: q2 rñsio apparet ex supra deductis: nam dicit residuum terre signaturus τc. itaq; excludit aliaz partem terre alteri parti assignatam non dicit residuum simplr̃ τ si diceret non esset vis q2 excluderetur via hoc est seruitus vie non locus vbi via constituitur insuper aiaduerto ꝙ verba laudi possent adaptari qð via fiat intra signa ex latere dictoꝛum Dionysij τ fratrum prout quod fiat ex latere dicti Joãnis q2 verba non aperiũt

8 qð percipiam tñ in hoc vltimo nõ facio vim. ¶ † Uenio nũc ad secũdum dubium qð ꝑfecto non video quaz dubitationẽ habeat: nã si pꝛoprietatis dicte terre quatenus ꝓtendunt illi.x.pedes spectat ad hr̃des dicti Joã. Baldini τ nõ ad dictos Dionysiũ τ Fabianũ cui dubiũ ꝙ.d. dionysi⁹ τ fabian⁹ arãdo τ cultiuãdo rẽ alienã tãꝗ suã licite nõ potuerũt si em̃ fecissent tãꝗ in re aliena q2 forte rẽ vtilẽ fecissent non tenerent ipsi: sed potius dñi tenerent actione neg.ge. retribuere eis qui vtiliter gesserunt negotium in re ipsa spectante ad dictos heredes.l.si pupilli.§.quod ergo.ff.de neg.gest.sz q2 fecerunt in re aliena tanꝗ in re sua si ꝓhibiti censentur vim fecisse si non prohibitus debebant timere controuersiã eis moturã: ideo cẽsentur clam fecisse qð non licuit.l.j.in prin.τ.§.quid si factũ cũ.§§. τ trib⁹.ll.sequentibus: vñ vi: vbi declaratur primo in.d.§.qd sit vi factũ vsq; ad.l.tertiam.§.clam qñ dicatur vi factuz τ in.d.§.clam τ ll.sequentibus declarat̃ qñ dicat̃ clam factũ τ neutrũ lz facere vt in d.l.j.in ꝓncip.τ quasi per totum titulũ τ in indiuiduo in eo qui ara uerit terram est tex.apertus in.l.si vitẽ.§.si quis vi aut clam araue rit.eo.ti.constat aũt ꝙ dicti Dionysius τ Fabianus putabant eis mouendam esse cõtrouersiam sup illo ope laborandi vt rem eoꝛũ dictam terram a latere vbi destinata erat dicta via τ si non putabant putare debebãt qð in idẽ recidit.d.§.clã τ.l.sequenti. ideo hoc ꝓm quesitum puto a dubitatione alienũ nec possunt excusari q2 eis est ille locus assignatus pro via q2 non pertinet ad seruitutẽ vie laborare locum vie sed ad dñium τ possessionem immo solet esse aduersus commoditatẽ vie: τ hoc constat: ideo non insto maxime instan

9 te maxima festinantia consultantis. ¶ † Tertium etiã quesitũ puto a dubitatione coloꝛata semotũ nulli em̃ dubium ꝙ frater ꝯpromittendo non potuit ꝓiudicare fratri: q2 res inter alios acta alijs non preiudicat vt.C.res inter alios acta in rubro τ nigro τ.c.pe.extra de re iud.cum multis cõcoꝛ.τ factũ non hñtis mandatũ: lz gestũ noĩe alieno non valet in preiudiciũ dñi nisi ratificet.l.j.lz.C.de ꝓcur. τ.l.lz de iud.cuz si.qcqd ergo laudauerit dñs actus nullo pacto potest preiudicare nisi dicto Joannibaptiste qui cõpromisit: non aũt alijs qui non compromiserunt cum oĩs ptãs arbitri τ arbitratoris dependeat a compromisso.l.nõ distinguemus.§.de officio.ff.de arbi.cum itaq; locus ille de quo agitur τ in quo dr̃ datum damnũ ptineat ad Joannembaptistam τ fratres τ non ad Fabianum virtute primi laudi: nec laudũ secũdũ ꝓiudicet in aliquo dictis fratrib⁹ restat ꝙ si quod damnũ ibi dederũt in re pꝛopꝛia eoꝝ τ dicti Joãnisbaptiste τ non in re Fabiani nisi forte quis dixerit qð lz dñs actus non potuerit ꝓiudicare fratribus dicti Joãnisbaptiste: tñ potuit preiudicare ipsi Joannibaptiste in eius poꝛtione τ dñium dicte sue poꝛtionis transferre in dictos Dionysium τ Joannẽbaptistã donec τc. Et per hanc viaz Fabianus sit factus dñs pro parte rõne sue poꝛtiũcule passus dãnũ valeat accusare: nam idẽ iuris est de toto ad partem.l.que de tota de rei ven.τ.l.qui scit de vsur.τ.c.pastoꝛalis.§.si quis cũ totũ de offi.dele.non em̃ lz dño dare damnũ in re sua in qua alius aliqua ex parte ius habet τ hoc respectu etiaz dicti fratres Joannisbaptiste possent pariter accusare dictũ Fabianum si qð damnum daret: sed lz predicta possent forte ꝓcedere si dictus dñs actus assignasset dictũ terrenũ dicto Fabiano: tñ id non fecit sed solum laudauit ꝙ dictus Fabianus non deberet exire de possessione dicti terreni seu dicte vie donec τc. nõ dat ergo ei aliquod maius ius ꝗ̃ prius haberet maxime sup ꝓprietate τ nõ dñs non accusat.l.item mela.§.legis ad.l.aql.τ.l.ob id.eo.ti.τ maxime cũ loquatur alternatiue non debeat exire de possessiõe dicti terreni seu vie: τ non dicit ꝙ debeat intrare possessionem sed non exire τ sic ꝓsupponit ꝙ eam habeat τ disponit ꝙ interim non priuetur τ aliud est exire τ perdere ꝗ̃ quis hz ꝗ̃ non querere vt de se constat ad.l.fi.C. de codi. ideo cum dictus fabianus non habuerit saltem bona fide possessionem dicti terreni nisi rõne seruitutis vie ꝑ ea que.s̃.tradidi in primo quesito: restat ꝙ laudum ꝑdictum seu arbitramentum intelligat̃ in possessione ratione vie non rõne ꝓprietatis: cũ vt dixi laudũ ipsum non tendat ad dãdum nouũ ius ipsi fabiano: q2 ꝟba laudi id non sonant τ verba laudi prout snĩe sunt stricte interpretande.ar.l.j.C.si plures vna snĩa.τ.l.paulus rñdit eos de re iudi.τ.l. veteribus de pac.τ si dictus Fabianus allegaret se fuisse bone fidei possessoꝛem cui competit agere de dãno dato.d.l.itẽ mela.§.sed τ si seruus bona fide.τ dicat se putasse de iure sibi competere ꝓprietatẽ vigoꝛe primi laudi respondetur ꝙ iste iuris erroꝛ non presumitur potius mala fides vt per Bar.τ Ang.in.d.§.scire facit.l.queãdmodum.C.de agri.τ cen.lib.xj.τ regula qui cõtra iura mercatur in.vj. nec talis bona fides que causatur ex ignoꝛantia iuris causat quasi dñium.ar.l.nunꝗ̃ iuris.ff.de vsuca.iuncta.l.j.in pn̄.τ.l.eñ q in pn̄. τ.l.traditionẽ.τ.l.quecũq; in pn̄.ff.de pub.posset etiã instari ꝙ laudum dicti.d. Acti nõ tenuerit sed q2 nõ querit̃ nõ me intromitto.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccxcvj.

☞ Episcopus cuius predecessoꝛes ab aliquibus hoĩb⁹ exegerũt funeralia an possit illa exigere ab eadẽ vniuersitate tanꝗ̃ ꝑ dictas exactiones sit inducta cõsuetudo.ꝑ totum consi.

1 Funeralia que dicant̃ τ an sint a iure permissa τ an possint solui co actione ex consuetudine solutionis. vsq; ad fi.ꝯsil.

2 Pietas τ mĩa sunt virtutes que laudes τ fauoꝛes merentur.

3 Consuetudines pie τ honeste sunt seruande quas niti dz obseruari eṕs tanꝗ̃ sit eius propꝛium.

4 Symonie species est aliquid exigere pro funeralibus etiam solui consuetis. vsq; ad fi.consil.

Peccatum auget tempoꝛis diuturnitas τ veniale efficitur moꝛtale propter consuetudinem.

Consuetudo mala dr̃ coꝛruptela ex qua quis inducitur ad peccandũ τ ꝗ̃tomagis ꝓtenditur tantomagis est detestanda.

5 Consuetudo fundatur tacito populi vel maioꝛis partis consensu τ qui actus faciant consuetudinem vt ex ea quis possit compelli.

6 Consuetudo an inducatur si quis iuerit ad furnum vel molendinum decennio.

¶ Consilium.ccxcvj.



In nomine domini nostri

1 Jesu chꝛisti. ¶ † Circa primum ꝯsultationis articulũ videt̃ pmo aspectu dicendũ ꝙ funeralia de iure debeãtur: nam funeralia sunt a iure pmissa in clemẽ.dudum §.verũ de sepul.vbi glo.vr̃ velle ꝙ funeralia sunt oĩa que ꝑ funere expendũtur: τ idẽ voluit ibi doc.maxime Pau.τ zaba.ad hoc.l.funeris sumptus.ff.de reli.τ sum.fune.quinimmo hmõi expẽse funeris que funeralia nũcupant̃ nedũ ꝙ sint permissa: sz sunt a iure priuilegiata: nã pferũt etiã alienis creditis.l.pe.ff.de relig.τ sumptibus fu.etiã si bona sunt hypothecata.l.at si qs.§.j.e.ti.τ a iure dat̃ ꝑ expẽsa funeris actio funeraria q̃ in subsidiũ in casu vbi ꝑ alia ipẽsa actio nõ ꝯpeteret.d.l.at si qs.§.labeo ait vbi em̃ alia actio ꝯpeteret agit̃ ea actiõe: vbi ꝟo res ita se hz vt materia ipã non sit apte nata ꝑducere actionẽ in subsidiũ fauoꝛe funeris est inducta actio funeraria vt ibi τ.§.q mãdato ea.l.τ merito q2 act⁹ humanitatis pietatis τ mĩe est facere hmõi expẽsas q̃ ad fun⁹ ptinent.d.l.at si qs.§.

2 interdũ.τ.§.põt tñ. † Pietas aũt τ mĩa sunt ꝟtutes q̃ laudes τ fauoꝛes merent̃: nõ aũt sunt phibitione digne: humanitas em̃ sola ẽ ꝑ quã dei imitatio seruat̃ dicit tex.in.l.fi.in fi.C.de dona.inter virũ τ mĩa est maxĩa ꝟtutũ dicit beat⁹ Thomas.ij.ij.q.xxx.art.iij.τ.iiij. τ q nõ impẽdit mĩam dr̃ negare Chꝛistũ.vij.q.j.oĩs q2 pietas ẽ virtus spãlis beatus Thomas.ij.ij.q.cj.arti.iij.τ est virtus annexa iustitie: idẽ.ij.ij.q.lxxx.ar.j.τ patrie eterne τ pñtis vite ipetrat subsidia ad Thimotheũ.iij.τ canone hospitalẽ.iij.τ multa possent adduci.τ ad hmõi expẽsas opoꝛtunas τ cõgruas artant̃ hr̃des defuncti τ ceteri successoꝛes.d.l.at si qs.§.f.τ legib⁹ sequẽtibus τ cõgrue expẽse fieri debẽt ꝑ dignitate τ facultatib⁹.l.in pr̃ez de relig.τ sump. fune.τ.d.l.at si qs.§.equũ.τ.§.iudex.multofoꝛti⁹ debent artari ad hmõi solitas expẽsas q̃ pro aĩa erogant̃ ecclesijs τ pijs locis cũ aĩa sit lõge digniõr coꝛpe.l.sancim⁹.C.de sa.san.eccl.τ de peni.τ remis. c.cũ infirmitas in fi.τ.xij.q.j.ꝑcipim⁹.τ in iure ĩfinita vt ita dixerim ꝑuilegia ꝯceduntur pijs causis: iõ heredes τ alij successoꝛes de iure cogant̃ hãc piã funerariã impẽsam erogare maxĩe cũ tenuissima sit ꝑ dignitate aĩe τ facultatib⁹ ꝙ maxime dicẽdũ vr̃ ꝓsupposita consuetudine q̃ videt̃ ꝓsupponi ex themate cũ ista videat̃ bona ꝯsuetu

3 do τ pia ꝙ.s.ꝑ aĩa defuncti tpe funeris aliqd pio loco eroget̃. † Et ad episcopũ pertinet pias τ bonas cõsuetudines facere obseruari c.ad apostolicã de symonia vbi ad hoc videt̃ tex.singularis prout dicit ibi Panoꝛ.scz quod licet pro exequijs moꝛtuoꝛũ τ pro benedictionibus moꝛtuoꝛum τ huiusmodi nõ possit aliquid ab initio extoꝛqueri. Tamen si est ꝯsuetum gratis aliquid prestari tẽpoꝛe quo talia exhibent̃: licet non debeant talia denegari si consueta nõ prestantur: tamen si sponte prestantur est laudabile: τ si consuetudo erat illa prestandi episcopus post prestita talia spiritualia cogi etiam laycos ad obseruantiã talis ꝯsuetudinis vt est tex.ibi vald

notabilis ꝟm lec. Gof. ꝛ Hostie. ibi ꝛ Panoꝛ. ibidem. ꝛ in. c. sua no-
bis. eo. ti. vbi glo. idem videt velle quod ꝛ vult ipe Panoꝛ. de sepul
turis. c. abolende. vbi etiam dicit esse singulare ad hoc. d. c. ad apo-
stolicam ꝛ adducit bonum tex. ad hoc de iure ciuili in. l. priuilegia.
C. de sac. sanc. eccle. vbi mandantur obseruari bone ꝯsuetudines in
troducte in fauoꝛem ecclesie: que licet sint per laycos itroducte nõ
possunt per eos tolli prout ꝛ no. ibi Bar. ꝛ Panoꝛ. in. d. c. abolẽde
ꝛ quod alias in simili per doct. in. c. nouit de iudi. Et maxime si est
consuetudo ꝙ prestetur post exequia ꝑstita q2 tunc non est presum-
ptio quod pro ipsa sepultura seu exequijs ideo talis cõsuetudo est
seruanda prout volunt Inno. ꝛ do. Anto. in. d. c. ad apostolicam. ꝛ
maxime si est quid paruū ad quod non applicatur animus prout
dicit do. Anto. de but. in eodẽ. c. ad apostolicã: cum igit eps solit⁹
sit facere hmõi exactiones post coꝛpoꝛa tradita sepulture ꝛ perfe-
ctis exequijs ꝛ vtplurimuꝫ satis ex interuallo postea exegerit: ꝛ qd
minimum solitum sit prestari videt ꝙ ꝛ in futuruꝫ cogant ad talis
consuetudinis obseruantiam ꝓbata ipsa consuetudine ꝑ qua pro-
banda videt multũ conferre ꝙ vigoꝛe ꝯsuetudinis fuerunt multo
tiens hmõi funeralia exacta ab inuitis prout ꝑsupponitur: ideo vi
detur dicta cõsuetudo multotiens obtẽta in ꝯtradictoꝛio iudicio
ad hoc tex. in. l. cum de consuetudine. ff. de legi. ꝛ quod notat ꝑ glo.
ꝛ Jo. an. in. c. fi. de consue. ꝛ per glo. in canone q2 frustra. viij. distin.
ꝛ tex. cum glo. in. c. abbate sancti Siluestri de vboꝝ signi. ꝛ sufficit
consuetudo longi tempoꝛis nec requiritur ꝙ sit ꝑscripta cum sit in
ducta per laycos ꝛ non videat contra ius: ideo lõgeua sufficit. l. de
quibus. ꝛ. l. diuturna. ꝛ. l. sed ea q̃ longa. ff. de. ll. ꝛ. C. que sit lõga cõ-
suetudo. in rubro ꝛ nigro qñ non inducit ꝑ cleꝝ ꝯ ius requirit ꝙ sit
4 prescripta longissimo tpe. c. fi. de ꝯsuet. ¶ †Cũ his non ob. ꝯriũ
arbitroꝛ de iure rñdendum. nam ꝑmo constat ꝙ pro funeralib⁹ ali
quid exigi ꝑ ecclesiã vel clericos est species symonie ꝛ a iure ꝓhibi-
tus q2 symoniacum est ꝓhibitũ. c. cũ in ecclesie coꝛpe. c. non satis. ꝛ
c. suam de symo. ꝛ. d. c. abolende nec iuuat aliqua vetusta ꝯsuetudo
vt. d. c. non satis. ꝛ. d. c. cum in ecclesia coꝛpoꝛe ꝛ canone questu. xiij.
q. ij. ꝛ facit. c. Jacobus de symo. ꝙto eñ mala cõsuetudo magis ꝑtẽ
ditur tantomagis est detestãda: nã diuturnitas tpis peccatum au
get non minuit. c. cũ haberet circa fi. ꝛ. c. cũ tanto in prin. de cõsue.
ꝛ. d. c. cum in ecclesie: adeo ꝙ pctm̃ veniale cõsuetudinem redditur
moꝛtale. xxxv. distin. §. criminis ꝛ per glo. in canone deniq3. iiij. dis.
itaq3 per dicta iura videt aperte decidi ꝙ talis ꝯsuetudo dꝫ appel
lari coꝛruptela ꝛ nullatenus excusat hmõi ꝯsuetudo exigendi simi
lia funeralia etiam si consuetudo ꝓbaretur longa vel lõgissima lꝫ
ex deductis in themate videatur dicẽdum ꝙ consuetudo non pro-
5 betur. †Nam consuetudo fundatur in tacito consensu populi qui
ex frequentia actuum cũ diuturnitate tempoꝛis presumitur ꝓbat
in. d. l. de quib⁹ de. ll. tacitus enim cõsensus populi est ꝑxima causa
cõsuetudinis dicunt Pe. ꝛ Cy. in. d. l. de quibus prout ibi versicu-
lo quero quot actus refert Bart. idẽ volens qꝺ ꝛ cõiter tenet: ideo
requiruntur tot ꝛ tales actus qui verisilr ꝑuenerint in notitiã po-
puli qui põt legẽ ꝛ ꝯñter ꝯsuetudinem inducere: prout volunt pre
fati doc. in. d. l. de quibus vt ꝑ Bart. ibi in dicto versi. ꝛ volũt ꝑfati
possione ipse saltē habet quasi dominium per ea que habentur in l.j.ꝛ quasi per totum.ff.de publiciana.ꝛ in.c.abbate.de re iudicata libro.vj.Et per consequēs ipse magister Antonius probat de suo potiori iure quā dicta ecclesia:q2 ecclesia nullatenus probat de aliquo ti.ꝛ sic nec de dominio vel quasi dominio nec de possessione de presenti.ideo dictus magister Antonius debet obtinere ex vtroqꝫ capite.s.ex non probato iure agentis ꝛ ex ꝓbatione iurisui.s.qua si dominij quādo probationes essent hincinde pares pro eo q possidet ꝛ conuenitur esset in dubio ferenda sententia.vt in.c.cū sint partium iura obscura.de reg.iur.in.vj.ꝛ in.l.fauorabiliores.ff.eo.tit.cū similibus. ¶ Nec ꝓdicte cōclusioni refragaꝛ ꝙ dictus Nicolaus primus testis interrogat⁹ de fama dixit ꝙ pluries et pluries audiuit dictam vineam fore ꝛ esse censuariam.ꝛ similiter Nicolaus secūdus testis.isti testes in hoc nihil probant:q2 deponūt de auditu alieno.d.c.tam literis.in prin.cū concor.ibi adductis in ꝑma gl. et per glo.ꝛ Bart.in.l.ij.§.idem labeo de aqua plu.arcē.ꝛ maxime q2 potuerunt audiuisse a pretēdentibus interesse.ꝛ post litem motam.nec etiā ob.depositio dicti domini Francisci quatenus deponit ꝙ audiuit a Laurentio ꝛ a predicto magistro petro:q2 singularis in suo dicto.ꝛ non deponit quid audiuerit.nec etiā ob.alia depositio dicti dñi Francisci deponētis ꝙ vidit dictā vineā fuisse inter alias possessiones liuellarias dicte ecclesie in libris dicti Archipresbyteratus dictā vineā fuisse descriptā vt censuariā:q2 in hoc est singularis ꝛ insup dato ꝙ appareret descripta in libro cēsuario ecclesie nō ꝓbaret esse cēsualē nisi forte in ꝓiudiciū eius q fecerit fieri ipsam scripturam:vt ꝓbatur in.l.solēnibus.C.de rei vēdi.ꝛ ibi p Bal.ꝛ doc.in.l.cēsualis.ꝛ q ibi p bal.C.de do.nec etiā p descriptionē in libro cēsuali:vt ibi sumiꝛ ex summarijs Bar.ꝛ bal.Ex quibus oībus clarissime appet ꝙ ptes iudicis sunt in ꝓnūciādo ꝯ ptē Archipsbyteri.ꝛ insup in condēnando eū in expensis. Laus deo.

¶ Summariū super consilio.cccxvj.

1 ☞ Dos per fratrem soluta pro filia sui fratris cui debeat filia defuncta restitui:ꝛ an dicatur soluta animo non repetendi nō obstāte diuisione de qua.ꝫ.nu.6.isto consi.

2 Rei debendi si sint plures promittētes ex cā lucratiua:an cēseatur vnus pro alio intercedere vt soluens possit repetere a correis.

3 Frater promittens dotem cū patre filie dotande censetur promittere vt fideiussor.nu.5.

4 Dos soluta pro filia alterius fratris viuo auo an veniat ascribenda vtriqꝫ.

6 Renunciatio generalis per quam quis promittit non venire contra diuisionem non trahitur ad actiones personales vt in debitis repetendis ꝛ alijs similibus.

¶ Consilium.cccxvj.



In nomie domini nostri

1 Jesu christi. ¶ †In consultatione tria dubia eliciuntur:quorū duo deciduntur p excellentissimū doctorē dñm Bernardū aretinum vti patrē hoñ.dñm consulentem ꝯm eius sniam deciduntur.Super quibus non versabor in presentiarum.non enim datur otium illa differendi.pluribus eniꝫ implicitus vix tempus suppetit aliqua circa tertium cōsultatiōis articulum qui restat quid sentiam breuibus in medium adducere. cuius quidem tertij quesiti decisio magis meo indicio expedit consultanti cū restitutio dotis ex censura legis municipalis tertia parte diminuta fieri debeat prout ex serie puncti dignoscitur.ꝛ per cōsequens etiam si restitutio dotis solis heredibus dicti pippi fiēda esset interest sua saltem pro illa tertia habere regressum aduersus heredes dicti Ludouici.Uidetur autem prima consideratione dicendū ꝙ dictus pippus soluēdo dictā dotē nullū habuerit regressum aduersus.d.Ludouicum.ꝛ successiue nec eius heredes.nam dictus Pippus quo ad dictam dominam Nastasiam est extraneus. l.vnica.§.extraneū.C.de rei vxo.acti.extrane⁹ autē dādo vel ꝓmittendo dotem nisi quatenus sibi reddi stipulaꝛ censetur dotē constituere animo donādi ipsi mulieri.d.l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo. acti.ꝛ.l.cū quidā.in ꝓn.C.de iure dot.si aūt ꝓmittit aio donādi.er
2 go nō aio repetēdi ab alio.ꝛ sic a fratre.†itē quādo plures rei debēdi promittūt ex cā lucratiua nō cēsetur vnus intercedere p altero: adeo ꝙ soluēs nō repetit a correo debēdi ꝓut voluit bar.in.l.reos. in ꝓn.ff.de duob⁹ re.per.l.iuꝛ.aꝛs incipit in.l.falcidia iuꝛ.ff.ad.l.falcidiā.ꝛ cū hac theorica trāseūt doc.ibi.ꝛ ipe ꝛ doc.in.l.j.C.de duobus reis.ꝛ Raph.ful.in.d.l.vir vxori.§.si.ad velle.ergo vꝛ ꝙ nullatenus cōpetat repetitio aduersus heredes.d.ludouici qd ꝛ dicēdū vꝛ ex alio q2 ipsi ludouicus ꝛ pippus deuenerūt ad diuisionē.ꝛ fcā ipsa diuisiōe fecerunt inuicē refutatiōem gñalē.ergo vꝛ.d.Pipp⁹ sibi ꝓiudicasse per dictā refutationē:attēto ꝙ repetitio dicte pecunie solute p dicta dote tunc tpis cōpetebat cū antea dicta dos per eū fuerit soluta.Tamē his nō ob.ꝯriā arbitror sniam veriorē.nam in duob⁹ reis debendi si causa ꝓpter quam se obligant pertinet ad vtrūqꝫ cēseꝛ inuicē fideiubere quilibet p rata sui correi.ꝛ si cā ipsa ꝓpter quā se obligāt spectat ad alterū tm ipe nō cēseꝛ p suo correo fideiubere sꝫ ecōtra ali⁹ correus ad quē negotiū nō pertinebat censetur insolidū fideiubere p ipso correo ad quē negotiū pertinebat. ita cōcludit Bar.in.d.l.reos allegādo.l.vir vxori.§.si.ad vell.ꝛ.l.si pro pꝛe.§.si.de in rem verso.ꝛ.l.sꝫ ꝛ iulianus.§.itē si duos.ff.ad maced.ꝛ idē tenet ibi.s.in.d.l.reos Ange.ꝛ cū hoc trāsit ibi Jmo.ideꝫ etiam concludit Bald.in.l.j.C.eo.ti.qd ꝛ volūt Raph.ful.ꝛ paul. de cast.in.d.l.vir vxori.§.si.ꝛ propterea si causa obligatiōis erat cōmunis ꝛ alter ex eis solidum debitum soluit repetit p parte a suo correo:vt est expressum in.d.l.j.C.de duobus reis.ꝛ similiter si causa obligatiōis insolidū ꝑtinebat ad vnū ꝛ alter insolidū soluit totā pecuniā repetit ab eo ad quē cā obligationis ꝑtinebat cū sit idē iuris de toto quo ad totū ꝙ de parte quo ad parteꝫ.l.q̄ de tota.ff.de rei ven.ꝛ.l.qui scit.ff.de euic.ꝛ.c.pastoralis.§.si quiscum totum.de offi.dele.qd ꝛ volunt doc.ꝫ.noiati.ꝛ ceteri in iuribus supra adductis ꝛ per Bar.in.l.modestin⁹. ff.de sol.ꝛ est cōis opinio.indubia.
3 †Et applicādo ad terminos nostros cū officiū dotādi filiā spectat ad patrē nō ad patruū extāte pꝛe.l.fi.C.de dot.ꝓmis.ꝛ.l.q liberos. ff.de ritu nup.ꝛ.l.obligamur.§.lege cū sua glo.ff.de act.ꝛ obli.ꝛ no. Spe.in titu.de iudi.quarta parte.§.sequiꝛ ver.qd si vnus ex fratribus coheredib⁹.ꝛ Bal.in.l.fi.C.de dot.ꝓmis.ideo causa ex qua dicti Ludouicus ꝛ pippus se obligauerūt ex cā dotis ꝓmisse pro filia dicti ludouici.constat ꝙ causa obligationis ꝛ negotiū sup quo emananit dictū debitū spectabat solū ad dictū Ludouicū.non autē ad d.Pippū.ideo dictus pippus cēseaꝛ interuenisse in dicta obligatiōe tanqꝫ fideiussor.d.Ludouici quo ad finē repetitionis causande inter Pippū ꝛ ludouicū ꝯm theoricas supra traditas.ꝛ ideo dictus Pippus soluendo integram dotem filie dicti Ludouici cen
4 seatur extunc obligasse sibi dictum Ludouicū.†Et hoc videtur de mēte Bal.in.l.fi.C.de dotis promis.versi.q̄ro qd si sunt duo fr̄es. vbi vult ꝙ dos soluta viuo auo pro filia alterius fratris venit ascribenda vtriqꝫ ꝛ loquitur generaliter nō apparet an auus an pater an patruus soluerit.ꝛ sic imputaꝛ ei ad cuius onus spectabat dotare qd ꝛ sumiꝛ ex dictis eiusdē Bal.in ver.se.sꝫ pone vbi si filius pro sua filia dat dotem de peculio dos imputaꝛ auo ad queꝫ spectabat onus dotandi.cōfert etiā qd habeꝛ in.l.si socius pro filia.ff.p socio vbi si dotatur filia vnius ex socijs omniū bonorū finita societate videꝛ ꝙ ascribaꝛ oneri patris ꝓut innuit illa.l.ꝛ aꝛs cōsulendo visum fuit licet non transeat sine dubio.ꝛ ibi Rapha.fulg.in.j.colū.dicit ꝙ id quod ibi dicitur in socijs omniū bonoꝝ.s.ꝙ soluto matrimonio dos reuertatur ad societatem equitas suadet.ꝙ etiam in fratribus non socijs oium bonorū qui hereditateꝫ cōem ex cā societatis retinuissent.l.cū duobus.§.papinianus eo.tit.equitas suadet qd dos redigeretur in cōi mortua filia.ꝛ sic ꝓsupponit non censeri donatā pro parte patrui.item idem Rapha.fulg.ibi super glo.in verbo ceterū dicit ꝙ non solum si pater promisit dotem debet dos soluta reuerti ad societatem vt ibi dicitur:sed etiam si ipse pater non ꝓmiserit:q2 licet pater nō se obligauerit:tamē onus spectabat ad patrē dotādi.d.l.qui liberos.ꝛ.d.l.fin.de dot.promis.ideo licet nō clare loquatur:tamē videꝛ velle ꝙ etiā si alter socius dotauerit censeatur dos ꝓfectitia.ꝛ sic soluta rōne oneris paterni:ꝛ nihilomin⁹ extraneus erat q dotabat.d.§.extraneū.suberat enim vbi alia coniectura.ideo cessat illa ꝓsumptio donationis.de qua in.d.§.accedit q̄ cessat quādo imminet alia coiectura ꝓut vult gl.in.d.l.fi.de dotis ꝓmis.ꝛ doc.ibi idē volunt puta qñ ꝓmittēs vel soluēs doteꝫ gerebat negotia vel mulieris de cui⁹ dote agiꝛ vel patris ad cuius onus spectabat.nā tunc nō censetur animo donādi:sed potius animo gerendi negotium eius cuius negotia gerebat.prout Jaco.de
5 are.ꝛ doc.cōiter omnes concordant. †Similiter hoc casu cum sub sit alia coniectura que est ꝙ ꝓmiserit animo intercedēdi pro ei⁹ fratre ad quem negotiū illud dotandi tāgebat cesset ꝓsumptio donatiōis accedat illud vulgatū qd vbi pōt cadere alia ꝓsumptio cessat ꝓsumptio donatiōis.l.si cum aurū.de solu.ꝛ.l.cū donationis.C.de proba.et pro certo nemo arbitraretur fratreꝫ promisisse dotē pro nepte ex fratre vna cū eo nisi fratris cōtēplatiōe.ꝛ p onere iniūcto fratri dotandi filiā.ꝛ ꝙ soluens dotē aio gerendi negotiū patris repetit a patre.l.ꝛ ideo cū.l.seq.ff.de in rē verso.ꝛ in hmōi terminis allegeꝛ consuluisse Bal.pro hac parte in consilio incipiente factuꝫ
6 tale est ventrucius ꝛ fuscerius. ¶ †Nec ob.adducta in cōtrarium. ad primā enim rationē in cōtrariū adductā est.ꝫ.respōsum.ad secūdā autē respōdeꝛ ꝙ lꝫ in instr̄o diuisionis bonoꝝ cōium dicatur ꝙ d.Pippus hꝫ pro parte sua oīa bona mobilia ꝛ stabilia que sunt ꝛ reperiunꝛ in territorio ciuita noue cū clausulis generalibus q̄ subdunꝛ i themate.nō tñ narraꝛ in pūcto ꝙ fuerit facta refutatio lꝫ cōsultās aliqd perfunctorie verbo dixerit ꝙ fuerit facta refutatio de bonis mobilibus.ꝛ immobilibus sitis ꝛc.tamē si refutatio emanauit prout est satis verisimile ex ratione subiecte materie diuisiōis verisiꝛe est qd emanauerit refutatio de bonis cōmunib⁹,ista auteꝫ actio ad repetēdū pecuniā ꝓpriā solutā pro dote filie ludouici nō erat cōis sed ꝓpria insolidū ipsius pippi.ideo nullo pacto veniret sub gñali refutatione bonoꝝ cōium.item etiam cōstat ꝙ actiones saltē personales nō veniunt appellatione bonorū mobilium ꝛ immobiliū sed sunt tertia species de p se.l.a diuo pio.§.in vēditiōe. de re iu.ꝛ.l.ꝙ tuberonis.§.i peculio.ff.de pec.ꝛ no.Ja.de are.in.l. mouētium.

mouentium.ff.de verbo.signi.z Bart.in dicta.l.potest.de aucto.
tuto.z Specu.in titu.de fruc.z interesse.§.j.ver.secundo queritur
qd z volunt Bar.z doct.in.l.j.C.si aduer.transac.cum si. Dicta er-
go actio non venit appellatione mobilium z immobilium.nec di-
citur sita in loco.merito zc. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cccxvij.

1 ☞ Frater consanguineus:an excludat sororem vtrinq; coniũctã
et matrem eius stantibus statutis ꝙ vnus frater consanguineꝰ ex
cludat sororem vtrinq; coniunctam z altero statuto ꝙ matrẽ exclu
dat z si dictus frater consanguineus fuit dicto defuncto per fidei-
commissum substitutus an heredes ipsius possint detrahere legiti
mam z trebellianicam.
2 Statuta feminarum exclusiua quomodo procedant.
3 Trebellianica z legitima non obstante verbis testamẽti integre z
sine aliqua diminutione an possit detrahi.
4 Heres grauati potest detrahere legitimam vel trebellianicaz que
debetur ipsi grauato.

¶ Consilium.cccxvij.



IN nomine domini nostri
Jesu christi. ¶ †Licet de iure cõi mater z soror vtrinq;
cõiuncta excludat fratrẽ cõsanguineum.z in viriles suc-
cedãt.aut.defuncto.C.ad ter.z aut.cessante.z auct.post fr̃es.C.de
leg.hered.z aut.itaq;.C.cõia.de suc.tamẽ de iure municipali frater
consanguineus.videt ꝙ excludat sororẽ vtrinq; cõiunctã cum ius
municipale excludat sororẽ dotatã a patre vel a fr̃e ab hereditate
pr̃is.z ab hereditate fr̃is si supest frater cõiunctus ex latere pr̃is.vt
vident aperte sonare verba ṗmi statuti in themate descripti.nã di
sponere vr̃ ꝙ excludat ab hereditate fr̃is soror dotata a pr̃e vl' a fr̃e
z ad veritatẽ alternatiue sufficiat alterã partẽ verificari regula i al-
ternatiuis in.vj.l.si heredi pluresin fi.de cõsti.c.inter ceteras.de re
scrip.itẽ alio iure municipali filia eiusdẽ matrimonij excludit ma-
trẽ.z ideo dicta zitadiana excludit matrẽ a successione intestati di-
cti Diamãtis.ideo.d.Joãnesantonius excludat dictã matrem.ex
quo prefert zitadiane q̃ prefert matri.arg.regule teadite in.l.de ac
cessionibus.de diuer.z tẽpo.prescrip.q̃ est ꝙ si vinco te:ergo vinco
vincentem te.itẽ ille qui vincit aliũ vincit pro se non ꝑ alio.not.in
l.pater filium.ff.de inoffi.test.prout dicit Bal.in.l.si defunctus.C.
de su.z leg.here.z in.l.si quis vel si qua.C.ad treb.sed dictus frater
consanguineus vincens sororẽ vtrinq; coniunctam.ergo vincat ꝓ
se non pro matre que ab ipsa sorore excludit:quam rõnem adducit
Bal.in dictis iuribus quo ad interpretationẽ sil'is statuti.ita ergo
dicamus in casu nostro ꝙ frater cõsanguineus excludens sororem
vtrinq; cõiunctã excludat ad sui vtilitatẽ nõ ad vtilitatẽ matris q̃
excluderet al's a sorore predicta.cõfirmãt ṗdicta ex dictis ꝑ Pau.
de ca.in.l.illam.C.de col.sic ergo in casu nostro:ex quo soror Zita-
diana excluditur a fratre cõsanguineo de iure spãli excludit sororẽ
ideo excludit alios ac si ipsa soror nõ esset ab eo exclusa:sz si dicta zi
tadiana non esset exclusa a fratre excluderet dictã matrez.ergo di-
ctus frater cõsanguineꝰ excludit matrẽ ẜm.d.theoricã. ¶ Tñ hoc
minime obstãte contrariũ puto de iure verius scz ꝙ.d.ser Ant.in
nihilo succedat.d.Diamãti ab intestato.nã cõstat ꝙ de iure cõi ip
se ser Joãnesantonius excluditur a successiõe intestati.d.Diamã
tis per aut.s̃.adductas.z excluditur in totũ.itaq; dicta mater põt
dicere ser Joãniantonio ego vinco te de iure cõi.z tu vincis zita-
dianã.ergo ego vinco te z zitadianã.itẽ zitadiana põt dicere ego
excludo matrem ex forma secũdi statuti in themate descripti z ma-
ter te excludit.ergo ego z matrẽ z te excludo.ideo dicto medio quo
vtitur.d.ser Joãnesantonius aduersus matrem z sororẽ.pñt etiã
vti dicta soror z dicta mater.itẽ sil'r medio quo vtitur Bald.s.ego
vinco pro me nõ pro alio.possunt etiã ipse vti:z retorquere contra
dictũ fratrẽ si quis recte intueatur.itẽ fundamẽtum Pau.de.cast.
iuuat pariter dictã sororẽ q̃ de iure speciali excludit matrẽ:iõ etiaz
ipse põt dicere fratri:ego vinco z excludo matrẽ de iure spãli.ergo
excludo te qui exclusus esses a matre.Frater autẽ cõsanguineꝰ ma-
gis afficitur:qz excludit a sorore ꝑpter pluralitatem vinculoꝝ per
d.aut.itaq; z a matre ꝑ.d.aut.defuncto.neutra aũt ex alijs reperit
exclusa nisi vno iure z ab vna ꝑsona tm̃.itẽ frater cõsanguineus eo
iure quo excludit ab vniuersa excludit hereditate.mater aũt z soror
2 secus quia vtriq; reseruatur legitima.†Hmõi aũt statuta exclusiua
mr̃is seu aliaꝝ feminarũ vel cognatorũ propter aliquos masculos
vel agnatos:ita demũ militãt qñ illi qui sunt cã exclusionis.z sic il-
li quos inuitat statutum succedunt.secus si succedere nequeũt. vel
qz alijs eis preferunt:vel qz repudiauerunt hereditatẽ ꝑut inquit
Bar.in.l.j.§.filiũ.ff.de bono.pos.ↄtrata.vltimo etiã cõcurrit aliud
qd semꝑ in sil'ibus terminis magnifici.d.§.si sit agnatus.z.d.l.egssi
mũ.z.c.auctoritate.de cõces.ṗbẽ.loquũt qñ sunt tres ꝑsone q̃ iuicẽ
excludũt z excludunt ita ꝙ neutra repit q̃ in aliq° iure nõ sit exclusa
in totũ q° ẽt casu loqt bal.in.d.l.illã.z i.d.l.si defunctꝰ.z i.d.l.si qs vl'
si qua v t in eoꝝ lecturis clare appet.aliꝰ est casus qñ sunt ꝑsone q̃rũ
due diuersis respectibꝰ excludunt in totũ.tertia excludit ab vna ex
dictis duabus ꝑsonis.z ipsa excludit alterã.iste est casus nr̃ in quo
mater nullo iure reperit exclusa in totũ.ipsa vero oĩ iure excludit
fratrẽ consanguineũ.d.aut.defuncto ad tertu.sed cũ matre amitti
tur soror vtrinq; cõiuncta:itaq; sumus extra terminos iuriũ q̃ su-
pra adducunt.in quibꝰ quelibet persona põt dicere alteri tu me nõ
excludis:qz nõ succedis exclusus ab alio quẽ ego vinco.nã in casu
isto frater consanguineus non põt dicere matri tu me nõ excludis
qz esses exclusa a sorore quam ego vinco.ex quo soror non excludit
matrẽ in totũ.sed admittit cũ ea illegitima.si aũt mater repudia-
ret posset forte frater cõsanguineus dicere sorori vtrinq; cõiuncte
ꝙ mater que eũ excludit nõ est in cõsideratione.iste videt tex.in.l.
ij.§.si sit cõsanguinea.ff.ad tert.ex his cõcludit ꝙ.d.frater consan-
guineus excluditur in totũ.z admittunt soror vtrinq; cõiuncta et
mater.lz qual'r inter se debeãt succedere nõ esset inuestigatio alie-
na a dubitatione:verũ qz inter se sunt cõcordes.ideo omitto.pos-
set z alio medio instari cõtra dictũ fratrẽ cõsanguineũ.s.ꝙ ipse ex-
cludat iure cõi a sorore vtrinq; cõiũcta ꝑ.d.aut.cessante.z aut.post
fratres.z.d.aut.itaq; z non excludat ex forma statuti ea rõne quia
nõ fuit dotata a fratre sed a pr̃e.z statutũ excludẽs ab hereditate
fratris vel pr̃is dotatã a pr̃e vel fr̃e.ad hoc vt minus exorbitãtie z
correctiõis iuris cõis habeat vt decet ar.c.cũ dilectꝰ.de cõsue.cũ si.
intelligat statutũ referẽdo singula singulis.i.dotata a patre exclu
dat ab hereditate patris dotata a fratre excludat ab hr̃ditate fra-
tris sicut in simili fit hmõi relatio.vbi verba magis repugnãt in.l.
lucius.§.gaio ad treb.z in.l.falsa.§.fi.de condi.z demõ.z.l.quotiẽs
C.fami.herc.cũ si.ꝑut em̃ qñ statuta loquũt simpl'r qm̃ dotata ex-
cludat a successione interpretet ꝙ excludat a successione dotãtis.
prout volũt Bald.z Paul.de castro.in.l.j.C.de legi.here.z cõmu
niter tenetur pari rõne potest intelligi in casu isto ꝙ excludatur ab
hereditate dotantis.ꝑut enim generalis exclusio limitat supplen
do in exclusione verbũ dotantis.vt scilz dũ statutum dicit mulier
dotata excludatur ab hereditate suppletur scilicet dotantis ita z
dum specialiter excludit ab hereditate patris vel fratris suppleat
scz dotantis.nam vtroq; casu pariter adaptatur talis suppletio
et vtrobiq; cadit eadẽ ratio.ergo zc.l.a titio.de verborũ obliga.cũ
cõcor.Et vidi pluries cõsultũ pro sil'i interpretatione z in casibus
quibus verba magis repugnabãt.z lz hoc medium non displiceat
magis apud me artant alia supra adducta. z ex adductis pro hac
3 parte ptz satis respõsum ad adducta in contrariũ. ¶ †Descẽden-
do ad secundum consultationis articulũ:circa quem est concluden
dum qd dictus ser Joannesantonius est ꝑ fideicõmissum substitu
tus dicto Diamãti:ita qd portio sua hereditatis paterne est sub-
iecta restitutioni detracta legitima z trebellianica.ex quo diuerso
tempore veniunt detrahẽde.c.Raynutius.z.c.Raynaldus.de te
sta.z.c.si pater.eo.titu.lib.vj.z per docto.in.ll.ꝙꝙ.C.ad.l.fal.z in
l.filium quem habẽtem fami.herc.z est opi.cõmunis.z hodie indu
bitata in via decisiua nec fructus medio tẽpore percepti computã
tur in trebellianicam in filijs primi gradus.l.iubemus.C.ad treb.
nec etiam obst.verba illa testamẽti integre sine aliqua diminutiõe
per que verba videt ꝓhibita detractio quarte per ea que habẽtur
in aut.sed cũ testator.C.ad.l.fal.qz respõdet quod illa verba nõ ad-
ijciunt in substõne facta inuicem inter ipsos filios heredes institu
tos:sz in substõne facta dñe Benedicte prout appet ex continua-
tione verboꝝ.nã illa substitutio in qua sunt apposita illa vba fuit
fcã sub cõditionibꝰ si dcã Bñdicta decedet aut ad vota scða trãsi
uerit que conditio refert ad vtrũq; membrũ substõnis q̃ immedia-
te subdit q̃ cõditio adhuc nõ est purificata z illa vba dictam here-
ditatẽ apposita in scðo mẽbro sunt intelligẽda de hr̃ditate relicta
d.benedicte ꝑut z se declarauit testõr in ṗmo mẽbro substõnis ṗdi
cte. ¶ Coadiuuat hec interpretatio qz ṗmo loco substituti sunt
magis dilecti quam secundo loco substituti.de se constat.ideo nõ
debet censeri magis honoratus secundo institutus.argumẽ.legis
publiꝰ.ff.de condi.z demon.ideo cum Diamantes non sit vocatꝰ
per dictam substitutionẽ nisi ad hereditatẽ quatenꝰ est delata.d.
Benedicte.ita etiã nec dictus ser Joannesantonius.z maxime qz
illa verba integre z sine aliqua diminutione non possunt verificari
nisi in illa portione relicte dicte domine Bñdicte qz in residuo iste
institutus in parte Marianus de quo non fit mẽtio in dicta substi
tutione.itẽ saltẽ imminebat necessario diminutio legitime.z sic he
reditas integra non poterat deuenire vigore dicte substitutionis
ad dictũ Joãnẽantoniũ.vnde interpretetur de ea portione delata
d.Benedicte de qua poterat integre disponere dictus testator cõ
fert etiaz qz si prius substitutionẽ fecisset Diamanti z posthumis
etiã in eoꝝ portionibus nõ fecisset eis aliã substõnẽ immediate nec
verisil'r repetijsset eos simpl'r in reciproca cõpendiosa substõne in
qua vniformiter actiue z passiue noĩatur ipse Diamãtes sicut alij.
z ꝑ idẽ determinabile oẽs determinant.ergo debẽt pariter termi-
nari.ar.l.iã hoc iure.de vulg.z pup.z.l.hereditatẽ.z.l.ꝙuis. C.eo.
ti.z.l.fi.C.de sentẽtijs cũ similibus:sed dictis Joãniãtonio z Ma-
riano nõ fuit aliquo pacto fcã substõ cũ ꝓhibitiõe trebellianice er
go nec cẽseat facta.d.Diamãti z maxime qz ꝑ hoc magis seruatur
equalitas inter filios ꝑut iura suadẽt equalitatẽ seruari iter ipsos
liberos.l.vt liberis.z.l.illð in fi.C.de colla.z.l.fi.C.cõia vtriusq; in.

4 †Clarissimum itaqz remanet φ heres dicti Diamātis retenta legitima. ꝛ treb. hꝫ restituere residuum hereditatis paterne. d. Ioāniantonio ꝓ portione delata eidē Diamanti: posset aūt instari quota censeat̄ esse legitima portio dicti Diamantis: ꝛ de iure cōmuni tradit̄ theorica q̄ appet clara in aut. nouissima. C. de inoffi. testō φ ꝓ numero liberoꝝ sit q̄nqz tertia q̄nqz dimidia ꝑut ibi declarat̄ ex themate deprehēdūtur fuisse quatuor: sꝫ vt ꝑcipio. fuerūt ēt q̄nqz aliȷ̄ nepotes ex filio vel filia ꝑdefuncte de quibus nō fit mētio in themate: forte q꜄ descēdētes ex filia dotata cōsanguinea. d. Diamātis hoc iminet vna dubitatio multū ardua. s. q̄r fiat cōsideratio de filia dotata in cōputatiōe legitime vtrū. s. augeat nūerū liberoꝝ de qua q̄one ꝑ Ang. Imo. ꝛ Pau. de ca. in. l. plane. §. si duob⁹. de lega. j. ꝛ ꝑ Ang. ꝛ Raph. ful. in. l. papinianus. §. vn̄ si qs. ff. de inoffic. test. ꝛ late ꝑ Pōta. in. l. j. C. q̄n nō pet. par. ꝛ ibi in fiñ aliqd ꝑ Bal. de quo etiā ꝑ Bar. in repe. l. ꝑ̄ filiū. de inoff. test. ꝛ doc. in aut. nouissima. C. e. tit. sup q̄ doc. variāt. aduertēdū est φ. d. Diamātes nō est honorat⁹ nisi in dimidia tertie ꝑtis. itaqz si legitima est tertia tertie ꝑtis nō habita cōsideratiōe ꝑsone filie dotate sexta dūtaxat ꝑs sue tertie ꝑtis erit restituēda detracta q̄rta illi⁹ tertie ꝑtis adeo qꝺ si itegra tertie h̄ēditatis erat octo ꝛ tota hereditas ascenderet ad xxiiȷ̄. vnū tm̄ venit restituēdū ꝫ meū cōputū. d. ser Ioāniantonio: ꝫ si l'tia eēt dimidia īter oēs q̄nqz tūc min⁹ eēt restituēdū.

¶ Summariū super consilio. cccxviij.

Mulio seu vecturalis perdens vel se asserens perdidisse quādā sacculam que erat argētum ꝛ aurum in massa quam dictus mulio acceperat vt eam portaret mercatori florentino an teneatur resarcire dānū rei ꝑdite ꝛ quō probetur dicta amissio. ꝑ totum.

1 Damnum contingens nocet domino.
2 Culpa vel dolus non presumitur ꝛ culpā alleganti ꝓbare debet.
3 Culpa leuis ꝛ non leuissima imputatur in contractibus qui fiunt gratia vtriusqz.
4 Furtum per quod quis dicit se amisisse rem vel alias debet probari per illum qui dicit ꝛ ꝓbauit amissionem et an iuramentum eius qui dicit stetur.
Iuramento eius qui dicit se amisisse rem sibi datam sub custodia: an ꝛ quando credatur.
5 Iuramentum est exoneratio ab onere probandi.
6 Mulio an teneatur de furto cōmisso in re sibi data ad portandū.
7 Estimatio rerū in sacculo consignatarū quomodo probetur.
8 Iuramento partis an stetur si nō presumatur res amissa culpa vel dolo accipientis.

¶ Consilium. cccxviij.



N nomie domini nostri Iesu christi. ¶ †Pro vecturali contra dictū mercatorē perusinū vr̄ ꝑma facie rn̄dendū: q꜄ casus ꝯtingēs
1 nocet dn̄o si circa rē suā ꝯtingit. l. q̄ fortuitꝫ. C. de pig. acti. ꝛ. l. si nulla. ꝛ. l. pignus. eo. ti. ꝛ. l. j. ꝛ. l. iiȷ̄. C. de loca. ꝛ cōduc. cuꝫ si. Itē liberat debitorē ꝛ cedit dāno creditoris hoc est in ꝑiudicium sui crediti ꝛ actionis sibi creditori cōpetētis nisi interueniat dol⁹ mora vel culpa debitoris. l. si ex legati cā. ff. de ver. ob. l. qꝺ test. ff. si cer.
2 pe. l. j. ꝛ quasi ꝑ totū. ff. de pericu. ꝛ com. rei ven. †Culpa aūt vel dolus nō ꝓsumit̄ vt de dolo est exp̄ssum in. l. quotiēs. §. qui dolo. ff. de ꝓba. ꝛ. l. dolū. C. de dolo. item de culpa φ nō ꝓsumat̄ ꝫ allegāti incūbat on⁹ ꝓbādi: ꝑut no. glo. Bart. ꝛ doc. cōiter oēs in. l. si qs ex argētariȷ̄s. §. fi. ff. de edē. regula insup est φ casus nō imputat̄ debitori vel alteri nō dn̄o. d. l. q̄ fortuitis. ꝛ. l. ꝯctus. ff. de re. iur. et aliȷ̄s iurib⁹. ꝫ. adductis cū multis ꝟlib⁹. ꝛ ꝓ regula ꝓsumit̄ adeo φ id ꝓ quo est regula nō cēset̄ esse dubiū. vt no. bar. in. l. quotiēs. ff. si quis cau. ꝛ faciūt q̄ hn̄r ꝑ bar. ꝛ alios in. l. iȷ̄. si qs in ius voc. nō ie. ꝛ Inn. et doc. in. c. ꝑterea extra. de dila. Et iō q se fundat in casu a regula exorbitāti subiȷ̄t on⁹ ꝓbatiōis ad h̄ no. ꝑ gl. ꝛ doc. in cle. fi. de rescr. et qꝺ ꝑ bar. in. l. si qs nō dicam rapere. C. de epi. ꝛ cle. facit. l. in exceptionib⁹. ff. de ꝓba. nec sufficeret h̄ casu docere de culpa leuissima cū h'mōi vecturales deferūt sub mercede. ꝛ ita presuppono φ faciebat dictus Becus. ideo locasse operas suas ꝛ multorū suorum censet̄. l. naturalis. §. at cū do. ff. de prescrip. ver. l. cū in plures. §. seruuꝫ meū mulionē. ff. loca. vel ꝯctū innoiatū sitem ꝯctui locatiōis qui. ꝑ q̄ns naturā ꝯctus locatiōis ꝛ ꝯductionis assumit. d. l. naturalis. §.
3 fi. †In cōtractibus aūt qui celebrant̄ gr̄a vtriusqz leuis culpa iputat̄ non leuissima. l. si vt certo. §. nūc videnduꝫ. j. ff. cōmo. vbi est expressum φ locator ꝛ cōductor tenent̄ de leui culpa ꝛ si alias res perit nō imputatur locāti vel cōducēti: sed perit dn̄o vt eodem. §. ver. qꝺ vero ꝛ ver. proinde ꝛ est clarissimū: ideo cōcludendū vr̄ φ. d. mulio nō teneat̄ nisi doceatur de sua culpa per ꝑdicta ꝛ per tex. in. d. l. cū in plures. §. seruū tuum mulionē. casus aūt vr̄ ꝓbari posse per
4 iuramentum. l. si in fi. de bo. aut. iud. pos. †Cū his non ob. ꝯriū scꝫ d. Mulionem teneri etiā alio nō docto puto verius: nā ꝑmo amissio hꝫ ꝓbari per ipsum mulionē cum ipse nitat̄ ex ipsa amissione casuali: ꝛ ideo sibi incūbit on⁹ ꝓbādi. l. si creditor. C. de pig. act. ꝛ no. glo. Bar. ꝛ doc. cōmuniter in. d. l. si quis ex argentariȷ̄s. §. fi. ꝛ glo. fi. insti. quib. mo. re contrahitur obliga. ꝛ per Iaco. but. in. l. si qs fundum. §. imperator. ff. loca. per Bar. in. l. iȷ̄. C. de nau. li. xj. ꝛ gl. in verbo exceptionem. ff. nau. cau. sta. Spe. in tit. de pig. §. j. ver. ꝛ not. et ver. seq. ꝛ ibi Io. an. ꝛ Spec. in tit. de cōmo. §. iȷ̄. ꝛ glo. in verbo sacramentum in. l. fi. C. de fid. instru. ꝛ ibi Cy. ꝛ Bar. ꝛ Cy. Bart. ꝛ Bal. in. l. si creditor. C. de pig. ac. ꝛ Ange. ibidem. ꝛ Bar. in tract. suo de teste in rubrica de perēptione ꝛ ex quo apparet φ res de quib⁹ agitur peruenerunt ad ipsum vecturalē debet plena adhiberi ꝓbatio nec statur iuramento dicētis se amisisse ꝑut cōcludit Bar. in. d. l. si quis ex argētariȷ̄s. §. fi. ꝛ i dicto tractactu de teste. quādo aūt nō apparet ad aliquē peruenisse ꝛ ipse dicat se nō habere tūc statur ei⁹ iuramento. l. ꝑtor. §. sed ꝛ si seruus. de eden. l. cū ita legatur. §. ꝯpēs. de leg. iȷ̄. l. fi. §. licentia. C. de iure deli. pront volūt Bar. ꝛ doc. in. d. l. si quis ex argentariȷ̄s. §. fi. ꝛ tale iuramentū est iuramētum purgationis dicit ibi Saly. ꝛ per cōsequēs onus ꝓbādi ꝑtinet ad aduersariū qui dicit eū habere ꝑut ibi dicit Raph. ful. Ex quoruꝫ dictis infert̄ φ q̄n de amissione credit̄ iuramēto partis nō censet̄ on⁹ probandi spectare ad eū cuius iuramēto statur sed potius spectare ad aduersarium nec illud iuramētum censet̄ probatio sed potius pur
5 gatio quedam. †Facit optime tex. in. l. eū qui. in ꝑn. ff. de iureiurā. vbi probat̄ φ iuramētū est exoneratio ab onere ꝓbandi non ꝓbatio ad idē no. gl. in. l. cū de indebito. in ꝑn. ff. de ꝓba. sup ꝟbo legitimis. q̄nqz ergo est releuatio ab onere ꝓbandi. vt. d. l. euꝫ qui q̄nqz onus purgationis prout ꝛ dicūt doc. in. d. l. ꝑtor. §. sed si seruus de edēdo. ꝫ glo. ꝛ doc. volūt φ onus probandi spectat ad eum qui dicit casum amissionis euenisse merito doctores volunt qꝺ probetur aliter q̄ per iuramentum: facit etiam bonus tex. in. d. l. pretor ait. §. sed si seruus. ff. de eden. al's sequeretur inconueniens quod vnicuiqz cōmodatario conductori locatori pignora habenti et similibus habentibus res alienas volūtati domini esset aperta via fraudandi creditorem dicendo ego amissi casu stetur meo iuramento: possunt tamen cōcurrere tales coniecture in re difficili ad probandum qꝺ crederetur eius iuramēto puta si probaret tenuisse res in horreo ꝛ de nocte fuerunt fracta ostia vel aufugit famulus et erat res que facile poterat auferri ꝛ asportari a famulo prout huiusmodi coniecturas tradunt doct. in dicta. l. si quis ex argentariȷ̄s. §. fi. que non militant in casu isto. nec obst. d. l. fin. de bo. aut. iud. pos. q꜄ aliȷ̄ sunt termini illius text. aliȷ̄ tex. nostri ibi amissio ex causa dāde actionis: quo casu Bartol. ꝛ doc. cōmuniter ibi et in dicta. l. si qs ex argentariȷ̄s volunt qꝺ regulariter non sufficiat probatio per iuramentum: fallit illo casu licet varias rationes fallentie adducant que non attingūt casum nostrum: ideo eas omitto: potest etiaꝫ dici qꝺ ibi agitur de leui preiudicio aduersariȷ̄ contra quem iurat̄ facit. l. thesaurus et qꝺ ibi habetur. ff. ad exhibē. Quādo autēꝫ amissio est causa defensionis vt q꜄ debitor vult se liberare ab eo ad qꝺ tenebatur tunc habet necesse probare plenis probationibus si nititur se defendere ab eo ad quod tenebat̄ iure actionis: ꝛ qꝺ ꝓbatur ad eum peruenisse prout contingit in casu isto prout volunt Barto. et doct. in dicta. l. si quis ex argentariȷ̄s. §. fi. pront ꝛ probatur ex aliȷ̄s supra adductis agitur insuper de graui ꝑiudicio scꝫ de amissione rei proprie. Et agitur de lucrando rem alienam iniuste si de-
6 ieraret ideo augetur suspitio. †Ex his itaqz constat qꝺ si mulio nō probaret amissionē ipse indubio teneretur: si vero probaret amissionem forte parte confitente tunc si probatur amissio propter furtuꝫ: quia alius abstulit eo inscio ipse mulio tenetur q꜄ fuit in culpa non custodiēdo ita vt facile furto subtrahi nequiret: debuit eñ custodire ita vt furto non damnificetur. l. cum duobus. §. dāna fatalia. ff. pro socio vbi text. probat quod furtū ascribitur ei qui habet rem custodire ꝛ presumitur eius culpa emanasse pront ꝛ ibi notat Bart. Bald. ꝛ docto. ꝛ not. Bald. in dicta. l. si creditor. C. de pignora. acti. Et appellatione culpe in dubio intelligitur de leui: dicta. l. si vt certo. §. nunc videndum si recte aduertatur. ꝛ. l. si filio. §. maritum. ff. soluto matrimo. ꝛ Bal. ibi dicit qꝺ socius (qui tenetur de leui culpa tenetur de furto quod maxime dicendum est hoc casu ex qualitate facti: quia dictus Mulio dicit subreptā fuisse in itinere dictam sacculam existente super mulo debebat enim rem tante estimationis ꝛ tam paruam aptare eo loco qꝺ nō videretur ꝛ nō posset facile auferri: nec ipse debebat dimittere mulum quē non videret si habebat tales res que subtrahi poterant et multo fortius esset culpe ascribendū si taliter aptasset quod per viam cecidisset: q꜄ non solent diligentes vecturales salmas seu res preciosas: ita ligare in salmis quas deferunt qꝺ per viam cadant ex salmis ꝛ si suspitio cadit ne caderent diligens animaduerteret itaqz perspicua coniectura viget quod culpa aut lata aut leui id acciderit ideo ex qualitate negotiȷ̄ culpa presumenda est que ex inditiȷ̄s etiam probari potest. arg. eius qꝺ dicimus in furto ꝛ incēdio: q꜄ qꝺ est fortius et dolus qui plus est quā culpa ex inditiȷ̄s probatur. l. dolum. C. de dolo. non enim sufficit probare casum qui plerūqz solet culpaꝫ habere annexam inquit Bald. in. d. l. si creditor. nemo autem sani capitis arbitraret̄ q̄n culpa muliōis occurreret si res ꝑciosa sibi tradita de ferenda sub mercede ex mulo per viam perderetur: q꜄ furto subtracta esset aut cecidisset ex salma: ꝛ ideo intrepide cōcludēdū restat φ ipe mulio vecturalis tenet̄ resarcire mercatori ipas res sibi traditas

sibi traditas vel earū estimationem: ꝛ hoc est intrepide tenendū.
7 †Sed imminebit scrupulus q̄r nō apparet que vel cuius estimatio nis forent res que in saccula tradite fuerunt: circa qđ aduertendū est ꝙ si mercator nō fatetur casum amissionis ꝛ petit sibi reddi sacculū suam quam eidē tradidit si mulio non reddit q̄r non presumitur amisisse: ꝛ per ꝯńs penes se hr̄e ꝛ si hoc ꝛ non restituit est in dolo et aduersus dolosum in actionibus bonefidei prout est actio locati ꝛ conducti. §. actionum insti. de acti. iuratur in litem. l. in actionib⁹. in pnci. ff. de in lit. iur. ꝛ etiā statur iuramento partis in actionibus stricti iuris quādo imminet difficultas ꝓbationis vt. eo. l. in actionibus. §. plane. minime aūt dubiū est ꝙ si nō amisisset ꝛ nō restitueret esset in dolo ꝛ amissio nō presumitur nisi probet vt probari dz: ideo videt standū iuramēto facit qđ al's dr̄ in eo qui tradidit sacculū sigillatū ꝛ postea reddit disigillatū dr̄ alias plures res puta maiorē q̄titatē pecunie fuisse in sacculo ꝛ alius negat: nam eo casu dicit Inno. in ti. de fur. §. j. ver. sed qđ si res assignauit ꝙ statur iuramento eius qui assignauit p̄missa taxatione iudicis: ꝛ idem vult in no. in. c. fi. extra de his que vi metus ve cā gesta sunt. ꝛ idē vult Rapha. ful. in. l. j. §. si cista. ff. depositi quod ꝛ videtur velle Pau. de castro. ibi ꝛ Bal. in Rubri. C. depositi. licet glo. ꝛ Bar. aliud velint in d. §. si cista ꝛ Bar. in. l. j. ff. furti aduer. nau. ꝛ idem sentiat in. l. cum seruus. de condi. ꝛ demon. sed ibi apparet casus disigillationis nō apparet per quem fuerit disigillatio facta: vnde nō apparet de dolo. vult Bar. sed hic non apparet de casu amissionis: ideo dato qđ opi. ꝛ Barto. procederet nō obstaret si vero procederet altera opi. tunc multofortius dicendum esset ꝙ staretur iuramento qui nullo
8 modo restituit q̄ contra eum qui restituit disigillatam. † Si vero presumeretur amissio culpa non dolo mulionis tunc nō videretur standum iuramento partis per ea que habenī in. d. l. in actionib⁹ ꝛ l. nullus idoneus. ff. de testi. ꝛ plerūq; deficit probatio nō ius iuxta l. duo sunt titij. ff. de test. tu. ꝛ. l. si fuerit. de reb. du. verū q̄r mulio est obligatus ad factum hoc est ad deferendū rem illā sibi traditā florentiam ꝛ tradendum mercatori florentino ad quem dirigebat: seu saltē ad rē ipsam restituēdā in obligationib⁹ aūt facti succedit obligatio ad interesse. l. stipulationes non diuidūtur ver. celsus. de verbo. ob. l. j. de act. emp. cum multis si. licet aūt q̄titas interesse ꝓbari debeat p errorē. l. certi cōdictio. in p̄n. ff. si cer. pe. vbi gl. ꝛ doc. tn̄ si non probat estimari pōt per iudicē. ar. l. si qđ ex pāsila. ff. de le. ij. ꝛ quod ibi bar. ꝛ doc. ꝛ hoc ꝙ lz quātū itersit nō probet tn̄ iudex estimet cōcludit ipse Bar. in. l. vnica. C. de sen. q̄ pro eo quod interest. et not. Jaco. cal. ꝛ Panormi. in. c. cum causamq;. ij. extra de testib⁹ quod iudex quādo videt reū esse condēnandum ad estimationem alicuius rei vel ad interesse et nō probatur estimatio rei, quanta sit aut q̄tum intersit non debet iudex absoluere quasi actor non probauerit ita vt certa sn̄ia ferri possit put debet. §. curare inst. de act. ꝛ. d. l. certi condictio. in prin. cum ibi no. sed potius debet ipse estimare quātitatē interesse hoc casu fm eos. ꝛ lz iudex rem nō videat tamen poterit videre libros mercatoris ꝛ arbitrari prout sibi equū videbitur maxime si scriptura mercatoris apparebit facta ante casum amissionis prout est verisimile ꝙ facta fuerit tūc tpis cum sacculam sigillatam tradit mulioni. nā mercatores solēt pri⁹ scribere q̄ res exeat de eorum manibus. Laus deo.

¶ Summariū super consilio. cccxix.

1 ¶ Testamentum seu vltima voluntas ad mariti suggestionem facta: an teneat si in ea est maritus institutus pro medietate et pro alia medietate ipsa ecclesia ꝛ an possit probari testibus in vbis discordantibus. per totū. vsq; ad nu. 8.
2 Institutio in parte trahit ad se totum ꝛ omnes dicere nesciunt heredem instituo.
2 Accrescendi ius inter quos habeat locum ꝛ quando videatur cessare inter institutos ratione testamēti inualidi. nu. 7.
Coniuncti vel disiuncti re seu verbis qui dicantur.
4 Testes qui non concordant in verbis quādo nō probāt. ꝛ qui dicātur testes singulares. nu. seq.
5 Institutio heredis facta ad interrogationem alterius vt q̄r dr̄ testatori si talē velit facere heredem ꝛ respondet ꝙ sic non valet tāq̄ facta cum suggestione. nu. seq.
6 Uolo verbum an inducat mandatum.
7 Filij sororis premortue an succedant vna cū fratre ꝛ nepote ex altero fratre stante statuto de quo. j. ꝛ nu. seq.
9 Fratres ꝛ sorores vtrinq; cōiūcti an pariter succedant cum filijs ex fratribus vel sororibus vtrinq; coniuncti s.

Consilium. cccxix.



In nomīe dominí nostri
1 Jesu christi. ¶ † In hac consultatione videt p̄ria facie dicēdū ꝙ dicta dispositio dn̄e Pandulphine teneat. Nā lz nō valeat testm̄ vel alia vltima volūtas in causa ꝓfana corā duobus vel tribus testib⁹: sed reqrat maior nūerus testiū saltē quinq;. l. fi. §. in oi. C. de codicillis. l. fi. C. de donatione causa mortis. ꝛ in testō septē requirunt. l. hac cōsultissima. i p̄n. ꝛ. §. per nūcupationē. ꝛ. l. in testamētis. C. de test. Tamen ad pias causas sufficiunt duo vel tres testes. c. relatū. j. extra. de test. fm cōmunē lec. ꝛ. l. j. C. de sac. sanc. eccl. putr est cōis oium sn̄ia. iō lz dicta vltima volūtas ꝓbata p duos vel tres testes nō valeat in fauorē venātij ꝛ quatenus vt dr̄ venātio reliquit dimidiā suoꝝ bonoꝝ. tn̄ valere videt quatenus religt aliā dimidiam bonoꝝ suorū pro opera ecclesie sancte Marie. ex quo de tali relicto deponūt tres testes. et videnī illud ꝓbare. ꝛ lz ꝓ tali opa sit relicta sola dimidia bonoꝝ. tamē vr̄ ꝙ debeātur dcē opere vniuersa bona. nā verbū relinquo adiectū vniuersitati bonoꝝ alio nō instituto iportat institutionē. vt no. glo. ꝛ doc. in. l. his verbis. in p̄n. ff. de here. insti. facit text. ibi bene facit. l. diuus titianus. de mili. test. ꝛ tex. ꝛ gl. in verbo relictis
2 in auī. de here. ꝛ fal. in. §. si vero nulla. † Oēsem nesciūt dicere heredem instituo dicit gl. in. l. quotiēs. C. familie herciscunde. Ex quo ergo vniuersa bona distribuit per verbū relinquo ꝛ nullus aliusest institutus videt ꝙ cēseat iure institutionis relictū: attēto ꝙ dicta dispositio pōt pariter valere vt testm̄ ꝛ vt alia vltia voluntas quia quo ad piā cām vtroq; mō valere pōt ꝛ quo ad venātiū neutro mō institutio aūt i parte trahit ad se totū. l. j. §. si ex fundo. ꝛ. l. quotiēs. §. si duo cū si. de here. insti. ꝛ p hāc viā pia cā in totū succedat. itē si tale relictū non intelligeret iure institutionis: videret ꝙ per aliam viā pia causa totum cōsequeret. nā videtur ꝙ dicta pia cā ꝛ venantius fuerit mediāte copula cōiuncti vbis. inter cōiunctos aūt verbis est locus iuri accrescēdi etiā inter legatarios. l. vnica. §. in p̄mo ꝛ. §. pro scdo. ꝛ. §. vbi aūt legatarij. C. de cad. tollē. ideo totū accrescere videtur dicte pie cause. ꝛ p ꝯsequēs habeat totū siue iure directo siue iure obliquo censeat esse relictum. ꝛ lz regulariter in fideicommissarium vniuersalē non transeant iura nisi restituta hereditate. l. j. in princi. ꝛ. l. facta restitutione. ꝛ. l. restituta. ff. ad trebel. cum si. tamen videtur qđ fallat fauore pie cause per. l. fi. C. de sacrosanc. eccle. prout disputando concludit Bar. in disputa. sua que incipit filium adultū. ꝛ Bal. in. l. sancimus. §. cum autē. C. ad treb. ꝛ Raph. ibi. ꝛ Pau. de ca. in. d. l. fi.
3 ¶ † Tamen his non obst. contrariū puto de iure verius. nam videtur qđ dicta asserta vltima voluntas nō sit seruanda neq; vt testamētum: neq; vt vltima voluntas. naz premittendum est qđ tres testes sunt examinati sup dicta vltima volūtate vnus non fuit inductus examinatus inter easdē personas qa venantius Leonardi inductus fuit pro parte Gasparis ꝛ Jacobi heredum dicti Uenantij Andree. ideo nō probat in causa pie cause ar. tit. l. res inter alios acta. C. in rubro ꝛ nigro. ꝛ. c. inter dilectos post mediū versiculo nec attestationes. de fide instru. ꝛ etiam nō videtur multū bene se conformare cū alijs testibus maxime cum alij deponāt ꝙ semel reliquit dimidiā suorum bonoꝝ pro dicta opera et dimidiū dicto venātio ꝛ venantius Leonardi dicit ꝙ bis religt. vtrū autē sit tāta dissonātia ꝙ repelleret ipsos testes non est opus instare. ex quo iste venātius est ab alia ꝑsona product⁹. ꝛ ex hoc nō releuat: alij autem duo testes ad instātiā pie cause examinati non videntur concludere ex eo q̄r sunt varij in verbis. ꝛ insup ex verboꝝ varietate resultant diuersi effectus vt deducam. merito multofortius non ꝓbent qđ resultent diuersi effectus. probatur q̄r ex dispositione mariani resultat ꝙ pia causa ꝛ Marianus sint coniūcti verbis. ex quo diuerse portiones exꝑsse duobus relinquunī in vna oratione: q̄r sub vno verbo p̄ncipali. ꝛ ex depositione Cypriani resultant disiuncti re ꝛ verbis attento ꝙ sub duab⁹ orationibus ꝛ ad diuersas portiones sunt honorati: vt hec apparēt ex notatis p Bar. in repetitione. l. re cōiūcti. de leg. iij. per glo. in verbo separatim in l. j. §. penul. ff. de vsuf. accrescen. ꝛ per glo. ꝛ doct. in. l. si duobus. §. fina. de leg. j. inter cōiūctos aūt verbis tm̄ solet esse loc⁹ iuri accrescēdi. vt dictis iuribus. ꝛ in. j. §. vbi aūt legatarij. de cad. tol. ꝛ. §. in primo. ꝛ. §. pro scdo. eo. tit. secus inter non cōiunctos re nec vbis put
4 habetur in dictis iuribus. † Itē variāt in vbis referēdo vba testatoris ꝛ sunt multū difformia. ꝛ sic cū deponant de vbis penit⁹ dissonantib⁹ dato ꝙ possint forte reduci ad eūdem sensū. tn̄ ex quo nō deponūt de effectu sz de verbis p aliū prolatis suadere videt ratio ꝙ nō ꝓbent. ꝛ ꝑsertim. q̄r potuerūt vba diuersa ꝓferri eodē die loco ꝛ testibus. ꝛ aliqua ab aliquib⁹ audiri. ꝛ aliqua ab alijs sic testes p̄nt de facili esse singulares circa ea q̄ deponūt. Et put dicit Bald. in. d. l. edicto. C. de edic. diui. col. xxij. put nō ꝓbant testes singulares per iura vulgaria. ita nec ꝓbant testes qui possunt esse singulares ꝛ contestes allegat nota. per Bart. in. l. celsus. de vsucap. et ita etiam voluit idem Bald. in capl̄o bone. de elect. in antiquis. ꝛ loqtur etiā quando non est dissonātia in verbis seu non deponunt de
5 verbis ab alio prolatis. † Itē ꝙ sola dissonantia in cortice verborū reddat testes varios aut singulares firmant domi. Anto. de but. et Panor. in. c. nihil. de verbo. signi. variant etiam dicti testes: quia Cyprianus deponit qđ dicta Pandulphina ad interrogationem mariti interrogatus cui volebat relinquere bona sua illa respōdit quod relinquebat dimidiam pro fabrica ꝛc. Et Marianus deponit ꝙ ad dictā interrogationē dicta. d. respōdit lasso tutto ad voi. et nihil ad dictam interrogationem respōdit ꝙ relinqueret pro fabrica sed dū nominauit fabricam respondit ad aliam interrogationē qua dictus Maritus dixit ꝙ volebat ꝙ ita relinqueret: q̄ dissonātia non est in solo corticeverborū sed etiā respicit effectum circa

interpretationē mentis testatricis. nā esset longe maior coniectura mentis testatricis q verba illa ptulisset animo disponēdi i piā causam quādo ad simplicē interrogationē cui vis relinquere ipsa responderet dimidiā pro fabrica dimidiam tibi. tunc enim relictuz pro fabrica non haberet coniecturari q esset factum animo blandiendi z complacendi ipsi interroganti: sed nō ita si contingit ꝓut deponit marianus: qꝛ interrogata a marito cui vis relinquere rñdit tutto ad voi z marito instante non voglio cosi ma voglio che tu lassi lamita a lopera zc. z ipsa respondit si e son ꝯtenta che la mita del mio sia per lopera. nam ex hac depositione est magna suspitio q illa dixerit illa verba ad complacēdum marito. solent eniz infirmi respondere interrogantibus annuēdo eoꝝ postulationibus. ꝓut not. Jo. an. post Albertum papiensem in addi. Spe. in titulo de testa. §. j. versi. quid si is qui infirmi mortis cogitatione turbati solent de facili applaudere omnibus z omnibus de quibus interrogantur respondere q sic. Et propterea dicit Paul. de cast. in. l. iubemus. C. de test. q si quis a non adhibito per eum ad illum actum interrogatur an velit facere talem heredem z ipse respondet quod sic. tunc videtur quedā suggestio z non videṫ voluntas testatoris. ideo non valet ꝑm eum ibi qui dicit ita se cōsuluisse aretij. z opi. gl. ibi z sequacium intelligit quādo interrogatur a notario vel ab alio ad id adhibito z in nō adhibito testatore procedat opi. Alber. papien. relati. vbi supra p Jo. an. z idē dñs Anto. in. c. cū tibi. de test. et hec coniectura iuuatur in casu nostro pluribꝰ verisimilibꝰ. ꝑmo qꝛ dicta pandulfina infirma peste. nam tali morbo grauati de facili ab omnibus deseruntur. ideo poterat ꝓbabiliter dubitare ne si nō cōplaceret in cūctis suo marito illam deseret. z maxime attento q prout presupponitur ipse maritus solitus erat eam etiam in sanitate male tractare. ex quo suspitio ꝓbabiliter augeri debebat. tertio quia excitata a somno subito interrogata respondit prout ex depositionibus testiū apparere potest. A somno autē excitati nō sunt omnino ita mentis compotes prout alʼs vt docet experientia rerū magistra. c. q sit. in prin. de elec. lib. vj. ideo maior suspitio sug-
6 gestionis augeṫ. † quarto qꝛ nō fuit simplex interrogatio sed quasi quoddā preceptum dicēdo io voglio che tu lasse zc. verbum em̄ volo inducit mandatum. l. j. ff. manda. quinto qꝛ alʼs ipse maritus adhibito notario z testibus eam instigauit q vellet relinquere partem bonoꝝ suoꝝ dicte ecclesie sancte Marie zc. z residuum sibi et ipsa nunq rñdidit lꝫ ipse pluries diceret di che si: ex quibꝰ dephendit maxima suggestio seu cognatꝰ suggestiōis ex pte mariti: adeo q potest cōiecturari qua suggestione ipsam miserā taz acerbo morbo laborantem ipsam alʼs molestabat: ita vt de se facili inuita ānueret: ex quibus omnibꝰ videṫ cōcludendū pro hac parte. s. q dicta vltima voluntas non valeat in aliquo attentis predictis: z attēto q etiā vbi iura multū fauent vltime volūtati z nullā solēnitatem requirunt dūmodo de voluntate constet vt in milite. l. j. cū si. ff. de mi. te. non sufficiunt verba a milite prolata ego relinquo bona mea titio qꝛ suspicaṫ iurisꝯsultor ne id dicat aīmo blandiendi: iō vt dicta verba vel similia validā reddant dispōnem exigitur rogitus testiū nō pro solēnitate que nō requiriṫ sed ad demonstrandū verba prolata aīo vere disponendi iste est tex. no. in. l. diuus. ff. de mi. test. Et attento etiā q non dicunt iura simplr q sufficiāt duo testes sed q sufficiūt duo vel tres. d. c. relatū. z. c. in omni. de testi. cū concor. z illa vba vʼ trium non debent esse posita sine virtute aliquid operādi. arg. l. si qñ. de leg. j. z. c. si papa. de priui. li. vj. sed vt denotet q non semper sufficiāt duo testes: sed quādoq requirant tres testes puta qñ non sunt oino integri sed laborāt aliquo morbo lꝫ non mortifero ꝑ est non reddente eos vel alterū inhabilē ad deponendū z talē in casu isto allegata contra. s. dictos testes si eos nō repellit in totū saltem repellat eos adeo quod non sufficiant duo dūtaxat p ꝓdicta.
7 † Dato aūt sine preiudicio q dicta vltima voluntas valeat pro dimidia relicta pro fabrica nō ꝓpterea debet in fabricā totum distribui sed pro pte que dr̄ relicta dicto Uenantio remaneat apud heredē ab intestato qm̄ cessat hoc casu ius accrescēdi cū non ꝓbetur aliqua coniūctio inter fabricā z ipsum Uenātiū nisi per vnū testē z dictū vnius dictū nullius. l. iurisiurandi. C. de testi. cum multis si. nec ob. si dicatur ex relicto facto de quota bonoꝝ resultat institutio qꝛ respōdeṫ primo q de hoc est controuersia inter doc. vt habeṫ in. l. his verbis. de here. insti. qꝛ rñdeṫ q non est factū relictū ecclesie sancte marie que representatur per rectorem sed relinquitur pro fabrica: fabrica autē nō est persona vera vel representata que possit adire hereditatem cum aditio requirat aīum. l. pro herede. de acquir. hereditate. z. l. auia. C. de iure deli. ideo censeatur legatum vel fideicōmissum non institutio. z maxime qꝛ vnus testis non deponit qd relinquat fabrice: sed pro fabrica que verba verificātur si hꝛs astringitur ad dispensandum ipsa bona pro fabrica insuper tenent bal. Saly. z Pau. de ca. in. l. senium. C. qui testamenta facere possunt q si in testamento minus solēni relinquitur ad pias causas coniunctim cum altero ita quod relictum pro parte profana non tenet nō accrescit pie cause ne multiplicetur inconueniens arg. l. si mulieri z
1 Jesu christi. ¶ † In hac cōsultatione non sequēdo ordinē quesitorū differentium duxi quis foueat potiora iura in dicto castro an vcȝ cōitas dicte ciuitatis an alij primi donatarij et premitto ad euidentiā ꝙ cōitas prout ex themate ꝛ quesitis deprehenditur vr plurimū niti ad impugnationē primarū donationū ex cōuentione que inter ipsos nobiles domicellos emanauerat de nō alienādo extra ipsos ꝛ ꝙ si alienatio fieret esset ipo iure nulla ꝛ deuolueretur ad nō alienātē cuius cōuentionis formā nō reperio inter scripturas trāsmissas que fuisset necessaria ad dignoscēdum
2 an vigore dicte cōuentionis prime donationes veniāt vitāde. † Est em̄ animaduertendū ꝙ regulariter cōuentio de nō alienando: ꝛ sic prohibitio de nō alienādo nō reddit inefficacē alienationē postea secutā.l.ea lege.C.de cōdi.ob causam.ꝛ ibi glo.Bar.Bal.ꝛ ceteri. et in.l.si ita qs.§.ea lege.de vbo.obli.ꝛ ibi etiā p doc.ꝛ p glo.in.l.fi. C.de rebus alie.nō alie.ꝛ p Inno.in.c.raynutius.in glo.pactū em̄ extra de testa.sed lȝ hoc sit regulariter verū ꝛ indubitatū: tñ dicta regula fallit qñ si alienaret̄ fieret pactū ꝙ retrāsferret̄ dominium in aliū cui fit pactū de nō alienādo ꝛ insup apponeretur cōstitutio precarij: nam tunc ante perfectā alienationē trāsfert̄ dominium in paciscentē: ita ꝙ alienās nō pōt dominiū qđ nō hȝ in aliū trāsferre qꝛ nemo dat qđ nō hȝ.l.traditio.de acqui.re.do.ꝛ.l.nemo plus iuris.de reg.iur.cū si.prout hāc cautelam tradit Bar.in.l.qui absenti.§.j.ff.de acqui.re.do.dicens eā procedere si dicat̄ si alienabis: secus si alienaueris allegat pro dicta cautela.l.quidā testō.de fideicō. libe.ꝛ idem voluit ibi Imo.qđ ꝛ voluit Odof.in.d.l.ea lege.vt refert ꝛ sequit̄ ibi Ange.qđ ꝛ tenet ibi Bal.dicēs doc.idē ibi velle: si itaqꝫ in dicto instr̄o fuit clausula precarij ꝛ pactū ꝙ retransferat̄ in nō alienātes si alienarēt talis conuētio vitiasset alienationem factā per dictum dñm Gabrielē in extraneā personā ꝛ traslatio dominij fuisset facta in nō alienātes: finaūt talis cautela non fuit legitime adhibita. Potuit ex alio impediri dicta alienatio facta in dictā extraneā psonā si dicta bona fuerūt hypothecata. nā cōuentio de nō alienādo facta p eū qui sibi reseruauit ius in re que prohibet̄ alienari impedit alienationē q̄ postea fieret. iste est text. singularis in.l.si creditor.§.fi.ff.de distra.pignoris fm literā pisanā.ꝛ ibi bar. et Bal.qđ ꝛ voluerūt ipse Bar.ꝛ doc.in.l.q absenti.§.si quis possessionē.de acqui.pos.ꝛ Nic.de mat.ꝛ Bal.in.d.l.ea lege. si itaqꝫ in dicto instr̄o conuētionis de nō alienando dictū castrū fuit hypotecatum sitr ex hoc capite resultaret inefficacia alienationis p illū tex.sed circa hoc imminet dubitatio meo iudicio nō leuis an p̄stet tale impedimentū hypoteca generalis: nam in hypotheca speciali omnes cōcordāt circa qđ Imo.in.d.l.si ita quis.§.ea lege.col.iij. extra glo.versiculo primo casu cōcludit ꝙ nō dicēs cōprehēdi ex dictis Bar.in.d.l.qui absenti.§.si quis possessionē.in fi. itē qꝛ iste casus est exorbitās a regula que sumitur ex.d.§.ea lege.ꝛ ex.d.l.ea lege.ꝛ fm eum vr̄ loqui in hypoteca spāli: ergo nō extendat̄ ad aliū casum fm eū ꝛ sitr Bal.referendo Bar.loquitur quādo est actū qđ pro obseruantia pacti res ipsa specialiter est obligata. Sed aduertendū vr̄ ꝙ.d.l.si creditor.§.fi.non aperit qđ loquatur in hypoteca speciali: sed solum facit mētionē de hypoteca qđ verbum pōt verificari ꝛ in hypoteca generali ꝛ in hypotheca speciali cū vtraqꝫ ppriē loquēdo sit hypoteca.ꝛ ideo illa lex indefinite ꝛ sic generaliter loquendo generaliter intelligatur.l.j.§.ꝛ generaliter.de lega.prestā. l.de precio.de pub.cañ.si romanorū.xix.dist.cum si.ꝛ Bar.ꝛ Bald. ibi simpl'r dicunt ꝙ pactum de nō alienando interpositum per eū qui hȝ ius in re impedit alienationem.ꝛ ita.d.theoricam tradūt in d.l.ea lege.Nic.de mat.Bar.Bal.Ang.ꝛ Rapha.fulg. ꝛ nō restringunt se ad hypothecā: sȝ generaliter tradūt in habēte aliquod ius in re certa.idem ius hȝ in re habēs hypothecā generalē qđ hȝ habēs hypotecam specialem: ideo doc.prefati loquētes in habēte aliquod ius in re vidētur cōprehendere etiam habentem ius hypotece generalis accedat illa theorica qđ idē operatur generalis dispositio circa ea que comprehendūtur sub illo genere prout specialis dispositio probatur in.l.si duo.in fi.ff.de admi.tuto.in.l.omnes.C. de prescrip.xxx.vel.xl.annorum.Nec Bar.in.d.l.qui absenti.loquitur de speciali hypoteca: sed dicit remediū est qđ promittas mihi hanc rem specialiter non alienare: tunc si obligas mihi eam rē tūc impeditur alienatio: non autem dicit in mea lec.qđ requiratur specialis hypoteca: sed in hypoteca loquitur simpl'r: sed circa promissionem ne alienaretur loquitur per verbū specialiter si mea lec.non est corrupta nec ipse nec Bal.eum referens dicunt ꝙ non sit idē in generali prohibitione alienationis vel in generali hypoteca ꝛ alia eorum dicta et aliorum inferūt ꝙ sit idem: ideo potius videtur ex eorum auctoritate dicendū ꝙ idē sit in iure causato ex generali hypoteca ꝙ in iure causato ex speciali hypoteca cū ipsi ꝛ alij tradant generalem theoricam ꝙ impeditur alienatio si paciscēs de nō alienando habet aliquod ius in re: nec dicunt ius causatū speciali prouisione vel generali ꝛ Rapha.fulg.dicit in.d.l.ea lege fecisse obseruari in diuisione facta inter eum ꝛ suos fratres: quia de consensu omniū fecit pacisci ne bona possessiones castra ꝛ iurisditiōes quas diuidebant alienarentur sub pena mille pro qua res ipsas obligauerunt ꝛc.profecto illa fuit potius generalis hypoteca q̄ specialis nam vnus fundus qui postea contingeret alienari posset dici specialiter obligatus ex quo sub vno generali verbo plura bona complectens extitit obligatus: licet non esset tanta generalitas quāta in obligatione omniū bonorum non aūt videtur maioris efficacie illa indefinita expressio que referebatur ad maiorem partem suorū bonorum q̄ vniuersalis expressio que ad omnia bona referatur: qꝛ licet sit magis generalis illa concepta per verba vniuersalia dicto casu concepta per verba indefinita: tamen versa vice est magis efficax expressio per vniuersalem q̄ per indefinitam.l.iulianus. de lega.iij.et qđ habetur in.l.si pluribus.de leg.ij.ꝛ in.c.vt circa.de elec. lib.vj.et licet aliqui se exemplificent in casu quo esset specialis hypoteca exempla non artant regulam.l.dāni infecti stipulatio competit.de dāno infec.et.l.j.§.qđ dicitur.de vi et vi arma.et.c.j. extra ne cleri.vel mona.quia tamen non vidi tenorem dicte conuentionis de non alienando non facio super hoc magnum fundamentū. Sed ex alio videtur ꝙ primi donatarij non foueant iustitiam ea ratione quia subditi de quorum preiudicio agi videtur non prestiterunt consensum: licet enim videatur ꝙ eorum consensus non sit necessarius: nam sue rei quilibet est moderator et arbiter.l.in re mandata.C.mandati.ꝛ.l.dudum.C.de contrahen.emp.vbi iniuriosum et inhonestum iudicatur artare dominū nepto suo volūtatis arbitrio rem suam vēdat seu alienet.et facit.l.nemo exterus.C.de iudeis.et.l.falso.C.de cōmunium rerum alie. cum itaqꝫ dñi donauerint ius eorum nō iura subditorum videtur ꝙ donatio predicta valuerit: licet subditi nō cōsentiant: et licet possit generari preiudiciū si forte habuerint duriorem ꝛ peiorem dominum: tamē etiā posset resultare cōmodum habendo leniorem ꝛ meliorem nouum dominum: ideo saltem si nouus dominus non reddat duriorem causam dictorum subditorum videtur ꝙ dictam dominij alienationē nequeant impugnare.ꝛ insupet dato sine preiudicio veritatis qđ ipsi subditi valeāt dictam donationem impugnare pro ipsorum interesse non videtur ꝙ ipsimet alienantes possent donationem impugnare nec habens ab eis causam cum regulariter quis nequeat venire contra factum suum etiam si non esset efficax.l.post mortem.ff.de adoptio.et.l.per fundum.ff.de serui.rusti.predi.et.C.de renu.pig. l.j.cum si.et si ipse alienans non potest venire contra non videtur ꝙ possit alteri illud ius veniendi contra concedere cuȝ nemo plus iuris in alium transferre possit q̄ ipse habeat.l.nemo plus iuris.ff. de regu.iur.et.l.traditio.de acqui.re.do.et.c.qđ autem.de iure patro.ꝛ qui in ius alterius succedit eo iure vti debet.l.qui in ius.ff.de regu.iur.ꝛ in.c.cum quis in ius.eo.ti.lib.vj.nec debet quis esse melioris cōditionis q̄ foret eius auctor.l.in his.§.non debeo.ff.eo.titu.ꝛ maxime si sunt successores ex causa lucratiua cuȝ exceptio que obstat cedenti obstat etiam cessionario saltem ex causa lucratiua.l. apud celsum.§.de auctoris.et.§.sed cum legitima.ff.de excep.doli. et ibi per Bar.et Ange.et per Dyn.in dicta regula cum qs in ius. et per Imo.late in.l.doli mali.ff.de nouatio.ideo prout ipsi domini Franciscus ꝛ Brachius non poterant venire contra eorum donationem et veniendo contra repellebantur exceptione: ita et dicta ciuitas eorum donataria non videtur qđ possit venire contra: et si contra venire velit repellatur per iam dicta. ¶ † Tamen in cō
3 trarium videtur veritas quoniam domini nō possunt alienare dominium qđ habent in aliquod castrum vel ciuitatem seu aliud oppidum nisi consentiant ipsi subditi seu vasalli prout vasalli appellantur in instrumento facto inter dictos domicellos dominos Franciscum et Brachium et homines dicti castri ex vna: ꝛ dictam cōmunitatem dicte ciuitatis ex altera: et etiam in donatione facta domino Gabrieli per dñm Baptistā.prout enim vasalli non possunt alteri se subijcere nec alios loco eoruȝ facere subditos dñorum.ita nec dñi pñt alios facere superiores ipsis subditis: vt probat text.in.c. imperialem.§.preterea ducatus.de prohibi.feud.alie.per Fede.x. col.ꝛ in.c.j.§.ex eadem lege.de lege corradi.eadem collatione.a pari enim in hmōi iudicātur domini ꝛ vasalli.c.j.in fi.de forma fideli.

et in.c.dñi committentis si de feudo fuerit controuer.⁊ hoc idẽ determinauit Azo in suis questionib' vt refert Cy.in.l.j.C.de noua. questione incipiente an dominus rex.idem post petrum sequens et eum etiam refert Jo.an.in addi.Spe.in ti.de feudis.§.quoniã. versiculo.xxx.⁊ dicit qd idem tenet Dyñ.in.l.ij.ff.so.ma.⁊ cum hoc videtur etiam transire ipse Jo.an.nisi immineat casus necessitatis ꝑm eum.et licet predicta iura loquantur in feudis ⁊ iura feudabilia in multis discrepant ab alijs iuribus:sunt enim cõiter iura consuetudinaria:vt patet ex prima rubrica.x.collationis.et in.c.j.de feudi cogni.⁊ ideo vbi iura.x.collationis allegam' dici solet in vsibus feudorum quasi ille liber cõtineat speciales vsus feudorum nõ iura cõia:tamẽ prefati trahũt etiã ad dominos habẽtes subditos:
4 puta reges ⁊ domini ciuitatũ.†Et non immerito quia ⁊ cõsuetudines ad casus similes extendũtur.l.de quibus.in fi.ff.de.ll.et insuper prohibitio ista nõ descendit ex iure cõsuetudinario populorũ: sed ex lege imperatorum.d.l.imperialem.§.preterea ducatus.⁊.d. §.ex eadem.l.de lege corradi.⁊ ad hoc dictum.§.preterea ducatus. adducit Joã.an.in.c.dilecti.de maio.⁊ obe.in verbo preiudicium. et illum text.d.c.preterea.adducit etiam ad dominos temporales Panor.in.d.c.dilecti.et etiam Jmo.post Joã.and. interest enim subditorum non mutare dominos prout dicit Jnno.in.c.auditis. de prescrip.in glo.illa iura.et bene prout dicit ibi Panormi. qui adducunt.d.§.preterea ducatus.⁊.d.§.ex eadem lege.⁊ sic iura que loquuntur in feudis trahunt doc.ad dominos castrorum vel aliorum vniuersitatum:ideo ipsi subditi possunt cõtradicere ⁊ resistere si dominus vult suum ius dominij ⁊ superioritatis transferre in alium prout dicunt Host.Jo.an.Jmo.⁊ Panor.in.d.c.dilecti.non ergo subijciuntur per alienationem dominij nisi ipsi consentiant:immo alienatio est nulla prout sumitur ex.d.§.preterea ducatus ⁊.d.§.ex eadem lege.et hoc idem firmat Bal.in.c.ij.quo tpe miles in vsibus feudorum per eadẽ iura que in feudis loquũtur:⁊ saltem nõ trãsfertur ius ex cõtractu cum ipsa alienatio nõ sit permissa:cũ itaqꝫ sit facta scḋa donatio dicte cõitati ciuitatis cũ cõsensu ipsorum subditorum ⁊ subditi velint esse subiecti dicte cõitati ⁊ nõ illi primo donatario infertur cõclusio qd dictum castrum spectat ad dictam communitatem ⁊ non ad primum donatarium non obstantibus addu
5 ctis in cõtrarium. ¶†Non enĩ ob.qd primo loco in cõtrariũ adducebatur.s.qd rei sue quilibet ⁊c.nam rñdetur ꝙ verum est nisi lege prohibeatur.d.l.dudum.in fi.prout cõtingit in casu isto per iura superius adducta ⁊ subest causa ne alteri preiudicium generet prout et multis casibus alienationes a proprijs dominis non possunt fieri de iuribus ipsorum diuersis rõnibus vt in fundo dotali predijs minorũ ⁊ predijs ecclesiarum res subiecte restitutioni ⁊ hmõi: vbi autem non subest ratio prohibendi aut lex non prohibet est iniuriosum ⁊ inhonestum impedire dñm vẽdere ⁊ alienare iura sua pro
6 libito voluntatis ita procedunt contraria.† Nec etiam obstat qd quis nõ potest venire ꝯtra factum suum:⁊ propterea si ipse qui donauit ageret fortasse repellet̃ dicta ratione ex quo actus nõ annullatur sui fauore:sed fauore subditorum ꝑm theoricam Bart.in d.l.post mortem.tamen venire potest cõtra dictus donatarius maxime quia nõ hꝫ mere causam ab eo:sed etiam ab eius subditis qui cõsenserunt ⁊ quorum cõsensu fuit validata donatio dominorum: preterea in cõtractibus ex quibus causatur ius in re ille est potior in quem prius ius in re transfertur:⁊ sic in cuius personam interueniunt ea ex quibus transferuntur iura realia:puta dominiũ: et ille potest venire cõtra alium:licet ille alter habeat priorem titulum: vt est tex.in.l.quotiens.C.de rei vendi.⁊.l.multum interest.in fine. C.si quis alteri vel sibi.cum itaqꝫ ex prima donatione non fuerit translatum ius in primum donatarium cum alienatio a iure vitietur ⁊ ex inutili cõtractu lege reprobato nõ transferatur dominiũ.l. non dubium.C.de legi.⁊.l.iubemus.§.fi.C.de sacrosanc.eccle.⁊ qd habetur per Bart.et doc.in.l.j.§.si vir vxori.ff.de acqui.pos. et per predicta probatur qd in huiusmodi terminis potest cessionarius vt ita dixerim iuris realis:puta dominij insurgere contra factũ sui auctoris licet habeat causam lucratiuam:⁊ sic non militat theorica que traditur in.d.l.apud celsum.§.auctoris.et.§§.sequentibus. ff. de excep.doli.et in similibus iuribus supra adductis scilicet ꝙ exceptio que obstat cedenti obstat cessionario ex causa lucratiua nec in his terminis donatarius vtitur iure cesso:immo nititur ex directo dominio causato ex contractu donationis et traditione.l.traditionibus.C.de pac.et.l.traditio.ff.de acqui. rerum do. et licet.d.§.de auctoris.et sequentes militent etiam in successore habẽte iura realia:tamen non militat in his terminis prout et patet ex notatis ibi per glo.in verbo exceptionem. in.§.si cum legitima. et maxime quia hic non interuenit aliquis dolus nec in prima nec in secunda donatione.item vniuersitas dicte ciuitatis non pretendit meram causam lucratiuam cum assumat in ipso cõtractu in se onus tuendi et defensandi ipsos donatores in vsufructu dominij ipsius castri et rerum donatarum.et insuper dicta communitas promisit impẽdere omnem fauorem ei possibilem pro recuperatione aliorũ castrorum dictorum donantium ad omnem eorum requisitionez qui oĩs fauor possibilis potuisset fortasse magnoperẽ estimari: omitto qd

asserunt se facere ob merita precedentia dicte ciuitatis.si enim merita equiualentia precedunt donationem donatio non cẽset̃ prestare causam lucratiuam nec dicitur proprie donatio.l.si pater.cũ sua glo.ff.de dona.et per doc.ibi.et in.l.modestinus.eo.ti.et in.l.si donatione.C.de colla.Jnsuper dicta theorica procedit in quẽto qui se defendit exceptione:nam prout exceptione tutus esset si egisset cedens ita ⁊ tutus est aduersus agentem ex iure cesso:sed si habens ius cessum cõuenitur nõ militat dicta theorica.l.an vitium.ff.de diuer.et temporalibus prescrip.prout et per illam.l.notat glo.in verbo noceat.in.l.ij.in princ.de excep.doli.quam sequitur Bar.ibi.et Ange.in.d.§.de auctoris in summario.⁊ maxime quia dicta exceptio qd auctor non potest venire contra factum suum cõpetit etiã secundo donatario:ideo in pari causa potior est cõditio possidẽtis vt in regula in pari.in.vj.et in.l.in pari.ff.eo.ti.cum multis simili. puto autem ꝙ dicta cõmunitas sit in possessione merito ⁊c.licet autem non esset in possessione:tamen idem dicendum esset per alias responsiones supra datas:remanet itaqꝫ cõclusio ꝙ dicta cõmunitas habet potiora iura in dicto castro vigore sue donationis: licet posterioris ꝙ͂ habeat primus donatarius ad eam pertinet dictum castrum:non autem ad dictum primum donatarium:maxime cuz ei subijci nolint homines dicti castri:sed volunt subijci dicte cõmu
7 nitati ciuitatis predicte.†Et per hec redditur respõsio ad prima tria quesita:nam predicta omnia militant etiam in donatione facta per alium sue filie illegitime cui donationi non prestiterunt cõsensum dicti subditi homines.s.dicti castri:⁊ tanto plus quia pater donare non potest filie illegitime.si tñ nata est ex dãnato coitu. §.si vero effusa.et.§.fi.in aut.qui.mo.na.effi.sui.vij.col.⁊ in.§.fi.in aut.quib.mod.na.effi.leg.vj.collatione.ex quibus sumitur aut.ex complexu.C.de incestis nup.nec potest obijci dicte communitati conuentio de non alienando in extraneos:nam illa cõuẽtio fuit facta ea cõtemplatione:vt remaneret de vno in alterum prout tũc primo inter eos conuenerat que ratio cessat cum ipsi vltimi alienauerint qui potuerunt illi conuentioni renunciare.l.si quis in conscribendo.C.de pac.cũ cõcor.⁊ cessante cã cessat effectus.c.cũ cessante.de appel.et.l.adigere.§.quãuis.ff.de iure patro.⁊.l. qd dictum. de pac.ad hoc.l.cum pater.§.libertis.de leg.ij.et facit.l.filiusfami.
8 §.diui.de lega.j.¶†Deueniendum mõ est ad quartum consultationis articulum circa quem premitto ꝙ licet in ipso quesito presupponatur ꝙ fiat mẽtio specifica de nemoribus ⁊ pascuis qd esset non mediocriter ponderandũ:tamẽ ꝑm copiam ad me delatã non reperio qd aliqua specifica mentio fiat de predictis:sed solum dicitur ꝙ donant totum dominium dicti castri belmontis ⁊ tenutam ipsius castri siue tenimentum positum in diocesi ⁊c.fines ⁊c. libera scapula et absoluta cum omnibus et singulis iuribus actionibus vsibus et requisitionibus et pertinentijs suis prefatis dominio et tenimento et cuilibet ipsorum aut ipsis donatoribus quomodocũqꝫ et qualitercũqꝫ competentibus et cõpetituris ad habendum tenendũ ⁊c.hec sunt verba formalia in quibus designantur ea que in donatione deducuntur. pro decisione itaqꝫ huius quarte ⁊ etiã sequentis quinte consultationis est in mediuz deducenda questio quam formant docto.s.an concesso castro censeantur concessa molendina que sunt in territorio dicti castri:et dictã questionẽ disputauit Jaco.but.disputando an translata ciuitate in dominium et iurisditionem alterius censeantur in consequentiam translata iura molendinorum ipsius ciuitatis in qua disputatione adducit rationes et iura hincinde que et quas seriose recitat Bal.in.c.j.de capi.qui curiam vendidit.ipse vero Jaco.but. concludit ꝙ censetur translata iurisditio non autẽ molendina:sed remanẽt apud ipsam ciuitatem tanꝙ͂ peculium ipsius ciuitatis ꝑm eum qd verum intelligit ipse Bal.si est concessa ciuitas:quia tunc non veniunt ea que sunt extra ciuitatem et sic nec ipsa molendina.arg.l.nam qd liquide.§.si ita legetur.ff.de penu lega.et.c.si ciuitas.de sententia excõ. idem si ipsa molendina non erant sub dominio cõcedentis sed ad ciuitatem pertinebant iure priuato accedat.l.sed et celsus.in prin. ibi non in pecunia communis iuncta gl.j.ff.de contrahenda emp. et qd de molendinis communis bononie dicit glo.in.l.inter publica.ff.de verbo.signi.sinautem sit mentio de ciuitate et pertinentijs et dominium molendinorum spectat ad concedentem tunc veniũt non solum iurisditiones sed etiam ipsa molendina in pertinẽtijs existentia ꝑm eum in.d.c.j.Ubi etiam querit si imperator cõcessit alicui castrum an censeatur concessisse etiam molendina que sunt in aqua ipsius castri:et decidit qd aut concessit solam iurisditionẽ et tunc non censetur concessisse molendina que sunt ipsius castri: adducit.d.l.sed et celsus.cum ibi notatis.aut concessit castrum cuz pertinentijs suis ad ipsum castrum spectantibus:et tunc censetur concessisse molendina accessorie nisi essent molendina priuatarum personarum.adducit in argumentum.l.si adoptauero.ff.de preca. et quod notatur in.d.l.inter publica.ex quibus potest audacter sumi decisio huius consultationis.s.qd ex quo dicti domini cum consensu hominum dicti castri donauerunt dicte vniuersitati ciuitatis omne dominium ipsius castri cum pertinentijs et tenimentis suis et omnia iura ad ipsum castrum et dictos dominos spectãtia et pertinentia

et pertinẽtia veniat in dicta donatiõe omnis iurisditio q̃ inerat di
cto castro ꝛ quã exercebãt dicti dñi cũ ꝑ̃supponat̃ qꝺ statutꝫ suis vi
uebãt ꝛ habebãt officiales qui iurisditionem exercebãt: ideo dicta
iurisditio censetur in totum trãslata in dictã cõmunitatẽ dicte ciui
tatis donatarie. prout supra dicit Bal. qꝺ concessa ciuitate censet̃
cõcessa iurisditio ꝛ pari ratiõe in castro qꝺ nõ est pars alicuius ci-
uitatis: illa enim castra que subsunt ciuitati ꝛ sunt de cõmitatu ip-
sius nõ habẽt iurisditionẽ. l. qui ex vico cũ ibi notatis. ff. ad muni-
ci. notat Inno. ꝛ docto. maxime Panoꝛ. in. c. ex literis de iure pa-
tro. Bal. in. d. c. j. de cap. qui cur. ven. ꝛ Bar. in cõsi. mihi. xiiij. scꝺm
ordinem qui habet̃ perusie nõ informis ꝙ incipit primo queritur
vtrũ iurisditio ꝛ Bart. in. l. omnes populi secũda col. ff. de iurisdi.
omniũ iudi. ꝛ hoc nisi ex cõsuetudine vel concessione ꝓut dicit pa-
noꝛ. post Inno. in. d. c. ex literis. ꝛ Bar. in. d. consi. xiiij. ꝛ videt̃ pre-
supponere prefati doct. ꝙ si nõ subsunt oĩno ciuitati ꝙ iurisditio
nẽ habeãt: lꝫ aũt quo ad aliqd subsint non propterea dicunt̃ pars
vel mẽbrum ciuitatis arg. l. scapham. ff. de euic. prout per illũ text.
dicit ibi Bal. qualitercũqꝫ autẽ sit ꝙ habuerit iurisditionẽ vel ip̃a
vniuersitas dicti castri vel dicti domini predicti donatores illa cẽ-
setur trãslata in dictam ciuitatẽ donotariã ex quo verba sunt vni-
uersalia qꝺ donant omnia iura prefato dominio ꝛ tenimẽto et ip-
sis dominis cõpetẽtia. ꝛ postea tenimẽtũ exponit. i. territoriũ: ter-
ritoriũ vero dicit̃ a terrẽdo qꝺ iurisditionẽ oñdit. l. pupillus. §. ter
ritoriũ. ff. de verbo. sig. Itẽ veniũt palatia domus nemora pascua
molẽdina si qua sunt ꝛ omnia alia q̃ tanq̃ domini castri ꝛ territorij
possidebãt: ista eñ veniũt sub illa vniuersitate donatiõis castri cuꝫ
tenimento territorio seu pertinẽtijs: vt ptꝫ ex dictis supra ƀm bal.
in. d. c. j. de capi. qui curiã vend. ꝛ faciũt notata per Innocẽ. ꝛ Pa
noꝛ. in. d. c. ex literis de iure patro. ꝛ ꝑ doct. in. l. in modicis. de con
trahẽ. empt. ꝛ ad dictos dños pertinebãt vt arbitroꝛ etiã alia q̃ so-
lent esse vniuersitatũ: vt teatra stadia ꝛ hmõi que lato sumpto voca
bulo dicunt̃ publica. §. vniuersitatis instituta de reruꝫ diui. ꝛ. l. j. in
fi. ff. eo. titu. ꝛ hoc etiã significãt vniuersalia ṽba dicte donationis
cuius ṽba sunt latissime interpretãda. c. cũ dilecti in fi. de dona. et
qui vniuersalibꝰ verbis vtit̃ nihil excludit. c. solite. de maio. ꝛ obe.
et. l. iulianus. de lega. iij. ꝛ. c. si romanoꝝ. xix. dist. cuꝫ itaqꝫ donaue-
rint totũ dñium ipsius castri ꝛ tenimẽtũ ipsius cũ omnibꝰ ꝛ singu-
lis iuribus vsibus ꝛ requisitionibꝰ ꝛ ꝑtinẽtijs suis ꝑ̃fato dñio et te-
nimẽto ꝛ cuilibet ipsoꝝ aut ipsis dñis donatoribꝰ quomodolibet
et qualitercũqꝫ cõpetẽtibus ꝛ cõpetituris oĩa que ad ipsospertine
bãt saltẽ ratione vniuersalis dñij dicti Castri veniunt in dicta do-
natiõe ꝛ feuda ex quibꝰ causat̃ prestatio operarũ ꝛ alioꝝ seruitioꝝ
et alia hmõi: cum itaqꝫ vtat̃ vniuersalibꝰ verbis circa iura ad ip̃os
dominos pertinẽtia. ꝛ circa iura ꝑtinẽtia ad ipsa tenimenta: ergo
9 nihil vidẽtur excludere per iura vulgaria. † Et maxime cũ gemina
uerint verba vniuersalia et vsi fuerint verbis vniuersalibus dupli
catis iuxta. l. balista. ꝛ que ibi habentur. ff. ad trebellia. ꝛ que habẽ-
tur in capl'o vt circa. de elec. lib. vj. ꝛ per Ange. in. l. si stichum. §. sti
pulatio. de verbo. obliga. ꝛ per Bal. in pace cõstantie in ṽbo casse-
tur ꝛ irritetur ꝛ multa q̃ possent adduci de virtute geminationis
actuũ seu verboꝝ ponderando etiã quod accessit cõsensus vniuer
sitatis hominum ipsius castri ꝛ qꝺ qui cõsentit alienationi rei sue
sibi ꝑ̃iudicat quo ad ipsa iura que habet in ip̃a re que alienatur. l. si
fundum per fideicõmissum. in princi. ff. de lega. j. ꝛ. l. codicillis. §. li-
bertis. de lega. ij. ꝛ. l. ij. C. de remi. pignoꝛa. ꝛ not. glo. in. l. aliud est
10 vendere aliud vendẽti consentire. in princi. ff. de regu. iu. ¶ † Nec
obst. qꝺ in generali concessione non veniũt feuda vt in dicto. c. j. de
capi. vendẽ. cur. ꝛ in. c. in generali. de controuer. inter dominũ ꝛ va
sal. qa respõdet̃ qꝺ predicta vera essent si simpliciter castrum cõces-
sisset prout in dicto capl'o. j. general'r cõcessit curiam: qꝛ non censet̃
concessisse feuda que in ea curia habet saltẽ. vbi non cõsentiunt va
salli: sed hec de consensu vasalloꝛum vendiderunt et castrum ꝛ vni-
uersaliter non dico generaliter seu indefinita omnia iura ꝛ per plu
ra verba vniuersalia et geminata: ideo etiam feuda veniunt virtu
te verboꝛuꝫ ꝛ quia cessat iuris prohibitio: ꝛ ꝑ hoc puto satis respõ
sum ad vltima quesita. Laus deo.

¶ Summariũ super consilio. cccxxij.

☞ Penam an incidãt hebrei poꝛtãtes pignoꝛa transactata. ꝛ re
caduta extra ciuitatem Stãtibꝰ capitulis qꝺ iudei nõ possint trãs-
poꝛtare pignoꝛa extra ciuitatẽ sub certa pena. ꝑ totum.
1 Pignus seu pignoꝛa quid sit ꝛ quomodo sumatur in iure.
Obligatio est quid incoꝛpoꝛeũ quod nõ clauditur loco.
2 Pignus an desinat esse postq̃ res pignoꝛata est effecta creditoꝛis
et quõ pignoꝛis appellatiõe nõ venit res q̃ desinit esse pignꝰ. nu. 8
3 Pignoꝛis appellatiõe an veniat subpignus: ꝛ statutũ loquẽs de-
pignoꝛe quõ intelligatur. vsqꝫ ad fi. consi.
4 Faciens aliquid sciente tertio: an tertius videatur ꝑmittere.
5 Pena tãtomagis dignus est qui peccat ꝛ quanto plus tẽpoꝛe ve-
nit contra legem.
6 Actus qui fieri ꝑtest ꝓprie ꝛ vere nõ ꝑmittitur fieri ip̃roprie.
Intelligatur verbum denotat veritatem.
7 Ut dictio multotiens denotat veritatẽ ꝛ nõ similitudinem.
Sicut quid impoꝛtet.
Tanq̃ dictio: an denotet improprietatẽ seu veritatẽ vl' silitudinẽ
9 Ciuitatis appellatione veniunt suburbia ꝛ alia que possunt ter-
minari muris eiusdẽ ciuitatis.
10 Pene conuẽtionales: an applicentur parti cõtrahẽti seu fisco.
Fiscus per quos censeatur repꝛesentari.

¶ Consilium. cccxxij.



IN nomĩe domini nostri
1 Jesu christi. ¶ † In presenti cõsultatione videt̃ ꝑ̇ma
facie dicẽdũ ꝙ dictis habreis non licuerit dictas res
pignoꝛatas extrahere de ciuitate camereni pro cuius
rei euidentia premittẽdũ est ꝙ in dictis capitulis pignoꝛa nõ po-
nunt̃ propꝛie prout in iure capiunt̃. s. ꝑ quadã obligatiõe qua res
ipse obligantur seu onerant̃ ꝓut ptꝫ instituta de act. §. inter pignꝰ
et. l. obligatione generali. ꝛ. l. ea q̃ nonduꝫ. §. q res. ꝛ. l. si fundus. §.
aliena res. ꝛ. l. creditoꝛ. de pig. cũ infinitis silibus. Sed pignoꝛa su-
muntur pro ipsis rebus datis in pignus prout ptꝫ euidẽter ex te-
noꝛe ipsoꝝ capituloꝝ quasi per tota ipsa capitula: ꝛ maxime dũ ꝺꝛ
ꝙ liceat hebꝛeis pignoꝛa vẽdere: nõ eñ vendit̃ illa obligatio q̃ res
onerat̃: sed vendit̃ res data in pignus. itẽ dũ ꝺꝛ ꝙ non liceat ip̃a pi
gnoꝛa poꝛtare extra ciuitatem camereni ꝑfecto capit̃ tunc pro re-
bus subpignoꝛatis: obligatio eñ est qd incoꝛpoꝛeũ ꝙ nõ claudit̃
loco. l. fideicõmissum. §. tractatum. ff. de indi. non antẽ poꝛtatur ex
tra ciuitatem obligatio: sed poꝛtantur ip̃e res obligate: vt est de se
2 notissimum. † Itẽ est ꝑ̃mittendũ ꝙ lꝫ postq̃ res est facta credito-
ris non sit amplius pignus: qꝛ res mea non põt esse mihi obligata
pignoꝛi. l. neqꝫ pignus. ꝛ. l. si rẽ alienam. ff. de pigno. acti. ꝛ ideo pi
gnoꝛa tradita dictis Hebꝛeis non sint amplius pignoꝛa postq̃ de
fierũt esse pignoꝛãtiũ ꝛ sunt trãsactata: vt vtar vocabulo dictoꝝ ca
pituloꝛũ hoc est postq̃ inciderũt in cõmissum ꝛ trãsierũt in dñium
ipsoꝝ hebꝛeoꝛũ prout mihi exponitur verbũ illud trãsactata et sa
tis sumitur ex alijs verbis dictoꝝ capituloꝝ. tamẽ in dictis capitu
lis verbũ pignoꝛa sumit̃ etiã postq̃ pignoꝛa sunt trãsactata. et sic
postq̃ sunt facta ipsoꝝ hebꝛeoꝝ ꝓut euidẽter sumit̃ ex illa ꝑte capi
tuloꝝ dũ cõtinet̃ ꝙ elapsis. xv. mensibus ipsa pignoꝛa cẽseant̃ trãs-
actata ꝛ intelligant̃ vt res ipsoꝛum hebꝛeoꝛum ꝛ subditur ꝙ dictis
hebꝛeis liceat dicta pignoꝛa vendere ad eoꝛum libitum ꝛ volunta-
tem: ꝛ per consequẽs appellantur pignoꝛa postq̃ dictis hebꝛeis. lꝫ
3 vẽdere ad eoꝝ libitũ volũtatis. ¶ † His ꝑ̃suppositis vr̃ necessario
inferri ꝙ ex quo ipsis hebꝛeis est inhibitũ ex eoꝛũ cõuentiõe ꝙ nõ
possint dicta bona pignoꝛata extrahere extra ciuitateꝫ camereni
sub pena in ipsis capitulis cõuẽta ꝛ pignoꝛa appellant̃ etiã postq̃
fuerint trãsactata. vt capituloꝝ vocabulo vtar nõ licuerit dictis he
bꝛeis nec liceat dcã bona eis subpignoꝛata poꝛtare etiam post. xv.
mẽses extra ciuitatẽ camereni ex ꝓ̃cedentibꝰ. n. sequẽtia declarant̃
l. si seruus pluriũ. §. fi. ff. de leg. j. ꝛ. l. hr̃des palã. §. sed si notã. ff. de te
sta. ꝙ ꝛ iuuat̃ qꝛ nõ vr̃ ꝙ dicta pignoꝛa desierint esse pignoꝛa post
xv. mẽses etiã seruatis ꝑ hebꝛeos seruãdis: qꝛ nõ sequit̃. lꝫ eis vẽde-
re pro eoꝛũ libito voluntatis: ergo sunt dñi: nam ꝛ res aliena vẽdi
põt. l. si rem alienã. de cõtrahen. emp. ꝛ licite de volũtate dñi vel au
ctoꝛitate legis. de distra. pig. ff. ꝛ. C. quasi per totũ. l. si cõuenerit. ff.
de pig. acti. ꝛ. C. de pigno. ac. l. pignoꝛis in fi. ꝛ in titulo de bonis au
to. iu. pos. ff. ꝛ. C. quasi per totos. ꝛ. l. si locus. §. fi. ff. quẽadmodũ ser
ui. amit. item non dicũt ṽba capituloꝝ ꝙ ipsa pignoꝛa sint res ip-
soꝝ hebꝛeoꝛũ: sed intelligant̃ esse: vt res ipsoꝝ hebꝛeoꝝ illa dictio:
vt denotare videt̃ similitudinẽ. c. cõsultatiõi in fi. ꝛ. c. laudabileꝫ ex
tra. de frig. ꝛ malefi. nullũ aũt simile est idẽ. l. ꝙ nerua. ꝛ ꝙ ibi habet̃
ff. depositi. coadiuuant̃: qꝛ verbũ intelligat̃ solet denotare ip̃roprie
tatẽ nõ rei veritatẽ in. l. liber hõ el secũdo in fi. ꝑ̇ncipij. ff. de ver. ob.
in. l. qm̃ de infa. in. l. pr̃. ff. de capt. in cle. q̃uis rigoꝛ. §. sil'r. de app. in
l. vnic. in ꝑ̇n. C. de rei vxo. act. cũ multꝫ si. Cõfirmant̃ ꝑ̃missa qꝛ si dcã
ṽba ip̃oꝛtarẽt ꝙ efficerent̃ ip̃oꝝ hebꝛeoꝝ frustra fuissent addita il-
la ṽba ꝛ liceat vẽdere ꝛc. qꝛ qlibet est sue rei moderatoꝛ ꝛ arbiter. l.
in re mãdata. C. mãdati. iꝺ cuilibet lꝫ vẽdere rẽ suã cui vult ꝛ ꝓut si
bi libet ad idẽ. l. dudũ. C. de cõtrah. emp. iꝺ ne dicta ṽba sint super-
flua: sꝫ aliqd operent̃ vt decet intelligãtur durare ip̃a pignoꝛa ꝛ nõ
trãsire sub dñio ipsoꝝ hebꝛeoꝝ. ꝛ qꝛ ꝑ hoc videbat̃ ꝙ nõ possint vẽ-
4 dere pro libito volũtatis: ideo subdant̃ illa ṽba ꝛ liceat ꝛc. † Nec vi
det̃ obstare ꝙ dicti hebꝛei soliti sunt poꝛtare dicta pignoꝛa scienti-
bus illustribꝰ dñis de varano: qꝛ lꝫ scirent nõ ꝓpterea ꝑmiserũt. nã
q tacet nõ ꝓpterea cõsentit: vt in. c. is q tacet. de re. iur. in. vj. ꝛ in. l.
qui tacet. ff. eo. ti. ꝛ in. l. sicut. §. nõ vr̃. ff. quibꝰ mo. pig. vel hypo. sol.
5 † ꝛ quanto tp̃e plus qs venit ꝯtra legem. ꝛ sic peccat tãtomagis di
gnus est pena ar. c. cũ tãto. de cõsue. c. cũ haberet de eo q duxit ĩ ma
trimoniũ quã polluit ꝑ adul. ꝛ. c. cũ in ecclesia. ꝛ. c. nõ satis de symo.
ideo lꝫ lõgissimo tp̃e soliti sint extrahere dicta pignoꝛa de camere-
no nõ ꝓpterea vñr excusandi: nec vñr cadere termini. l. cũ de in rem
verso. ꝛ siles. ff. de vsur. qꝛ ibi is de cuiꝰ ꝑ̃iudicio agit̃ aliqd fecit reci
piẽdo puta vsuras vel censuꝫ vel qd simile at hic secus nec videt̃ re
fragare ꝙ ꝑmittat̃ vendere ad libitũ ꝛ voluntatẽ: qꝛ dicta generali
tas restrigi ꝺꝫ dũmodo nõ extrahãt extra ciuitatẽ camereni: qꝛ nõ

inconuenit ꝙ generalitas precedẽs restringat̃ ꝑ specialẽ prouisio-nẽ subsecutã cũ generi per speciẽ derogetur:vt in regula generi in.vj. cũ concor.⁊ maxime qꝛ vẽditio põt vbiqꝫ fieri ⁊ nõ ꝓhibet̃:ſꝫ porta tio est inhibita remanere itaqꝫ ex his videt̃ aperta ⁊ clara cõclusio ꝙ dictis hebreis nõ licuit nec liceat in futurum dictas res pignora tas portare extra ciuitatẽ camerenẽ ⁊ portãtes inciderint in penã conuentionalem. ¶ His tamẽ minime refragãtibus cõtrariã sen tentiã arbitrori iuri magis cõsentaneã:nam premittendũ est ꝙ ex forma dictorum capitulorũ res pignorate efficiũtur ipsorum Hebreorum elapsis dictis.xv.mẽsibus ⁊ factis bãnimentis requisitis ex forma dictorũ capitulorũ.ex quo enim ex forma dictorũ capitu lorũ que sunt inita ⁊ cõfirmata per habẽtes potestatem legis cõdẽ de prout ⁊ ꝑsupponẽdũ est alias dicta capitula non valerent in pre iudiciũ priuatarũ personarũ.⁊ tamẽ presupponit̃ ꝙ valeãt ⁊ conse quẽter habẽt vim legis:nã cõtractus celebrati per habentes pote statẽ legis cõdẽde constituũt legẽ ⁊ pro lege seruant̃.l.cesar.ff.de pu bli.⁊.l.antepenultima.C.de don.inter virũ ⁊ vxorẽ cõstat aũt quod legis auctoritas põt facere de meo tuũ ⁊ quotidie ita facit:vt ꝓbat̃

6 infinitis:vt ita dixerim iurib⁹. ¶ †Itẽ pmittendũ est ꝙ quando actus fieri potest vere ⁊ ꝓprie nõ fit improprie ⁊ sic ficte.l.in rebus in fi.⁊ ibi Bal.C.de iure dot.⁊ not.Bar.in.l.si is qui pro emptore. ff.de vsuc.itẽ ⁊ tertio premittendũ duxi ꝙ dictio intelligat̃ solet de notare veritatẽ.l.qui solidũ.in prin.de leg.ij.in.l.si tibi homo.§.cũ seruus.de lega.j.in.l.clã possidere.§.qui ad nundinas.de acq.pos. in.l.cũ eni.de noua.⁊ in.l.cõmunis seruus.in prin.ff.de acq.here.et insti.de rerũ diui.§.naturalẽ.⁊.§.illud cũ plurib⁹.§§.eiusdẽ tituli

7 siſr †Et dictio vt nõnũꝗ veritatẽ ⁊ non similitudinẽ significat:vt not.Bal.in.l.cũ alijs in fi.C.de secũdis nup.prout dictio sicut tex. de snia excõ.c.nulli.⁊.c.sequenti.⁊ ibi notatur per Jo.an.extra de snia excõ.⁊.c.si vero.ij.eo.ti.⁊ de appel.peruenit.⁊ de cõiung.suo. c.ij.put ⁊ in simili dictio tãꝗ cle.j.in fi.de vsur.⁊ ibi Pan.de lea. tex.in.c.solite de maio.⁊ obe.tex.⁊ doc.in cle.j.§.porro ad finem de summa tri.tex.in.c.si post prestitum.de cõfes.lib.vj.⁊ ibi Domini. et per glo.in.c.cũ proinde de snia excõ.tex.in.§.finautem hec ob seruata non fuerint in autẽ.vt cũ.dẽ appel.cognoscitur iuncta cõ muni opi.doc.ad intelligentiã illius tex.ad idem tex.in.c.ad trãs lationem.de offi.leg.⁊ in.c.licet eodem titulo iuncto cõmuni sum-

8 mario.†Cum ita premittatur ꝙ pignora sint transactata ꝑscõm vulgare loci significat ꝙ sint deperdita ⁊ postea subdatur ꝙ nõ te neant̃ hebrei amplius reddere primis dñis q subpignorarũt ⁊ sub dat̃ ꝙ possint vendere ad eorũ libitũ ⁊ voluntatẽ.⁊ sic ꝙ possint vẽ dere ⁊ retinere prout voluerint ⁊ sic disponit̃ ꝙ se habeãt circa eas res put se hñt alij veri dñi.⁊ sic dicta lex municipalis concedit ipsis hebreis ꝙ disponere possint de dictis bonis put alij dñi disponũt de reb⁹ in quib⁹ dñiũ hñt ⁊ pmis dñis adimit facultatẽ ipsa bona recuperãdi ⁊ oẽm spẽ:iõ lex ipsa censet̃ dicta bona pignorata trãs ferre in dñio ipsor hebreor ⁊ priuare pmos dños facit.l.habebat. et ꝙ ibi per gl.⁊ Bar.de leg.iij.⁊ ꝑ cõsequẽs ipsa bona nõ sint am plius pignorata ex quo nemo hr̃e põt in pign⁹ rẽ suã per.d.l.neqꝫ pignus.⁊.d.l.si res aliena.⁊ iõ non possint dici pignorata ⁊ ꝓpter ea dũ pro pte cõitatis paciscitur ꝙ nõ liceat hebreis dicta pignora portare extra ciuitatẽ sub pena dicta vba nõ debẽt verificari i his que nõ sunt ampli⁹ pignora cũ verba debeãt ꝓprie intelligi ꝙ pñt l.nõ alr.de leg.iij.⁊.l.j.§.is qui nauẽ.de exerci.cũ si.⁊ maxime i pe nalibus:vt pene sint moliẽde put decet.l.si pses.⁊.l.interpretatiõe de penis regula in penis in.vj.⁊.c.statutũ.de ele.lib.vj.⁊ insup im putãdum est cõitati ⁊ eam representantibus quare nõ apertius le gẽ dixerunt.l.veteribus ff.de pac.iõ verba sunt ꝯtra cõitatẽ inter pretãda.d.l.veterib⁹.⁊.l.quicquid astringẽde.de ver.ob.⁊.l.labeo ff.de cõtrah.emp.Et insuper dicta vba dicte penalis cõnetionis sunt indefinita nõ vniuersalia ⁊ indefinita nõ cõprehẽdit oĩa ex ꝓ pria vi verborũ:ſꝫ ex humanitate ꝓbat tex.in.l.si seruitus.ff.de ser ui.vrb.pred.⁊ ita per illũ tex.notãt Bar.⁊ doc.post eũ in.l.si pluri bus.de leg.ij.sed nulla humanitas vr̃ esse ꝙ dicta cõuẽtio penalis amplieẽ imo humanitas ⁊ benignitas est ꝙ pena euitet̃.ar.d.regu le in penis benignior interpretatio est amplectẽda in.vj.ergo dcã indefinita nõ equipolleat vniuersali:ſꝫ intelligat̃ i proprijs pigno rib⁹.⁊ sic in reb⁹ pignoratis durãte obligatiõe pignoris:attẽto ẽt ꝙ indefinita nõ eqpollet vl̃i qñ nõ est eadẽ rõ ⁊ cõditio oĩn cõpre hensor sub vniuersali put est gl.⁊ doc.in.c.vt circa.de ele.li.vj.pe. de bella.Bar.⁊ doc.in.d.l.si plurib⁹.de le.ij.Dy.in rubri.de re.iur. lib.vj.sed in casu nr̃o non est eadẽ rõ ⁊ cõditio oĩm deductor sub il la indefinita dicta pignora:nã alia est rõ in pignorib⁹ q̃ nõ sũt trãs actata sed soluto debito sunt reddenda pignoratib⁹ ⁊ sunt ipsorũ debitorũ:nã de illis non hñt disponere hebrei creditores ꝓ libito volũtatis:nam illa debẽt retinere hebrei creditores pro sua caute la in ciuitate camereni:vt sit magis facile debitorib⁹ ipsa pignora reluendi ꝙ si extra ciuitatem camereni essent transportata:ita qõ interest debitorũ ꝙ bona ipsa non extrahantur de ciuitate et non agitur de cõsiderabili interesse hebreor si ad alia loca nequeũt ipsa pignora trãsportare:alia vero est rõ in reb⁹ pignoratis q̃ non per tinẽt ampli⁹ ad primos dños;qꝛ eis nõ sunt reddẽde:ſꝫ pertinent ad ipsos hebreos pro eorũ creditis:nã tunc nõ interest ipsor ante

9 riorũ dominorum ꝙ dicta bona non portẽtur extra ciuitatẽ.†In terest autem ipsorum hebreorum qõ illa possint deferre quo volue rint ⁊ causa vendẽdi ⁊ causa vsus:quid eñ si esset vnus anulus quẽ ipsi vel eorum mulieres vellent portare in digito vel zona vl̃ vestes et huiusmodi quibus vellent vti iniquum et durum esset quod nõ possent secum portare quo vellent incidere et si dicatur interest rei publice: vt bona ipsa vendant̃ in ciuitate:vt habeantur in melio ri foro ꝓfecto aliquale interesse versatur sed leue:et maxime quod non portentur extra ciuitatem etiam in comitatum:nam appella tione ciuitatis dum habetur respectus ad locum murorum ambi tu videtur terminari.c.si ciuitas de sententia excom.lib.vj.⁊.l.scda primo responso.⁊.l.vt alfenus primo responso.de verborũ signifi. vel saltem suburbijs ⁊ continentibus edificijs terminantur:vt di ctis iuribus.et.l.qui continentibus.eo.titu.et per docto.in dictis iuribus maxime in dicto capl̃o si ciuitas.⁊ per Barto.in consilio mihi.xxix.incipiẽ.in ciuitate camereni.et insuper possunt nõ por tari extra ciuitatem.⁊ tamen non vendi.ex his itaqꝫ clare deduci tur quod nõ est eadem ratio in omnibus rebus datis in pign⁹:sed diuersa in rebus que sunt transactate et in alijs.item non est eadẽ conditio omnium ipsorum pignorum quedã sunt trãsactata que dam non ⁊ in hoc plurimum variatur conditio vt ex premissis cla re constat:ideo dicta indefinita non comprehendat omnia maxi me ad ampliandum dispositionem penalem que est restringenda per iura vulgaria plura itaqꝫ iuuant predictam interpretionem. Et insuper confirmatur ex obseruantia postea secuta:nam ex quo dicti hebrei a dicto tẽpore.⁊ citra continuo soliti sunt portare di cta pignora extra ciuitatem pro eorũ libito voluntatis ⁊ nunꝗ ea occasione aliquam molestiã passi sunt est verisimile ꝙ ipsi ita intel lexerint verba dicte ꝯuentionis cũ ex postea gestis prius gesta in terpretẽtur vt in.c.cũ per bellicam.⁊.xxxj.q.j.requisisti.⁊.xxij.q.ij. cañ.ꝙ ait.⁊ notatur in.c.scribã.de presum.⁊ maxime attenta quali tate personarum:nam hebrei solẽt esse multum timidi ⁊ summope re cauere ne talia cõmittãt ex quibus superiores possint eos puni re:maxime circa obseruãtiam capitulorũ que faciunt circa huius modi cũ cõmunitatibus vel dominis locorũ:nã solẽt facilius penis pecuniarijs affici ꝙ christiani:⁊ ideo sunt magis cauti in non pua ricando:adeo ꝙ non est verisimile ꝙ si conuentum fuisset de nõ ex trahendo res pignoratas etiam elapsis.xv.mensibus dicti hebrei ita possint tãto tẽpore ipsas res extraxisse nec est verisimile ꝙ tan to tempore extraxerint ⁊ non innotuisset municipibus qui nego tia ciuitatis administrãt ex quo ꝑsupponitur qõ illustribus domi nis ipsius ciuitatis innotuit ⁊ sic innotuit eis ad quos ꝑtinebat cura exigende dicte pene:nam dicte pene aut ad dominos ciuita

10 tis applicabantur aut ad ipsam cõmunitatem que cõtraxit.†Cũ pene conuentionales contrahentibus applicẽtur.l.si quis maior. C.de transac.ipsi enim contrahẽtes sibi ⁊ non alijs censentur paci sci cũ non subintelligatur in contractibus extrinseca ꝑsona.l.si ita stipulatus.§.grisogonus.de verbo.ob.⁊ pene legales fisco applicẽ tur cõmuniter:vt habetur in.l.agraria de termino moto fiscũ au tem vt aiunt in dicta ciuitate representãt dicti illustres domini de varano ciuitas autem representatur per municipes qui negotia ci uitatis administrant.l.municipibus.ff.de conditio.⁊ demonstra.⁊ l.municipes.ff.ad munici.et.l.ij.de acquiren.possess.cum sua glo.et quod habetur in.l.aliud.§.refertur.ff.de regulis iuris vnde est ve risimile quod si fuisset prohibitum dictis Hebreis ⁊ penale extra here dicta pignora etiam post lapsum.xv.mensium ipsi hebrei non extraxissent ⁊ si extraxissent fuissent aliqñ puniti.⁊ saltẽ molesti in interpretandis autem contractibus et ceteris que sunt ambigua plurimum attenditur id quod est verisimile et quod solet fieri.l.in obscuris inspici.ff.de regulis iur.⁊ in.c.inspicitur in obscuris.eo.ti tu.li.vj.negari aũt non põt quin saltẽ sit obscurũ an sint prohibita extrahi pignora transactata:an vero demum antequam sint reca duta:ideo dicta interpretatio adhibeatur tanquam magis verisi milis ex his que postea secuta sunt per iam dictã cõsuetudo post ea secuta interpretat̃ statutum ꝙ alias alter interpretaret̃:vt est ex pressum in.c.cũ dilectus extra.de cõsue.⁊ si fuissent tot actus et ta les qui verisĩr venissent in notitiam populi prout est verisimile at tenta diuturnitate tanti temporis ⁊ attento ꝙ verisimiliter dicti hebrei palam ⁊ non secrete dicta pignora transactata ⁊ recaduta transportarunt.

Laus deo.

¶ Summariũ super consilio.cccxxiij.

1 ¶ Datio in solutũ facta contra forensem cõtumacẽ ex forma sta tuti si nõ fuit forensis legitime citatus an valeat.vsqꝫ ad nu.4. Consilia an possint ꝑ doctores fieri:⁊ dari in decisiuis sine iuriũ ⁊ rationum allegationibus.

2 Rescriptũ seu simplex signatura interꝑtat̃ scdm postulata.⁊ inde x virtute dicti rescripti seu signature in quib⁹ videat̃ delegatus. Probari debet qualitas rei per eum qui se fundat in ea etiam si sit in iure exorbitanti.

Citatio

3 Citatio vt valeat continere actus seu fines rei propter quam fit an debeat vbi citatur forensis.
Forensis an habeatur pro subdito ex quo ratione contractus sorti tur forum.
4 Appellationis seu nullitatis causa an dicatur deserta vigore statu ti de quo.j.isto.nu.
5 Nullitas pōt incidenter deduci in causa appellationis.

Consilium.cccxxiij.



In nomine domini nostri
1 Jesu christi. †Animaduertens ad theoricā Spe. qui fuit summus practicus qui in titulo de consiliū re quisitione versic.porro instruit φ in consultationib⁹ decisiuis prout est presens consultatio reddatur consilium sine iu rium τ rationum allegationibus facit φ ipse no.in titulo de alle.et dispu.§.porro versic.in summa.τ in titulo de sententijs.§.qualiter versic.verum.τ φ per Jo.an.τ doc.in.c.sicut de re iu.τ per Panor. in suo consi.incip.dum esset materia questionis in ordine.ij.ſm or dinem informis quā theoricam sepe secutus fui:pluries tamē bre uiter τ conclusiue procedere solitus sum in huiusmodi.τ ita in pſen tiarum facere institui:primum autem pondero φ lʒ coram iudici bus fuerit appellatum.tñ fuit supplicatum comiti φ committeret cām nullitatis:τ lʒ in narratione supplicationis fiat mentio φ fuit appellatum τ de nullitate dictum tñ petiť φ cōmittať cā nullitatis per illa vba se supplica e domanda de gratia se degna commette re li a imola ad chi parra adessa che summarie habbia a cognosce re e terminare la nullita de asserta sñia τc.τ p sequētia vba τ cogni to de dicta nullita sia restituito τc.nō fuit itaq; petitum φ cōmit teretur cā appellationis seu iniquitatis:sed solū φ cōmitteret cau
2 sa nullitatis.†Et signatura fuit simplex:ideo interptatur ſm po stulata.l.si defensor.§.qui interrgogatus.ff.de interro.acti.τ.l.j.§. si ita.τ.l.titia rñdit.§.idē respondit de vbo.oblig.τ hř in.c.sup lřis de rescrip.ideo iudex delegatus nō hʒ cōmissionem τ cōsequenter iurisditionē nisi sup nullitate:qꝛ nō pōt exire limites cōmissiōis.c. cū dilecta de rescrip.c.cum olim de offic.deleg.l.diligenter.ff.man dati.τ hoc voluit Saly.in.l.preses.C.quō τ qñ ind.in vltima col.et in.l.j.in penultima col.C.qñ puo.nō est necesse.τ Jmo.in.l.si exps sim,penultia col.dicēs esse notādū:cōstat aūt φ de iure cōi oia acta essent nulla:qꝛ nulla citatio de iure cōi valida pcessit:ita φ nisi fo ret ius municipale cuius forma est seruata nullitas esset clarissima videndum est itaq; an dictum statutum militet in casu nostro τ q dem constat φ dictum ius municipale est exorbitantissimuʒ a iure cōi:ita φ est stricte interpretandū p iura vulgaria. Qui aūt se fun dat in iure exorbitanti hʒ necesse pbare qualitates q̄ ponunť in ip so iure exorbitanti prout voluit Jo.an.in.c.j.de homi.lib.vj.volēs φ qui nitiť ex illa noua ꝯ assignantes aliquē xpianorū hʒ necesse p bare occisum ab asino fuisse xpianū.τ idē post eū no.Bal.in.l.si qs non dicā rapere.iij.co.C.de epi.τ cle.not.gl.τ doct.post eam in cle. si.de rescrip.τ legentes in.l.si quis maior.C.de trāsactio.facit φ no. Bar.in.l.quotiens.ff.si qs cau.dicens φ qui habet pro se regulā p eo pſumiť τ aduersario incumbit onus pbandi:idcirco qui se fun dat in dicto iure municipali incumbebat onus pbandi ea q̄ in eo cōtinentur in dicto statuto dʒ si forensis nō inueniretur in ciuitate vel districtu Jmole ista negatiua debuit deduci τ pbari. Nam qui se fundat in negatiua debet illam pbare.l.hoc iure de verbo.oblig. τ ibi per Bar.τ doc.per Host.τ doc.in.c.sup his de accu.τ Joā.an.
3 in.c.bone de ele.†item requirit φ ciuis asserat forensem sibi debi torē ꝯtraxisse vel destinasse solutionē in ciuitate vel districtu Jmo le:sed non reperio deductuʒ τ pbatum φ Jacob sit ciuis Jmo.nec in petitione dʒ φ.d.dñs Nicolutius ꝯ xerit debitum in ciuitate mu tine vel ei⁹ districtu nec φ illuc destinauerit solutionē nec in libris dʒ vbi contractum fuerit debitum:debuit eñ id dici anteq; ample cteretur via statuti aliena a via iuris cōis.itē debuit illud deduci in citatorio ad hoc vt forensis citatus teneret cōparere corā citante alias citatio non artat citatū prout notant doc.in.c.preterea de di la.τ in.l.ex quacunq;.ff.si quis in ius vocā.non ierit.τ in.c.super li teris de rescrip.adeo φ si dictus.d.Nicolutius fuisset citat⁹ in pso nam nō potuisset ꝯ eum pcedi vt ꝯtumacem admissionem in pos sessionem qꝛ citatio non artasset citatum:τ ideo.d.dño Nicolutio existente forense pcessus contra eum agitatus fuit τ est nullus vl tra nullitatem que per patronum cause principaliter deducitur.s. φ cōmissio fuit facta cōtra subditos cōmittentis:qꝛ ita petitur in supplicatione.τ ita etiā cōtinetur in delegatione.τ si dicať si cōtra xit in territorio subest iurisditioni:ideo dicatur subditus.respōde tur φ licet ratione cōtractus sortiať forū saltē si ibi inueniať.tñ nō censetur subditus ppřie loquendo put notabiliter dicit glo.in ver bo subditos in fi.in cle.j.de foro compete.quam glo.vt singularem notat ibi Jmola τ eam sequitur.quam τ seqtur Pe.de anc.in.c.ro mana.§.ꝯhentes de foro cōpe.p tex.ibi.eo.ti.li.vj.p quem tex.idē notat Paul.in.d.cle.j.si ibi nō inueniať:cū aūt iurisditiones dele gate sint odiose τ stricte interpretande vt notant glo.τ doc.in cle.j. de offi.dele.τ in.c.j.de rescrip.li.vj.τ doc.in.c.sedes.eo.ti.in antiqs iō cōmissio facta ꝯ subditos nō dʒ trahi ad forēses q sortiunť forū rōne ꝯctus saltē si ibi nō inueniantť τ lōge fortius si nō allegať con tractū factū in territorio delegantis prout non reperio probatum nec deductum ex quibus omnibus concludo processum τ sñias la
